

PROLOGUS.

INCIPIT PROLOGUS WILLELMI MONACHI MALMESBURIENSIS IN LIBRO PRIMO DE GESTIS REGUM ANGLORUM.

Res Anglorum gestas (26) Beda, vir maxime doctus et minime superbus, ab adventu eorum in Britanniam usque ad suos dies plano et suavi sermone (27) absolvit (28) : post eum non facile, ut arbitror, reperies qui historiis illius gentis Latina oratione texendis animum dederit. Viderint alii si quid earum rerum vel jam invenerint, vel post hæc inventuri sint; noster labor, licet in quærendo sollicitas duxerit excubias, frustra ad hoc tempus consumpsit operam. (29) Sunt sane quædam vetustatis indicia chronico more et patrio sermone per annos Domini ordinata. Per hæc senium oblivionis eluctari meruerunt quæcunque tempora post illum virum fluxerunt. Nam de (30) Elwardo, illustri et magnifico viro, qui chronica illa Latine aggressus est digerere, præstat silere; cujus mihi esset intentio animo, si non essent verba fastidio. Nec vero nostram effugit conscientiam domini (31) Edmeri sobria sermonis festivitate elucubratum opus; in quo a rege Eadgaro orsus usque ad Willelmum primum raptim tempora perstrinxit, et inde licentius evagatus usque ad obitum (32) Anselmi archiepiscopi, diffusam et necessariam historiam (33) studiosis exhibuit. Ita prætermisissis a tempore Bedæ ducentis et viginti et tribus annis, quos iste nulla memoria (34) dignatus est, absque litterarum patrocinio claudicat cursus temporum in medio; unde mihi, tum propter patriæ charitatem, tum propter adhortantium auctoritatem, voluntati fuit interruptam temporum seriem sarcire, et exarata barbarice Romano sale condire; et, ut res ordinatius procedat, aliqua ex his, quæ sæpe dicendus Beda dixit, de-

Explicit Prologus.

(26) *Beda.* Venerabilis Bedæ Historia Ecclesiastica gentis Anglorum. Londini : sumptibus societatis, 1838.

(27) *Absolvit.* c. d. e. m.; *describit*, a. s. l. Ad intelligentiam litterarum quibus variæ lectiones in mss. designantur, vide præfationem.

(28) *Post eum... consumpsit operam.* Eadem alias observat Malmesburiensis.

(29) *Sunt sane quædam vetustatis indicia.* Chronica Saxonica innuit.

(30) *Elwardo.* Elwardus seu Ethelwardus, nobilis Saxo, a rege Ethelredo genus ducebat, ut ipse innuit in opere de quo hic Malmesburiensis. Circa decimi sæculi finem vixit. Ejus Chronica, quæ a reatione incipiunt et in anno 975 desinunt, exstant inter *Scriptores post Bedam*. Nullus nunc ejus operis manuscriptus invenitur; codex enim quem ad manum habuisse Savilius videtur in Cottonianæ bibliothecæ incendio, 23 octobris 1751 perijt.

(31) *Edmeri... opus.* Historia Novorum ab an. 1066 ad 1222. Hoc opus edidit Selden an. 1625.

A florabo, pauca perstringens, pluribus valefaciens.

Procedat itaque primus libellus de Anglorum gestis succinctus, ex quo Britanniam occupavere usque ad regem Egbirtum, qui, varia sorte profligatis regulis, totius insulæ pene nactus est monarchiam. Sed cum quatuor ex Anglis potentissima pullulaverint regna; Cantuaritarum, West-Saxonum, Northanimbrorum, Merciorum, quæ omnia singillatim, (si erit otium,) persequi meditamur; prius de illo dicendum, quod et adolevit maturius et (35) exaruit celerius. Quod profecto fiet expeditius, si regna Orientalium Anglorum et Orientalium Saxonum post aliorum tergum posuero, quæ et nostra cura et posterorum memoria (36) putamus indigna.

B Secundus liber ad adventum Normannorum prodebet lineam regalium temporum.

Tres reliqui in gestis trium regum versabuntur; his adjectis quæ diebus (37) illorum alibi acciderunt, et celebrem sui notitiam, celebritate gestorum, exigunt. Hæc ita polliceor, si conatui nostro divinus favor arriserit, et me præter scopulos confragosi sermonis evexerit, ad quos Elwardus, dum tinnula et emendicata verba venatur, miserabiliter impigit. Si quis vero (38), ut ille ait, si quis hæc quoque captus amore leget, sciat me nihil de retroactis præter coherentiam annorum pro vero patisci, fides dictorum penes auctores erit. Quidquid vero de recentioribus ætatibus apposui, vel ipse vidi, vel a viris (39) fide dignis audivi. Cæterum, in utramvis partem, præsentium non magnipendo iudicium; habiturus, ut spero, apud posteros, post decessum amoris et livoris, si non eloquentiæ titulum, saltem industriæ testimonium.

Edmerus monachus erat Lantuariensis, et archiepiscopi Anselmi discipulus. Suam Historiam primo ad Anselmi obitum conduxit, sed illam postea ad mortem archiepiscopi Radulphi, id est a. D. 1122, protulit.

(32) *Anselmi.* a. d. e. f. g. h. l. m.; *Radulfi*, s. c. k.

(33) *Studiosis.* a. s. c. f. l. m.; *studiosus*, d. e.

(34) *Dignatus est.* a. s. c. e. f. l.; *dignatus est sublevare*, d. m.

(35) *Exaruit.* a. s. d. e. l. m.; *aruit*, c.

(36) *Putamus indigna.* d. e. f. l. m.; *parum putamus digna*, s. c.; a., perperam, *digna*, omitteus *parum*.

(37) *Illorum* a. s. d. e. l. m. : *eorum*, c.

(38) *Ut ille ait* :

Si quis tamen hæc quoque, si quis Captus amore leget.

VIRG. Ecl. vi, 9.

(39) *Fide dignis.* a. s. d. e. l. m.; *dignis*, c.

WILLELMI MALMESBURIENSIS

DE GESTIS REGUM ANGLORUM

LIBRI QUINQUE.

1-5 INCIPIT LIBER PRIMUS.

Anno ab Incarnatione Domini quadringentesimo (40) quadagesimo nono venere Angli et Saxones Britanniam; adventus causam, licet usquequaque decantatam, non ab re fuerit hic intexere; et, ut quod intendo clarius elucescat, alius ordiendum. Romani Britanniam (A. C. 55), per Julium Cæsarem in (41) Latinas leges jurare compulsam, magna dignatione coluere; ut et in annalibus legere, et in veterum ædificiorum vestigiis est videre. Ipsi etiam principes, qui toti pene orbi imperitarent, huc accupatis occasionibus (42) adnavigare, hic ævum solebant transigere. Denique (43) Severus (A. D. 211) et (44) Constantius (A. D. 505), imperatores amplissimi, (45) ambo apud insulam diem functi et (46) supremo sunt honore funerati; quorum Severus, ob provinciam ab incursatione barbarorum muniendam, celebrem illam et vulgatissimam (47) fossam de mari ad mare duxit. Constantius, ut aiunt, vir magnæ civilitatis, (48) Constantinum ex Helena stabularia susceptum, egregiæ spei juvenem, reliquit hæredem; qui ab exercitu imperator consalu-

tatus, expeditione in superiores terras indicta, magnam manum Britannorum militum abduxit, per quorum industriam, triumphis ad vota fluentibus, (49) brevi rerum potitus, emeritos et laboribus functos in quadam parte Galliæ ad occidentem super litus oceani (50) collocavit; ubi hodieque posterorum manentes immane quantum coaluere, moribus linguaque nonnihil a nostris Britonibus degeneres.

§ 2. Succedentibus annis, in eadem insula, (51) Maximus (A. D. 383) homo imperio aptus, si non contra fidem ad tyrannidem anhelasset, quasi ab exercitu impulsus purpuram induit, statimque in Galliam transitum parans, ex provincia omnem pene militem abrasit. (52) Constantinus (A. D. 407) etiam quidam non multo post ibidem spe nominis imperator allectus, quidquid residuum erat militaris roboris exhaustus; sed alter a Theodosio, alter ab Honorio interfecti, rebus humanis ludibrio fuere; copiarum quæ illos ad bella secutæ fuerant, pars occisa, pars post fugam ad superiores Britanniam vallum fecerat, firmo de lapide collocarunt (lib. 1, cap. 13); nusquam ille tamen ad vallum seu fossam refert quæ ab Adriano aut Antonino cepta fuerat.

(48) *Constantinum.* Constantinus Magnus.
(49) *Brevi rerum potitus.* a. s. d. e. f. l. m.; *brevi rerum potitus imperio.* c.

(50) *Collocavit.* Vide notam 53 infra.
(51) *Maximus.* Hispania oriundus (quamvis ab Ethelwardo, Henrico Huntingdon. et quibusdam aliis, quasi hac insula oriundus dicatur) proclamatus est imperator in Britannia, anno 383, unanimi tum militum, tum provincialium voto. Victus a Theodosio captusque, interfectus est a militibus a. D. 388. Florentius Worcesteriensis Maximi necem ad annum 386 refert.

(52) *Constantinus.* Imperante Honorio (a. D. 407), in Britannia seditio exorta est, duoque pseudo-imperatores, Marcus et Gratianus electi vicissim et trucidati sunt. Gregarius miles, nomine Constantinus, ad honorandam Constantini Magni memoriam postea electus est. Cum jam regnasset tres circiter annos, in Arelatensi obsidione captus atque interfectus est 28 Novembris 411, imperiumque Honorio redditum.

(40) *Quadagesimo.* s. c. e. f.; *sexagesimo.* a. d. l. m.
(41) *Latinas.* d. e. m.; *Latias,* a. c. f. l.; *latias,* s.

(42) *Adnavigare.* e; *libenter adnavigare.* a. s. c. d. f. l. m.

(43) *Severus.* Septimus Severus purpuram, Pertinace interfecto, induit 13 April, anno Dom. 193.

(44) *Constantius.* Constantius Chlorus, post abdicationem Diocletiani anno 305 titulum Augusti assumpsit.

(45) *Ambo apud insulam diem functi.* Severus Eboraci obiit 4 Febr. a. D. 211; ubi etiam obiit Constantius 25 Julii 506.

(46) *Supremo sunt honore.* a. d. e. f. l. m.; *summo ibi honore,* c.; *summo sunt honore,* s.

(47) *Fossam.* Celeberrimum illud Romanorum dominationis monumentum vulgo dictum *Severi Vallum,* hic ut *fossa,* et non *vallum* describitur. Sic quoque Beda loquitur: « Non muro, ut quidam æstimant, sed vallo distinguendam putavit (lib. 1, c. 5). » Ubi vero de secunda ad Romanos missione (a. D. 416) verba fuit, Beda iterum ad Severi Vallum alludit dicens: « Murum a mari ad mare recto tramite inter urbes quæ ibidem ob metum hostium factæ fuerant, ubi et Severus quon-

nos concessit. (53) Ita cum tyranni nullum in agris A præter semibarbaros, nullum in urbibus præter ventri deditos reliquissent, Britannia omni patrocínio (54) juvenilis vigoris viduata, omni exercitio artium exinanita, conterminarum gentium inhiationi diu obnoxia fuit.

§ 3. Siquidem, e vestigio, Scottorum et Pictorum incursione multi mortales cæsi, villæ (55) succensæ, urbes subrutæ, prorsus omnia ferro incendioque vastata; turbati insulani, qui omnia tutiora putarent quam prælio decernere, partim pedibus salutem quærentes fuga in montana contendunt, partim sepultis thesauris, quorum plerique in hac ætate defodiuntur, Romam ad petendas suppetias ire intendunt (56). Romani, miseratione infracti, nihilque antiquius æstimantes quam fessis sociorum rebus opem (57) porrigere, semel et iterum proturbato hoste, operam suam exhibere: postremo (58), longinquæ peregrinationis pertæsi, adventum in posterum (59) excusant; discerent ipsi potius a Martio patrum calore non degenerare, animis et armis patriam defensare. Adjiciunt verbis formam muri pro sui tuitione construendi, ad propugnacula excubandi, in hostem si necesse sit procurrandi, et cætera quæ disciplina militaris exigit exequendi (60); post monita, lachrymis miserorum comitati, discedunt: abeuntes (61) felix fortuna prosequens, votis (62) eorum restituit. Tum vero Scotti, desperati reditus audito nuncio (63), et incunctanter et plus solito in Britones irruere, murum complanare, paucos resistentes opprimere, prædas non ignobiles domum agere: at vero vulgus terræ reliquum ad palatium advolat, regis sui fidem implorans.

(53) Ita cum tyranni... obnoxia fuit. Secundum Gildam et Bedam. Hanc primam sui imminutionem Britannia Maximo referre debet, qui magnam incolarum militumque copiam secum in Galliam conduxit Archievscopus Ussherus, a quo diligenter collectæ sunt legendæ hujus insulæ, asserit (*Antiquitat. Britan. Eccles.* pp. 107, 108) triginta millia militum et incolarum centum millia migrasse et in Armorica consedis. Varia tamen tempora huic Britannorum transmigrationi affixa sunt, resque adhuc spissa caligine obvoluta latet.

(54) Juvenilis. a. d. e. f. l. m.; militaris, s. c.

(55) Succensæ. e.; incensæ, a. s. c. d. l. m.

(56) Romani operam suam exhibere. Vix aliquod dubium est Romanos non semel feliciter in auxilium adversus Pictas et Scotos vocatos fuisse. Apud eruditos tamen non constat de tempore. De hac re vide Stillingbeet, *Antiquities of the British Churches*, et Ussheri *Britannicarum Ecclesiarum Antiquitates*.

(57) Porrigere. a. s. d. e. l. m.; impendere, c.

(58) Longinquæ peregrinationis pertæsi. a. s. c. e. f. l.; pro longinquæ peregrinationis pertæsi labore, d. m.

(59) Excusant. a. s. d. e. l. m.; incusant c.

(60) Post monita... discedunt. Præfinitum tempus finalis Romanorum a Britannia discessionis profundissima adhuc obscuritate involvitur,

(61) Felix. a. s. c. e. f. l. infelix, d. m.

(62) Eorum. e.; suorum, a. s. c. d. l. m.

DE WORTIGERNO.

§ 4. Erat eo tempore rex Britannæ Wortigernus nomine, nec manu promptus nec consilio bonus, imo ad illecebras carnis pronus, omniumque fere vitiorum mancipium; quippe quem (64) subjugaret avaritia (65), inequitaret superbia (66), inquietaret luxuria: denique, ut in (67) gestis Britonum legitur, filiam suam spe regni sollicitatam stupro fregerat, et ex ea filium tulerat. Hic in tantis tumultibus rem parvi ponderans, opesque regni commensationibus abliguriens, scortorum lenociniis deperibat. Excitatus tamen aliquando perstreptentium vocibus, super statu publico in medium consulit (68), sententias magnatum suorum explorans. Itaque, ut ad summam redigam, placuit omnibus Anglos et Saxonnes e Germania evocandos (69), armis validos, sedibus vagos, geminum futurum commodum, ut armis invicti facile hostes propulsarent; et hactenus locorum incerti, pro ingenti annumerarent beneficio si vel squalidum solum, jejunumque cespitem, ad habitandum suscepissent: cæterum, nunquam eos aliqui contra patriam molituros (70), quia genuinam feritatem morum emolliret memoria beneficiorum. Probato consilio mittuntur in Germaniam legati, spectabiles sane viri, et qui digne personam patriæ induerent.

DE ADVENTU GERMANORUM IN BRITANNIAM (71) a. D. 449.

§ 5. Germani audientes rem votis mille petitam a se uliro expostulari vicino pede paruere, celeritatem negotii lætitiæ stimulis maturantes: valedicentes igitur arvis genitalibus, renuntiantes parentum affectibus, fortunæ vela committunt, placidoque ventorum favore, tribus longis navibus quas illi (72) ceolas dicunt, Britanniam allabuntur. Ve-

(63) Et incunctanter. d. e.; omit. a, a. s. c. l. m.

(64) Subjugaret s. c. d. e. l. m.; subjugarat a.

(65) Inæquitaret. c. d. e. f.; inquietaret, s.; inquietarat, a.

(66) Inquietaret. s. c. e. f.; inequitarat, a; inquietaret d.

(67) Gestis Britonum legitur... ex ea filium tulerat. Historia Wortigerni propriam filiam stuprantis valde improbabilis, et quasi mera falula rejicienda D est.

(68) Sententias. a. s. d. e. l. m.; sententiam, c.

(69) Evocandos. Hæc Wortigerni ad Saxonnes invocatio, ut a quibusdam veterum scriptorum describitur, aliquod fundamentum in Gildæ et Bedæ dictis habere potest. Conjicit Pagius (*Critica in Baronium*) hæc anno 447 contigisse. Ex Nennii testimonio inferri posset Hors et Hengistum non vocatos huc advenisse: Interea venerunt tres ciulas a Germaniæ pulsæ, in quibus erant Hors et Hengistus (§ 31); sed probabile est exsilii sortem in illos cecidisse juxta morem modumque emigrationis apud Germanos, ut a Malmesburiensi refertur, § 5.

(70) Quia. a. d. e. l. m.; quoniam, s. c.

(71) A. D. 449. Hunc annum etiam assignat Beda (lib. 1, cap. 15) Saxonum adventui. Vide notas ad Bedam, ed. Engl. Hist. Societ., p. 34.

(72) Ceolas dicunt. e. l.; cheulas dicunt, d. m.; ceolas vocant c.; ciulas vocant, s.; theulas dicunt, a.

nerunt autem et tunc, et sequenti tempore, de tribus Germaniæ populis, Anglis, Saxonibus (73), Jutis. Omnis enim fere terra quæ trans oceanum Britannicum sub septentrionali axe jacet, quia tantum hominum germinat, non injuria Germania vocatur (74), licet multis provinciarum limitibus distincta. Quapropter sicut hi quibus id muneris est lascivientes arboris ramos solent succidere, ut reliquorum vitæ succo suo possit sufficere, sic incolæ aliquorum expulsionem matrem alleviant, ne tam numerosæ prolis pastu exhausta succumbat: sed, ut facti minuant invidiam, sorte ducunt eliminandos. Inde est quod illius terræ homines (75) invenerint sibi ex necessitate virtutem, ut natali solo ejecti peregrinas sedes armis (76) vendicent: sicut Wandali, qui olim protriverunt Africam; sicut Gothi, qui possederunt Hispaniam; sicut Longobardi, qui adhuc obsident Italiam; ut Normanni, qui partem Galliæ armis domitam incolentes, vocaverunt Normanniam. Ex hac ergo Germania primo venit Britanniam manus, parva quidem, sed quæ paucitatem suam (77) virtute fulciret, ducibus Hengisto et Hors, commodæ indolis fratribus, haud obscura stirpe apud suos oriundis: erant enim abnepotes illius antiquissimi Woden, de quo omnium pene barbararum gentium regium genus lineam trahit, quemque gentes Anglorum deum esse delirantes, ei quartum diem septimanæ, et sextum uxori suæ Frææ, perpetuo ad hoc tempus consecraverunt sacrilegio. In quibus vero locis Britannia Angli vel Saxones vel (78) Jutæ habitationem locaverunt (79), Beda non tacet. Nostrum propositum est, quamvis affluat materia, stylo non indulgere, sed tantum necessaria quæque libare. **5-10**

§ 6. (80) Venientibus igitur Anglis undique occursum: a rege impertitæ gratiæ, a populo effusus favor, data fide acceptaque, et tradita Tanatos insula incolatni eorum subventum. Accessit et pactum, ut illi (81) junctis umbonibus sudores suos patriæ impenderent, recepturi emolumenta militiæ ab his quorum salutem vigilias præstenderent. Paululum in medio moræ, et ecce Scottos adventantes, facilique negotio cessuram sibi ut supra prædam æstimantes, Angli invadunt: illi vix dum collato pede fugam componunt, fugitantes eques (82) con-

secutus a tergo cecidit. Sic non semel certatum: cumque semper victoria consentiret Anglis, ut fere fit in rebus mortalium, et istis successus accendit audaciam, et illis timor aluit ignaviam; eoque res processit ut nihil magis Scotti quam cum Anglis manus conserere caverent.

§ 7. Interea Hengistus, non minus acer ingenio quam alacer in prælio, aliquos ex suis (non abnunte rege) patriam remittit, qui regis et populi inertiam, insulæ opulentiam exponant, ampla venire volentibus præmia proponant. Illi mandata (83) gnaviter exequentur, brevique cum sexdecim navibus revertuntur, adducentes (84) filiam Hengisti, virginem, ut accepimus, quæ esset et naturæ miraculum et virorum spectaculum. Regressis adornatur convivium: jubet Hengistus filiam fungi pincernæ munere, ut regis accumbentis oculos pasceret. Nec id frustra fuit. Nam ille (ut semper in feminarum decorem adhiunnebat) statim et formæ gratia et gestuum elegantia sauciatus animo, potendi puella spem imbibit, nec distulit quin nuptias peteret patrem volentem cogens: ipse enim astu primo negare tam humiles nuptias rege indignas allegans. Postremo, quasi gravatus, in sententiam transit, totam Cantiam pro munere accipiens, ubi jamdudum omnis justitia sub cuiusdam (85) gorongi laborabat regimine, qui tamen sicut omnes reguli insulæ Wortigerni substernebantur monarchiæ: nec contentus hac liberalitate barbarus, sed abutens regis imprudentia, persuadet uti a Germaniæ (86) fratrem et filium virtutis viros evocet, scena composita, ut quia ipse ab oriente provinciam defenditaret, illi quoque ab aquilone Scottos frangerent: ita rege connivente ipsi (circumnavigata Britannia) Orcades insulas adiere, easque gentes cum Pictis et Scottis pari ærumna involventes, in aquilonali parte insulæ, quæ nunc Northanimbria vocatur, tunc et deinceps assedere: nullus tamen ibi regio insigni vel nomine usque ad Idam, de quo regalis Northanimbriorum adolevit (87) linea. Sed hæc inferius: nunc quod cœperam adtexam.

DE WORTEMER FILIO WORTIGERNI, ET DE ARTURO.

§ 8. Wortemer filius Wortigerni haudquaquam ultra dissimulandum ratus, quod se Britonesque suos Anglorum dolo perverti cerneret, ad expulsionem

(73) Jutis. Unus ms. (Cott. Claud. ix) legit *Wichtis*.

(74) Licet multis provinciarum limitibus distincta. s. d. e. f.; a. l. m. omit. multis; c. omit. sententiam integram.

(75) Invenerunt. d. e. m.; invenerunt, a. s. c. l.

(76) Vendicent. a. c. d. e. l. m.; vendicarent s.

(77) Virtute. s. e. l.; virtutibus, d. m.

(78) Jutæ. Unus ms. (Cott. Claud. ix.) *Wichtiæ* legit.

(79) Beda non tacet. Beda, lib. 1, c. 25.

(80) Venientibus igitur Anglis. Hengest et Hors landed at Ypwinesfleot (Ebsfleot, in insula Thanet). Sax. Chron.

(81) Junctis umbonibus. a. c. d. f. l. m.; umbonibus, e.; invictis umbonibus, s.

(82) Consecutus. c. d. e. m.; insecutus, a. s. l.

(83) Gnaveiter exequentur. a. d. e. l. m.; gnaveiter executi, s.; generaliter executi, c.

(84) Filiam Hengisti. Galfredus Monemuthensis primus est scriptor qui Hengisti filia nominis meminert; illam *Ronwen* vocat, quod nomen apud Anglo-Saxones minus in usu erat. In capitulo 55 Historiæ Nennii Hengisti filia vocatur *Romwenna*, sed in textu nomen omittitur.

(85) Gorongi. Quod vocabulum non æque proprio nomine frequenter usurpatum est. Camden illud interpretatur *Guorong*, id est *proræ aut homo liber*. Vide Camden, *Brit.* col. 187, edit. Gibson, Lond. 1695.

(86) Fratrem et filium. Scilicet Otha et Eusa.

(87) Linea. a. s. d. e. l. m.; prosapia, c.

eorum mentem intendit, simulque patrem ad idem A audendum (88) incendit. Hoc igitur auctore post annos septem adventus eorum foedus foedatum, et per viginti annos (89) frequenter levibus praeliis, sed quater (90) ut chronica tradit, omnibus copiis depugnatum: prima congressione æqua utrinque fortuna discessum, dum hi (91) Hors fratrem Hengestii, illi (92) Katigis alterum regis filium magno iustitio desiderarent. In cæteris cum Angli superiorem semper manum referrent pax convenit, incertore belli Guortener fatali sorte sublato, qui, multum a facilitate patris abhorrens, egregie regnum modicaretur si Deus sivisset. Sed, eo extincto, Britonum robur emarcuit, spes imminutæ retro fluxere; et jam tunc profecto pessum issent, nisi (93) Ambrosius, solus Romanorum superstes, qui post Vortigernum monarcha regni fuit, intumescens barbaros eximia bellicosi Arturis opera pressisset. (94) Hic est Arthur de quo Britonum nugæ hodieque delirant; dignus plane quem non fallaces somniant fabulæ, sed veraces prædicarent historiæ quippe qui (95) labantem patriam diu sustinuerit, infractasque civium mentes ad bellum acuerit. Postremo, in obsessione (96) Badonici montis (97), (98) fretus imagine Dominicæ matris (99), quam

(88) *Incendit. a. s. d. e. l. m.; accendit, c.*

(89) *Frequenter levibus praeliis.* De his praeliis et subsequenti Saxonum proditione, vide Nennium § 43, 44, 45, edit. e. h. s.; conferque M. Westm. an. 460 et seq., qui Britannicas narrationes in suis Chronicis incorporavit.

(90) *Ut chronica tradit.* Saxonica chronica innuit quæ his annis prælia ascribunt, *Æglesfordi (Æglesford on the Medway)*, anno D. 455; *Creantlordi (Crayford)* in 457; *Wyppedesfleote (Ebsfleet, in Tanato insula, prope Stonar)*, in 465; quarti vero praelii, anno 475, locus non indicatur. Nennius (§ 44) his praeliis locum assignat *super flumen Derevent (Darent in Cantia, probabiliter in ipso loco ubi a Cray flumine jungitur)*; *Episfordi, aut Rit Hergabail, quod idem ac Aylesford* supponitur; et *in campo juxta Lapidem tituli (Stonar, in Tanato insula, juxta quosdam Folkstone in Cantia.)*

(91) *Hors.* Hors interfectus est in prælio Aylesfordi, 455, et Horsted, in Cantia sepulchro fuisse conjicitur. Beda lib. 1, § 35, sic fateat: « In orientalibus Cantia partibus monumentum habet suo nomine insigne. » Nennius prælium vocat *Epistoid*.

(92) *Katigis.* Qui a Nennio vocatur *Categirn*, et quasi secundus Vortigerni filius exhibetur.

(93) *Ambrosius.* De Ambrosio Aureliano, de ætate in qua vixit nihil constat; Beda observat ejus parentes fuisse *purpura indutos*. Juxta Gildam. « Vir erat modestus, qui solus fuit comis, fidelis, fortis, veraxque, forte Romanæ gentis, qui tantæ tempestatu collisione, occisis, in eadem parentibus, purpura nimirum indutis, superfuert. » Nennius quoque de eo loquens (§ 48) sic ait: « Qui fuit rex inter omnes reges Britannia gentis. » Alius est a Natan Leod de quo chronica Saxonica; cujus uxor cum quinque millibus suorum occisa in prælio contra Cerdicom West Saxouem commisso anno 508. Ampliora de hac re, vide apud Ussherium, *Primord.* p. 1116, et Carte, *Hist. Engl.* vol. 1, p. 197-205.

(94) *Hic est Arthur.* Hæreditarius erat princeps Silurorum, in South Wales. Hic observat Malmesburiensis eum dignum fuisse qui non vanis legendis sed authentica historia celebraretur. An unquam exstiterit multi dubitant, quod Gildas, coævus hi-

armis suis insucrat, nongentos hostium solus adorsus incredibili cade profigarit. Contra, Angli, quamvis vario fortunæ lusu rotarentur, vacillantes suorum acies adventu compatriotarum supplere, audentioribus animis in ferrum ruere: paulatim, cœdentibus accolis, per totam se insulam extendere, simul Dei non adversante consilio in cujus manu est omnium imperiorum (100) mutatio: sed hæc processu annorum; nam, vivente Vortigerno, nihil contra eos novatum. Interea Hengistus, vitio quodam humani ingenii ut quo plus habeas plus ambias, fraude subornata generum ad convivium cum trecentis suorum invitavit: cumque frequentioribus poculis invitatos ad tumultum animasset, et ex industria unumquemque salsa dicacitate perstringeret, primo ad jurgia, mox ad arma ventum. Ita Britones, ad unum omnes jugulati, animas inter vina vomuere (1): rex ipse captus, datis tribus provinciis, libertatem redemit, servitum exiit. Post hæc, anno tricesimo nono adventus sui, Hengistus diem clausit (A. D. 488); vir qui successus suos non minus fraudibus quam viribus urgens, multum (2) genuinæ sævitæ indulgens, omnia cruentius quam civilius agere mallet. Reliquit filium Eisc (3), qui, magis tuendo quam ampliando regno intentus (4),

storiographus, de eo nullam facit mentionem. Higden, *Polychronicon* auctor, primus esse videtur qui Arthuri regnum in dubium revocaverit. Sic enim loquitur: « Quoad Arthurem quem Galfredus, solus inter chronographos extollit, multi ea tæx de ipso referuntur in dubium revocant; quia, si Arthur, ut narrat Galfredus, triginta regna acquisivit, regem Francorum subdidit, Lucium, Italia reipublicæ moderatorem, occidit, cur omnes historiographi Romani, Galli, Saxones et Britones, tanti viri tot insignia facta omiserunt, dum minus illustrium meminere Galfredus Monemuthensis primus ejus bellicorum facinorum traditiones ex Waleusium vaticulis collegit, illasque in Latinum sermonem transtulit. » De Arthuro vide Nennium, § 56.

(95) *Labantem.* s. e. f. l.; *labentem*, d. m.

(96) *Obsessione.* d. e. l. m.; *obsidione*, s. f. Beda, Gildam prave interpretatus, incorrecte anno 493 Badonici montis obsessionem assignat: juxta Annales Cambriae ad a. D. 516 referenda est.

(97) *Badonici montis* Qui dicitur *Caer-Badon*, hill of Bannesdon, prope Bath. A Gilda collocatur juxta Severni fluminis ostium. Vide notam ad Gildam p. 34, ed. e. h. s.

(98) *Fretus imagine Dominicæ matris.* Gildas § 56: *Arthur portavit imaginem sanctæ Mariæ virginis super humeros suos*, etc. De ea re vide Ussher., *Primord.* p. 639. In *Annalibus Cambriae* hæc occurrunt dicta; « LXXII annus (anno D. 516). Bellum Badonis in quo rex Arthurus portavit crucem Domini nostri Jesu Christi tribus diebus et tribus noctibus in humeros suos, et victor fuit. » Id evenisse scribit Nennius in prælio, *in castello Guinnion*; sed occasionem nongentorum sexaginta hominum, eadem die, ipsa Arthuris manu, prælio in Monte Badonis assignat, § 56.

(99) *Matris* d. legit *admiculo post matris*.

(100) *Imperiorum.* a. s. d. e. l. m.; *regiorum* c.

(1) *Vomuere.* d. e. l. m.; *evomuere*, s.

(2) *Multum.* e.; *multumque*, a. s. c. d. l. m.

(3) *Eisc.* s. c. d. e. m.; a. omit. *Eisc*, l. legit *ejus*.

(4) *Intentus.* s. c. d. e. l. m.; *contentus*, c.

paternos limites nunquam excessit. Consumptisque A factum est, ut postea beato Augustino (17) prædicanti regius (18) animus jam emollitus facile cederet, et primus de numero patrum suorum sacris sacrilegiis renunciaret (A. D. 597); ut quos regni premebat (19) potentia, fidei quoque obumbraret gloria: hæc est profecto clara nobilitas, hæc superba virtus, honestate vincere quos honore vincas. Quia etiam curam extendens in posterum, leges (20) patri sermone tulit, quibus bonis præmia decerneret, improbis per remedia severiora occurreret, nihil super aliquo negotio in futurum relinquens ambiguum.

DE ÆTHELBIRHTO REGE, ET DE ADVENTU SANCTI
AUGUSTINI 10-16

§ 9. Post illos Æthelbirtus, Yrmenrici filius, rerum potitus (7), quinquaginta annos et tres (8) juxta chronica (9), juxta Bedam (10) quinquaginta et sex exegit (A. D. 565) (11): viderit lector quomodo hanc dissonantiam componat; nam (12) nos eam, quia admonuisse suffecerit, in medio relinquimus. Hic, primis pubescentis regni temporibus, adeo vicinis regibus fuit ridiculo, ut uno et altero pulsus prælio vix suos terminos tutaretur. Postmodum cum adultiori ætati consultior etiam militiæ accessisset pericula, omnes (13) nationes Anglorum præter Northanimbros continuis victoriis domitas sub jugum traxit; et, ut exterorum quoque familiaritatem ascisceret, regis Francorum affinitatem filiae ejus (14) nuptiis (15) sibi conciliavit. Tum vero Francorum contubernio gens eatenus (16) barbara ad unas consuetudines, confœderata, silvestres animos in dies exuere, et ad leviores mores declinare. His addebatur Letardi episcopi, qui cum regina venerat, cælebs admodum [vita, qua regem ad Christi Domini cognitionem etiam tacens invitabat: quo

(5) *Sibi quam avo aut proavo similiores.* s. c. d. e. m.; *quam avo aut atavo similiores,* a. l.

(6) *In chronicis.* Quæ nunc supersunt chronica hæc non habent.

(7) *Rerum.* s. c. d. e. l. m.; *regnum,* a.

(8) *Quinquaginta annos et tres.* Quamvis juxta Saxonica chronica (sub anno 565), Æthelbertus imperium quinquaginta tres annos tenuerit, anno tamen 616 refertur illum obiisse, postquam quinquaginta sex annos regno fruitus erat. Adest tamen adhuc aliqua dissonantia, nam si Æthelbertus solum anno 565 descendit (juxta omnes his temporibus notos manuscriptos), et 616 occubuit, ejus regnum quinquaginta unum annos tantum complecteretur. At vero Wheloc et alii annum 560 assignant sed quasi auctoritate non clare patet.

(9) *Chronicam. e.*; *chronica* a. s. c. d. l. m.

(10) *Juxta Bedam.* Hist. Ecc. Gen. Angl. lib. II, c. 5, § 100, 101.

(11) *Exegit.* a. d. e. l. m.; *transegit,* s. c.

(12) *Nam.* d. e. m.; a. s. c. l. omit. *nam.*

(13) *Omnes. e.*; a. s. c. d. l. m.; *brevi legunt ante omnes.*

(14) *Filiæ ejus.* Bertha, Chariberti, Parisiorum regis filia, ex uxore ejus Ingoberga et Clotarii I neptis.

(15) *Nuptiis.* s. legit *Bertæ post nuptiis*; a. c. d. e. l. m.; omit *Bertæ.*

(16) *Eatenus.* s. c. d. e. m.; a. l. omit. *eatenus.*

(17) *Augustino.* Augustinus cum sociis suis Roma missus est anno 596, et Tanati insulæ appulit anno 597. Ad completam hujus facti narrationem vide Bedam, *Hist. Eccl. Gen. Angl.*, lib. I, cap. 25, § 54.

(18) *Regius.* d. e. l. m.; *regis,* s.

(19) *Premebat.* c. d. e. l. m.; *præminebat,* s.

(20) *Leges.* Vctustius nunc non superest Æthel-

berti legum exemplar quam Textus Rolfensis, qui ab Ernulfo, Rocestriæ episcopo compulsus fuit, annum 1115 inter et 1124.

(21) *Post acceptam fidem primo et vicesimo.* Obiit Æthelbertus 24 feb. a. D. 616: hi igitur viginti unus anni numerari debent ab Augustini itineris inceptio, non vero Æthelberti conversione. Confer Bedæ testimonia, quæ non concordant.

(22) *Acceptam fidem.* a. c. d. e. l. m.; *receptam Christi fidem,* s.

(23) *Novercæ.* Defuncta Bertha, Æthelbertus Gallicam aliam principem in uxorem duxit; sed ejus nomen ab historiis non est vulgatum, probabiliter ob ejus cum Ladbaldum incestum. Vide Bedam, lib. II, c. 5, § 102 et Saxon. chron. a. D. 616.

(24) *Tormenta.* a. d. e. l. m.; *pœnas,* s. c.

(25) *Laurentius.* Quoad præfinitum Augustini mortis diem, et ejus successoris electionem nihil nisi incertissimum novimus; at si primæ chartæ in Cod. Dip. Ævi Angl. Sax. editæ fides sit adhibenda quasi authentica, inde constaret Laurentium pontificales insulas induisse ante diem 28 Apr. 604. Hujus tamen chartæ genuitas in disceptationem cecidit. Kemble, cujus sententia auctoritatis pondere gaudet, ejus authenticitatem in dubium non revocat. Dr. Smith, eruditus Bedæ editor Augustinum obiisse censet anno 605; sed Warthon annum 604 præfert. Vide Angl. Sacr. I, 89; II, 70.

(26) *Dei animatus verbere sententiam revocavit.* Mellitus et Justus, opprobriorum quibus Christianismus afflicebatur pertæsi, Britannia relicta, continentem repetiverunt, Laurentiusque ipse discendi propositum pariter animo tenuit. Beatum Petrum illi in visione apparuisse traditum est, qui, exprobrata ejus ignavia, illum, verberibus cecidit in pœnam indigni ovium suarum deserendarum propositi. Vide Bedam, lib. II, c. 6, § 104.

stigma 17-19 potuit aspirare. Cæterum, tota vita integer in fide, nihil quod famam læderet commisit : monasterium quoque extra muros Cantuariæ (27), quod pater fundaverat, ingentibus prædiis et amplissimis donariis illustravit : quorum laudes et merita omnes Angli suspicere et prædicare debebant, quod Christianam fidem leni credulitate et credula lenitate Angliæ invalescere permiserint. Quis enim non jocunde speculetur quantum æquitati conveniat, quantum dulcedini concinat responsum illud regis Ethelbirhti, quod eum primæ prædicationi Augustini Beda (28) retulisse narrat?— Non posse se novæ sectæ tam cito animum adhibere, relictis cultibus quos semper exercuerit cum tota Anglorum gente ; verantamen nulla illos molestia exacerbandos, quin potius (29) prædicationis permissu et amplo victu juvandos, quod tam longam a natali solo peregrinationem susceperit ut Anglis quæ optima putabant indulgenti benignitate communicarent. Nec infra promissionem factum fuit remissius (30), donec sensim explorata fidei veritate et ipse cum subjectis numero fidelium sociatus est. Quid iste? nonne primo tempore magis carnis illecebra quam animi obstinatione devians, magnam tamen vite pontificum exhibebat venerationem, quorum negligebat fidem? denique, ut dixi, ob unius facile conversus injuriam magno momento Christianitatis augmentis (31) fuit. Ambo igitur laudabiles (32), ambo profusiora præconia emeriti, siquidem bonum quod ille magnanimitè inchoaverit, iste benigne confoverit.

20 § 11. Cui post viginti quatuor (33) regni annos defuncto (A. D. 640) (34) successit filius Ercombirechtus (35) ex Emma filia regis Francorum susceptus, et eodem (36) quidem annorum numero, sed meliori auspicio principatu functus, religio-

(27) *Extra muros Cantuariæ.* St. Augustine's.
 (28) *Beda.* Beda, lib. 1, c. 25, § 55.
 (29) *Potius.* d. c. l. m.; etiam, c.
 (30) *Remissius.* a. d. e. l. m.; s. c. omit. remissius.
 (31) *Augmentis.* s. d. e. l. m.; *augmentum*, a. c.
 (32) *Laudabiles.* a. legit: viri post laudabiles. s. d. e. l. m. omit. viri.
 (33) *Cui... defuncto.* Obiit Eadbald die Jovis, 20 Jan. 640.
 (34) *Viginti quatuor.* a. s. d. e. l. m.; *viginti quinque*, c.
 (35) *Ex Emma... Francorum.* Defuncta aut dimissa priori uxore, Eadbaldu Emmam, Theodberti Austriæ regis filiam, in matrimonium duxit (PAGI, A. D. 640). Ercombirechtus ex hoc matrimonio, Ermenfridus vero ex priori ortus est. Vide, § 13, not.
 (36) *Quidem.* a. s. d. e. l. m.; c. omit. *quidem*.
 (37) *Juxta insignis.* s. c. e. l.; *vita insignis.* a. d. m.
 (38) *Devotione.* a. s. d. e. l. m.; *dignatione*, c.
 (39) *Dannarant.* c. d. e. l. m.; *dannarent*, a. s.
 (40) *Præcepit... jejunium.* Vide Bedam, lib. III, cap. 8, § 172; Sax. Chron. an. 640; Flor. Wigorn. an. 640.
 (41) *Cala, monasterium apud Gallias.* Gallice *Chelles*, quatuor circiter milliariis a Lutetia Parisio-

A in Deum, pietate in patriam (37) juxta insignis. Cum enim avus et pater, citra destructionem idolorum, fidem nostram coluissent, hic parum et inferius (38) devotione regia arbitratus, si non destrueret propensiore consilio quod illi tacito (39) damnaret judicio, omnia deorum sacella complanavit ad solum, ut nullum sacrilegii ad posteros maneret vestigium, præclare; poterat enim vulgus fanaticæ superstitionis admoneri, quamdiu loca pulvinarium suorum non desineret intueri: atque ut gentem suam, ventri tantum indulgentem, parcitati gula doceret insuescere (40), præcepit per omne regnum observari quadraginta dierum solenne jejunium. Magnam prorsus tunc temporis rex rem aggressus, quæ nec deliciarum luxus enervare, nec regni sollicitudo a Dei cultu potuit avocare: Per hæc Dei favore tutus, rebusque domi et foris ex sententia cedentibus, tranquillissime consenuit. Cujus filia Ercongota, tanto soboles non indigna 21 parente, æmulisque virtutum lineamentis patri respondens, Cala, monasterium apud Gallias (41), sanctitudinis (42) suæ luce vestivit.

§ 12. At, vero filius Egbertus (A. D. 664), per novem annos patrio throno retento, nihil memorabile fecit tam brevis imperii compendio, nisi quis (43) adventum Theodori archiepiscopi et Adriani abbatis temporum illius (44) imputet gloriæ: doctorum virorum, et qui omnem literaturam imis medullis combiberant; quod nisi esset usquequaque detritum, libenter pergerem referre quantum lucis tunc per eos orbi Britannico infulserit, quomodo hinc Græci, hinc Latini palæstras literarum (45) studiis in unum contulerint, et insulam, tyrannorum quondam nutriculam, familiare philosophiæ domicilium (46) effecerint.

rum, monasterium a regina Bathilda, Clodovei II vidua, fundatum. Beda tamen (lib. III, § 172) asserit Ercongotam monialem fuisse in loco qui dicitur: *In Brige (Faremoustier en Brie)*, quod erat celeberrimum Benedictinarum monialium cœnobium.
 (42) *Sanctitudinis.* a. c. s. e. l.; *sanctitatis*, d. m.
 (43) *Adventum Theodori archiepiscopi et Adriani abbatis.* Theodorus Tarsensis in Cilicia, archiepiscopus Cantuariensis Romæ ordinatus, 26 Martii A. D. 668, Cantuariæque in munere episcopali constitutus, 27 Maii A. D. 669. Vir erat mirabiliter doctus, in Græcis Romanisque litteris, arithmetica et astronomia præclare versatus. In Angliam profectus est 27 Maii 668, socio Adriano et formali Vitelliani papæ mandato, qui metuebat ne Theodorus in Ecclesia Græca errores inclinaret in qua fuerat educatus. Adrianus præfectus est abbas S. Augustini, Cantuariæ.
 (44) *Imputet.* a. s. c. e. l.; *supputet*, d. m.
 (45) *Studiis.* e.; a. s. c. d. l. m. legunt *certantibus* ante studiis.
 (46) *Effecerint.* Post effecerint, s. d. m. legunt *I Sed et hoc, et quicquid boni potest diebus Egberti ascribi, attenuat facinus quo Elbertum et Egelbricum, filios patris, aut interimit aut interimi æquanimitè passus fuit.* c. omit. æquanimitè. a. c. l. omit. locum integrum.

§ 13. Successit (47) Egberto frater Lotharius A (A. D. 673), alite mala regnum ingressus, quippe per (48) undecim annos, 22 infestante Edrico filio Egberti, frequenter et varia sorte civilibus bellis conficiatus, novissimeque jaculo corpus trajectus, ipso vulnere inter medendum vitam effudit (A. D. 685). Sunt qui non (49) tacent fratres ambos cita morte merito crudelitatis absumptos (50); quod Egbertus filios patrum (51) innocentes occiderit; Lotharius martyres propalatos irriserit: quamvis prior et factum ingemuerit, et matri fratruclium partem insulæ Tanatos ad ædificandum monasterium concesserit.

§ 14. Nec Edricus successu tyrannidis longum gloriatus est; sed citra biennium, regno et vita spoliatus (A. D. 686), patriam lacerandam hostibus exposuit. Continuo enim quidam Kedwalla cum fratre Mollone, alias sane bonus et efficax, digladiabile odium in Cantuaritas spirans, quantis potuit conatibus provinciam invasit olim diuturna pace feriatam, sed tunc intestino bello dissidentem, impune sibi cessuram arbitratus: sed non ita ut sperabat imparatos, aut animi vacuos, provinciales offendit; siquidem post multa incommoda vicatim et oppidatim accepta, tandem animati ad manus veniunt; congressuque superiores Kedwallam in terga vertunt (52), fratreque in tugurium quoddam compulso, domunculam ipsam succendunt. Ita Mollo, dum erumpendi in hostem deesset audacia, et totis

circum tectum habentis regnarent incendia (55), inter flammam (54) halitum ructavit (A. D. 687). 23 Non tamen Kedwalla destitit, aut a provincia pedem reuulit, quin dolorem suum crebris accolarum dispendiis sarciret, rei quoque ultionem in successorem suam transfunderet, sicut suo loco dicitur (55).

§ 15. In tam (56) desperatis rebus Cantia seccano circiter a regia successione claudicatum: septimo (57) demum anno Wihfredus filius Egberti, cum apud suos invidiam pressisset industria, et apud hostes pacem locasset pecunia, magna spe civium allectus in regem (58), voti compotes fecit. Domi enim civilis, et bello invictus, Christianam religionem sanctissime coluit, potestatem amplissime porrexit (59), et, ut nihil felicitati deesset, post triginta et tres annos (60) longævus, quod beatissimum mortales putant, superstitibus eisdemque hæredibus liberis tribus, fato functus est. (61) Quorum Edbertus 24 viginti et tribus (62), Edalbertus undecim, Alricus (63) triginta et quatuor annis, paterna terentes (64) instituta, haud decolorare (65) exitu regnum continuavere, nisi quod Edalbertus fortuito urbis incendio (A. D. 754), et Alricus infausto adversus Mercios prælio (A. D. 774), gloriam temporum suorum (66) non parum obnubilavere. Ita si quid accidit probri non taceatur, si quid prosperarum in chronicis notatur, sive, quod consilio factum est, sive, quod naturæ vitio comparatum est: quod cum sit bonorum brevis gratia, æternam que

(47) Egberto. Obiit Egbertus mense Julio, A. C. D. 673.

(48) Undecim. a. s. c. d. l. m.; novem, c.— Beda undecim annos et septem menses Hlodheri regno assignat.

(49) Tacent. d. e.; taccant, a. s. c. l. m.

(50) Quod Egbertus filios patrum innocentes occiderit. Elbertus et Egilbertus filii erant Ermenfridi, qui Egberti consanguineus erat frater. Eorum occisionem susus postea describit Malmesburiensis.

(51) Innocentes. a. e. l.; post innocentes, legunt ut dixi, s. c. d. m.

(52) Fratresque. a. c. d. e. l. m.; fratresque Mollone, s.

(53) Inter flammam. Caedwalla et Mull, frater ejus, Cantiam depopulati sunt, anno 686; et anno sequenti Mull, cum duodecim aliis, ignis supplicio necatus. Sax. Chron. A. D. 686, 687.

(54) Halitum. a. s. d. e. l. m.; animam, c.

(55) Suo loco dicitur. Vide infra § 35.

(56) In tam. a. s. e. l.; Interea, c. d. m.

(57) Septimo. Si septem annorum periodus, de qua hic agitur, ab obitu Hlodheri computetur, Wihfredi successio ad annum 692 referenda est, quod melioris notæ auctoritatibus contrahit; si vero Edrici usurpatio hoc annorum numero includatur, major adhuc erit dissonantia. Unde satis apparet Malmesburiensem longius produxisse interregnum Cantia; quippe quod Wihfredi accessio ad annum 690 certissime refertur.

(58) Allectus in regem. Withridus regnare cepit anno 690 desinente. Juxta Saxon. Chronica constat quod hac ætate, A. D. 692, duo reges in Cantia erant, Withridus nempe et Suællardus. Vide etiam Florent. Worcest. anno 691. et Bedam, § 375.

(59) Porrexit. Post porrexit, a. legit Ipse est qui monasterium Sancti Martini apud Doferam fecit; d. m. omit. apud Doferam; s. c. e. l. omit integrum locum. In Florentii Wigorn. Genealogia regum Cantuar. hæc leguntur: Wihfredus in regnum succedens ecclesiam Sancti Martini in Dovera construxit.

(60) Triginta et tres annos. a. s. d. e. l. m.; triginta, c. Juxta Saxon. Chronic. Wihfredus xxxiv annos regnavit. Beda (lib. v, cap. 23) regno ejus annos xxxiv, menses vi verius assignat. Obiit die 23 April. A. D. 725 (Sax. Chron.).

(61) Quorum Edbertus viginti et tribus, Edalbertus undecim. Quæ a Malmesburiensi de Wihfredi filii narrantur non nihil obscura sunt. Hoc probabiliter innuit, Ethelbertum undecim annos regnavisse post Edberti obitum (cum quo antea jam viginti tribus annis conregnaverat), et Alricum post Ethelberti obitum triginta quatuor annos regno positum. Id optime cum aliis auctoribus congrueret, juxta quos defuncto Wihfredo filii ejus Edbertus et Ethelbertus conjunctim regnum susceperunt. Prior obiit anno 748, et posterior solus imperavit usque ad annum 761; successorem habuit Alricum qui anno 794 vita functus est.

(62) Viginti et tribus. a. s. c. e. l.; triginta et tribus, d. m.

(63) Alricus. Obiit Alricus anno 794, et cum eo defecit Hengisti genus. Ultimus regum Cantuarisium vulgo habetur.

(64) Terentes. a. c. d. e. l. m.; tenentes, s. relictus, ut videtur.

(65) Decolorare. s.; a. c. d. e. l. m. legunt decoloro.

(66) Gloriam temporum suorum. a. s. d. e. l. m.; claritatem fortunæ, c.

nocere dolent. Post illos nobile germen regum exaruit, generosus sanguis effriguit; tunc impudentissimus quisque, cui vel lingua divitias, vae factio terrorem comparaverat, ad tyrannidem anhelare, tunc regio insigni indigni abuti. Quorum Edelbertus idemque Pren (67) cum biennio Cantuaritis imperitaret (A. D. 794), in Mercius majora viribus conatus (68), et ab eisdem captus, vinculis manus, corpus captivitate præbuit: nec multo post ab hostibus laxatus, sed a suis non receptus, dubium quo sine defecit. Deinde ejusdem 25 calamitatis et factionis hæres Guthredus (A. D. 796) octo annis solo scilicet nomine regnavit. Hinc regie dignitatis abortivum Baldredus (A. D. 805) postquam Cantiam octodecim annis obsedit (69), ab Egbritho rege West-Saxonum prælio pulsus in exilium concessit. Ita regnum Cantie, quod ab anno incarnationis Domini quadringentesimo quadragésimo quarto (70) steterat, annis trecentis septuaginta (71) et quinque alterius potestati accessit. Sed quia primi regni, quod de Anglis excrevit, prosapiam paucis persecuti, quasi scintillam de antiquitatis favilla excussimus (72), nunc regnum West-Saxonum stilus ventilabit: quod a primo proximum, longo tamen intervallo inchoavit, ipsum est, quod multo situ, narcenscentibus cæteris, invicto usque ad adventum Normannorum vigore floruit, et alia, ut ita dicam, strangulata, faucibus avidis absorbit: hoc ergo si lineatim ad Egbrithum prolixerem, de reliquis duobus, nauseam longitudinis evitans, aliqua subtexam, quæ cum in primo libro debitum flæm invenerint, secundus solos West-Saxones intuebitur.

DE REGNO WEST-SAXONUM.

§ 16. Regnum West-Saxonum (73) quo neque (74) magnificentius neque diuturnius ullum Britannia vidit, 26 a quodam Cerdicio primum ebulliens, mox

(67) *Edelbertus idemque Pren*. Edbyrtus cognomento *Praen*, Cantie regnum obtinuit A. D. 794; captus est a Mercius anno 796, qui, effossis ejus oculis, manus amputaverunt. Assertit alibi Malmesburiensis Cænulum miseratione motum, eum e captivitate eduxisse ad altare Winchelcombe, et Guthredum, quem Offa regem Cantie constituerat, ut clementie regie adhæsisse.

(68) *Conatus*. a. d. f. l. m.; *ausus*, s. c.

(69) *Obsedit*. d. e. l. m.; *obsederit*, a.; *obsederat* potius quam *rezerat*, s.; *obsedit* potius quam *rexit*, c.

(70) *Quarto*. c. d. e. l. m.; *sexto*, a.; *nono*, s., D rectius.

(71) *Septuaginta*. a. s. c. e. l.; *sexaginta*, d. m.

(72) *Scintillam de antiquitatis favilla excussimus*. a. s. d. l. m.; *excussimus* vel *elicuimus*, e; *antiquitatis scintillam elicuimus*, c.

(73) *Regnum West-Saxonum*. Illius regionis reges se ab origine Gewinas, suæ domesticæ tribus, reges dicebant; a Gewin epim Cerdicus tertio gradu originem trahabat. Se in posterum West-Saxonum et posterius West-Saxon simul et Cantuaritarum reges dixerunt. Ad cognoscendam regni eorum amplitudinem vide postea, lib. 1, et Florentium Worcester, Append. ad Chron.

in magnum fastigiun evasis: qui gente Germanus, amplis majoribus, quippe a Wodenio decimus, cum domesticis confictationibus ingentes spiritus aluisset, satuit patria discedere, et armis famam dilatare. Id, animo communicato cum (75) filio Cenrico, meditari ausus, consentiente adolescente, qui proximis gloriæ passibus patrem urgeret, in Britanniam (76) cum quinque ceolis copias trajecit. Actum anno Dominicæ incarnationis quadringentesimo nonagesimo quinto, post mortem Hengesti octavo. Ipsoque die a (77) Britonibus bello exceptus, vir veteris militiæ non difficulter arietantem multitudinem contudit et fugere compulsi: quo successu et sibi profundam (78) in reliquum securitatem, et provincialibus quietem, peperit; nam, nunquam post illum diem læscendam arbitrati, in ejus jura volentes concessere. Non tamen ille ignavo indulgens otio seriabatur, quin potius crebras circumquaque victorias extendens anno post adventum suum vicesimo quarto in occidentali parte insulæ, quam illi West-Sexam (79) vocant, monarchiam adeptus est: qua quindecim (80) annis functus, satem complevit, regno toto præter insulam Wehtam ad Alinum devoluto. Ea enim, indultu regie munificentie, potestati Wihgari (81) nepotis sui (82) accessit. 27 Is, tum sanguinis propinquitate, tum bellicandi artibus, avunculo juxta carus (83), celebrem in eadem insula primo principatum, post etiam sepulturam (84) accepit. Porro Cericus, patre non inferior virtute, regnum nonnihil ampliatum, post annos viginti sex (85), filio Ceaulino contulit (A. D. 560).

DE CEAULINO (A. D. 560).

§ 17. Cujus spectatissimum in præliis robur annales ad invidiam efferunt, quippe qui fuerit Anglis stupori, Britonibus odio, utrisque exitio. Horum

(74) *Neque*. a. d. e. l. m.; *nec*, c., ut mox.

(75) *Cum*. a. c. d. e. l. m.; omit. s.

(76) *In Britanniam... trajecit*. Cerdicus et Cynricus in locum appulere qui dicitur *Cerdices-ora*. (*Sax. Chron.* A. D. 495.)

(77) *Ipsaque die a. s. c. d. e. l. m.*; *Ipsa quoque die*, a.

(78) *Profundam*. a. s. d. e. l. m.; omit. c.

(79) *West-Sexam*. Principium regni West-Saxonum ascribitur etiam anno 519, juxta *Sax. Chronic.*

(80) *Qua quindecim*. a. d. e. l. m.; *qua sexdecim*, s.; *qui sexdecim*, c.

(81) *Wihgari*. Cerdicus et Cynricus insulam Wehtam (*Wight*) anno 550 ceperunt, eamque duobus suis nepotibus, Stufa et Wihgario, dederunt. (*Sax. Chron.*)

(82) *Nepotis sui*. a. s. d. e. l. m.; omit. c.

(83) *Carus*. d. e. l. m.; *carnis*, a.; post *carus*, *eius enim ex sorore nepos erat*, s. c.

(84) *Sepulturam*. Obiit Wihgarius anno 544, et Carisbrook sepulturam accepit. (*Saxon. Chron.*)

(85) *Viginti sex*. s. e. e.; *viginti quatuor*, a. d. l. m.

exempla pro compendio subjiciam. Ethelbirthum A Cantuaritarum regem, alias laudabilem, sed tunc pro antiquitate familiarum primas sibi partes vindicantem, ac per hoc avidius alienos fines incursantem, probe aggressus suis auxiliis ad sua fugavit (86). Britannos, qui temporibus patris et avi vel praesentis deditiois umbone, vel claustrorum muralium obiectu, Glocestriae et Cirecestrae et Bathoniae exitium effugerant (87), (88) infesta (89) prosecutus animositate, urbibus exiit, et in confragosa saltuosaque loca hodieque detrusit. Inter haec tamen, quia fatalis alicuius iactibus in hujus vitae tabula mortales eludit, tantos bellorum eventus (90) obfuscavit luctus domesticus; denique Cuda (91), fratre immatura morte intercepto, ejusdemque nominis filio ante se in pugna extincto, ambobus praedicabilis spei juvenibus, multum **28** felicitati suae decessisse non semel (92) suspiravit. Postremo ipse, diebus ultimis regno extorris, miserandum sui spectaculum hostibus exhibuit. Quia enim in odium sui quasi classicum utrobique cecinerat, conspirantibus tamen Anglis quam Britonibus apud Wodnesdic (93) caeso exercitum anno tricesimo primo (94), regno nudatus, in exilium concessit, et continuo decessit (95). Tunc sicutantes regni habenas direxerunt nepotes ejus, filii Cuda; Celricus (96) annis quinque (A. D. 593), Ceolwulfus (97) annis (98) quatuordecim. Quorum tempore inferior, sed virtute praestantior, omnem aetatem in bellis detrivit, quippe qui nulli unquam ignaviae locum dederit, quin sua et tutaretur et protenderet.

§ 48. Post illum filii Celrici, Cinegislus et Quicel-

(86) *Fugavit*. Ceawlinus Ethelbertum, Cantuaritarum regem repulit in praelio Wimbledon., A. D. 568.

(87) *Vide Sax. Chron.* A. D. 577.

(88) *Infesta*. a. s. d. e. l. m.; *avide* c.

(89) *Prosecutus*. s. c. d. e. l. m.; *persecutus*, a. l.

(90) *Eventus*. a. d. e. l. m.; *successus*, s. c.

(91) *Cuda*. Cutha et filius ejus occubuerunt in praelio commisso Fretherne, in Gloucestershire, A. D. 584. (*Sax. Chron.*)

(92) *Non semel*. a. s. d. e. l. m.; *plusquam semel*, c.

(93) *Wodnesdic*. Hujus praelii locus incertus. Apud quosdam Wandslike in Wiltshire, apud alios Wemborow; juxta Florentium Worcesterensem Wodnesbeorh, id est Monte Wodeni, audit. Si fides habeatur Saxon. Chron. magna caedes Woddesbeorge, anno 591, facta est, et Ceawlinus, e regno suo abductus, anno 593 obiit.

(94) *Tricesimo primo*. a. s. d. e. l. m.; *vicesimo primo*, c.

(95) *Celricus*. Ceol aut Ceolus in Saxon. Chron. et in Florentio Worcester. vocatur; regno successit, expulso avunculo suo Ceawliuo, A. D. 591, et quinque annos regnavit.

(96) *Quinque*. a. d. e. l. m.; *sex*, s. e.

(97) *Ceolwulfus*. Ceolwulfus regnare cepit A. D. 597, et anno 611 defunctus est, quatuordecim anno regno potitus.

(98) *Annis*. s. c. d. e. l. m.; *omit*. a.

(99) *Post illum filii Celrici, Cinegislus et Quicel-* mus. Confer Malmesb. narrationem cum Florentio Worcester. et Chronic. Sax.

mus (99), regni infulas aequa lance induerunt (A. D. 611); ambo strenui, ambo mutuis pietatis inter se certantes officiis, ut merito propter insolitam regibus concordiam fuerint praesentibus miraculo, futuris exemplo. Denique bella quamplurima, nescias majore virtute an moderatione, gesserunt vel contra Britannos, vel contra Pendam regem Merciorum, hominem, ut suo loco dicitur, ad **29** furia (100) belli peridoneum: qui proprios egressus terminos, dum Cirecestram suis partibus applicare conatur, impetum concordium regum non ferens, cum paucis profugit (A. D. 628). Quicelnum sane non mediocri culpa respergit, quod Edwinum (1) Northumbrorum regem, probatae prudentiae virum, subornato sicario insidiis appetiverit. Sed si consideretur illa gentilis sententia, et dolus an virtus quis in hoste requirat (2), facile excusabitur nihil praeter solitum fecisse, quod vellicatorem potentiae quoque modo voluerit de medio subtrahere. Nam et antea de regno West-Saxonum plurima decerpserat, et tunc accepta irritatus injuria, quoniam (3) recruduerant odia, multa provincialibus infixit dispendia. Evaserunt tamen reges, quibus non multo post per Birinum (4) episcopum caelestis influxit doctrina (5), regni anno vicesimo quinto, post adventum beati Augustini (6) quadragesimo. Inflexus illico (7) Cinegislus, et (8) mollito regali (9) supercilio, sacerdoti se in baptismo (10) libens substravit. Recalcitravit aliquantisper **30** Quicelmus (11), donec valetudine corporis admonitus ne salutem animae negligeret, devotionem consortis et ipse amulatus eodem anno carne solutus est (A. D. 636). At vero Cinegislus

(100) *Furia*. s. d. e. l. m.; *furti* c.; *furiosa*, a.

(1) *Edwinum*. De proposito quod concepit Quicelmus Edwinum interficendi, qui praevenerat Lilla, ejus familiari, salvus evasit, vide Bedam, lib. II, cap. 9, § 113, edit. Ang. Hist. Soc., et Sax. Chron. A. D. 626.

(2) *Dolus an virtus quis in hoste requirat*. *Vinc. Aen.* II, 389.

(3) *Quoniam*. s. c. d. e. l. m.; *quia*, a.

(4) *Post per Birinum*. a. d. e. l. m.; *post per beatum Birinum*, s.; *post beatum Birinum*, c. Birinus, natione Italicus, in Angliam missus est ab Honorio papa, Dorcestriaeque episcopus constitutus. Obiit die 3 Decembris A. D. 648; sed juxta Sax. Chron. A. D. 650.

(5) *Episcopum caelestis influxit doctrina*. a. c. d. e. l. m., *episcopum sanctum caelestis influxit doctrina*, s.

(6) *Augustini*. a. c. d. e. l. m.; *Augustini Anglorum apostoli*, s.

(7) *Inflexus illico*. a. s. d. e. l. m.; *inflexus ergo illico*, c.

(8) *Et*. a. d. e. l. m.; *omittitur* in s. c.

(9) *Regali*. a. s. c. d. l. m.; *regni*, e.

(10) *In baptismo*. Cynegislus Dorcestriae in Oxfordshire baptizatus est ab episcopo Birino, anno 635; Oswaldusque Northumbriae rex sponsor eius. (Vide Bedam, lib. III, cap. 7, § 168, edit. Ang. Hist. Soc.; et Sax. Chron. A. D. 635.)

(11) *Quicelmus*. Quicelmus baptizatus est anno Domini 636, eodemque anno obiit. (*Saxon. Chron.*)

saecennio post, longæ quietis gratia functus, anno regni tricesimo (12) primo vitam clausit (A. D. 643).

§ 19. Successit hæreditati filius ejus Kenewalkius (13), primo regni auspicio pessimis, medio et ultimo tempore optimis principibus comparandas. Potestate siquidem initiatus adolescens, qui regio luxu insolens facta paterna in secundis poneret (14), sine rétractione Christianismum et legitimum matrimonium abjuravit: sed a Penda (15) rege Merciorum, cujus sorori repudium dederat, bello impetitus et victus, ad regem Orientalium Anglorum confugit; ubi et propria calamitate et hospitis sedulitate fidem persuasus, triennio post resumptis viribus regnoque accepto (16), jocundum miraculum suæ mutationis (17) civibus exhibuit: in tantum fortis, ut qui antea nec suos fines impune defensitarat, nunc usquequaque (18) imperium prorogaret. Britannos antiquæ libertatis conscientiam frementes, et ob hoc crebram rebellionem meditantes, bis omnino protrivit: primum in loco (19) qui dicitur Wirtgernesburg (20); secundo juxta montem qui dicitur Pene (21): et in Wulferium §1 Pende filium paternam ultus injuriam (A. D. 661), plurima illum parte regni truncavit (22). Religiosus adeo, ut primus antecessorum suorum in Wintonia (23) templum Deo per id seculi (24) pulcherrimum construeret (25); quo loci posteritas in sede episcopali fundanda, etsi augustiori peritia, per eadem (26) tamen cucurrit vestigia. (27) Sed quia Kenewalchii tempora attigimus, et Glastoniensis (28) cænobii se obtulit locus, ejusdem ecclesiæ ex-

ortum et processum, quantum e strue monumentorum corradere potero, repetens ab origine pandam, Tradunt bonæ credulitatis annales, quod Lucius (29) rex Britannorum ad Eleutherium (30), decimo tertio loco post beatum Petrum papam, miserit (31), oratum ut Britannia tenebras luce Christianæ prædicationis illustraret. §2 Mactus animi rex, magnæ prorsus laudis factum adorsus, ut fidem, quam tunc temporis pene omnes reges et populi persequerentur exhibitam, ipse ultro appeteret vix audiam. Venerunt ergo, Eleutherio mittente, prædicatores Britanniam, quorum in ævum durabit efficacia, quamvis longe situs ætatis consumpserit nomina (32). Horum fuit opera vetusta in Glastonia sanctæ Mariæ ecclesia, sicut fidelis per succidua secula non tacuit B antiquitas. Sunt et illæ non exiguæ fidei literæ in nonnullis locis repertæ ad hanc sententiam, et Ecclesiam Glastoniæ non fecerunt aliorum hominum manus, sed ipsi discipuli Christi eam ædificaverunt. N. c. abhorret a vero: quia si Philippus apostolus Gallis prædicavit, sicut Freculfus libro secundo, capitulo quarto, dicit (33), potest credi quod et trans Oceanum sermonis semina jecit. Sed ne videar per opinionum (34) vœnias lectorum expectationem fraudare, illis quæ discrepant in medio relictis, ad solidæ veritatis gesta enarranda succingar

DE ECCLESIA GLASTONIÆ.

§ 20. Ecclesia de qua loquimur, quæ pro antiquitate sui celebriter ab Anglis Ealdechirche, id est Vetus Ecclesia, nuncupatur, primo virgæ, nescio

(12) Tricesimo. a. s. d. e. l. m.; vicesimo, e.

(13) Successit... Kenewalkius. Cynewealh patri suo successit A. D. 643. (Sax. Chron.)

(14) Poneret. a. d. e. l. m.; ponebat, s. c.

(15) Sed a Penda. Cynewealh a regno suo pulsus eat a Penda A. D. 645. (Sax. Chron.; vide etiam Bedam, lib. iii, c. 7.)

(16) Accepto. e.; recepto, a. s. c. d. l. m.

(17) Mutationis. Cynewealh baptizatus est, A. D. 646, a Felice Dunwich. episcopo.

(18) Nunc usquequaque. a. d. e. l. m.; nec longius ante, s.; nunc longiuscule, c.

(19) Primum in loco... Pene. s. d. e. m.; c. legit Pentie; a. l. omit. locum integrum.

(20) Wirtgernesburg. Locus hujus prælii ignotus mai et. In Sax. Chron. Cynewealh pugnasse dicitur Bradfordi, super flumen Avon, A. D. 652.

(21) Qui dicitur Pene. Pen, in Somersetshire, prælium commissum est A. D. 658. (Sax. Chron.)

(22) Truncavit. a. d. e. l. m.; multavit, s. c.

(23) In Wintonia. Sancti Petri, Winchesteria. Vetus ecclesiæ dicta ut distingueretur a Novo Monasterio (New Minster), quod incunte decimo sæculo erectum fuerat. A. D. 659, Dorcestria diocesis in duas partes fuit divisus. Angilbertus Dorcestria remansit, et Wini Winchesteria collocatus est; at anno sequenti integræ provincie principatum obtinuit.

(24) Seculi. a. d. e. l. m.; temporis, s. c.

(25) Construeret, s. c. d. e. l. m.; construxerit, a.

(26) Eadem. a. s. d. e. l. m.; ea, c.

(27) Sed quia... revertar. Textus, a sed quia ad ordine revertar, § 29, occurrit in d. c. f. m.; a. s. g. h. l. legunt ita munificus ut nihil; c. k. legunt nec solum in ecclesiasticis verum et in secularibus

C ita munificus existit, ut nihil, omitteres integrum textum a sed quia usque ad revertar.

(28) Glastoniensis. Malmesburiensis ecclesiæ Glastoniensis historiam conscripsit, de qua hunc locum extraxit. Opus istud editum est in Gale Collectione, vol. III, et a Hearne.

(29) Lucius rex Britanni. Magna eruditione et industria Asi sunt diversi auctores ut probarent regem nomine Lucium olim in Britannia regnasse, eumque ad fidem Christianam conversum fuisse. Quot scriptores (et non minus viginti sex), tot i ejus conversionis tempore statuendo sensus.

(30) Ad Eleuther. Eleutherius, juxta Muratorium, ab anno 170 ad annum 185 Romanæ ecclesiæ præfuit.

(31) Miserit. Elvanus et Meluinus vocantur qui Romam missi sunt. Epistola quæ a rege Lucio tum scripta esse supponitur, atque ejus missionis causa ab Usshero examinantur. (Brit. Eccl. Ant., p. 24, 27.) Hujus epistolæ exemplar in episcopi Godwini opere, p. 22, ed. Cant. 1743, repertum est.

(32) Quamvis... consumpserit nomina. Hi Faganus et Duvianus erant; Lucium et multos ex ejus subditis baptizasse dicitur.

(33) Freculfus... dicit. Freculfus, Fuldensis monachus, et postea Lexoviensis episcopus. Nono sæculo vixit, et Chronica conscripsit, quæ in duas partes dividuntur. Pars prior, a mundi exordio usque ad Christi nativitatem, septem libros complectitur; posterior vero, a Christi nativitate usque ad Francorum Lombardorumque adventum, circa annum 600, in quinque libris absolvitur (Freculf. Chron., tom. II, lib. II, c. 4, p. 448, in-8°, Heidelberg, 1597.)

(34) Opinionum. d. m.; opinionem, c.

quid divinæ sanctitatis jam inde a principio redoluit, spiravitque in omnem patriam, quamvis **33** ex deformi grandis reverentiæ cultu. Hinc confluentium illuc populorum totis callibus undæ; hinc opulentorum deposita pompa conventus; hinc religiosorum et literatorum frequens perhendingatio. Nam, sicut a majoribus accepimus, Gildas (35), neque insulsus neque infacetus historicus, cui Britanni debent si quid notitiæ inter cæteras gentes habent, multum annorum ibi exegit loci sanctitatis captus. Est ergo ecclesia illa omnium quas quidem noverim in Anglia vetustissima, et inde cognomen sortita. In ea multorum sanctorum, quorum aliquos in processu notabimus, corporales servantur exuvie, nec a beatorum cineribus vacat ullus fani ambitus. Adeo pavementum lapide polito crustatum, adeo altaris latera, ipsumque altare, supra et infra reliquiis confertissimis aggerantur. Ubi etiam notare licet in pavimento, vel per triangulum vel per (36) quadratum, lapides altrinsecus ex industria positos, et plumbo sigillatos, sub quibus (37) quiddam arcani sacri contineri si credo, injuriam religioni non facio. Antiquitas sanctorum et congeries excivit reverentiam loco, ut vix ibi quis noctu præsumat excubias agere, vix interdiu excrescens flegma projicere; illusoriæ sceditatis (38) conscius **34** toto cohorreat corpore. Nullus intra contiguum cimiterium vel avem venatoriam advexit, vel quadrupedes induxit, qui sui vel rei possessæ indempnis abierit. Ferro vel aqua examinandi (39), si orationem ibi deposuerunt, omnes quos præsens memoria complectitur, uno excepto, de salute sua tripudiarunt. Si quis e vicino aliquid ædificium loquendum putasset, quod obumbratione sua lucem invideret ecclesiæ, patuit ruinæ. Satisque constat homines illius provinciæ nullum sanctius vel crebrius juramentum habere, quam per veterem ecclesiam; nihil magis vitantes, metu celeris vindictæ, quam pejerare. Labantem veritatem dictorum quæ proposuimus, in libro quem de antiquitate ejusdem ecclesiæ scripsimus, pro successu annorum, testimoniis fulciemus.

§ 21. Interim palam factum est merito dici cælesti in terris sanctuarium tot sanctorum recondito-

(35) *Gildas*. Juxta Malmesburiensem, in libro *De antiquitate Glastoniensis Ecclesiæ* Gildas historiographus obiit A. D. 512, Glastoniæque (*Glastonbury*) sepulturæ mandatus est. Id consentaneum est cum eo quod asseritur in *Vita Gildæ a Caradoc Llan-carvan*; sed non congruit cum eo quod erui potest ex ipsis hujus historici verbis (*De excidio Britannicæ*, § 26), videlicet quod natus sit ipso anno obsidionis Caer Badon, quæ nunc pro certo ad annum 516 remitti nequit. Quæ temporum dissonantia conciliari non potest nisi duos fuisse supponatur historiographos qui iisdem fere temporibus scripserint. Vide ampliora de ea apud Stevensonem, præfat. ad *Gildam*, ab Anglica Historica Societate editam.

(36) *Per. e.*; omit. in d. m.

(37) *Sub quibus. e.*; *bustis quibus*, u. m.

(38) *Fæditatis. e.*; *infæditatis*, d. m.

(39) *Ferro vel aqua examinandi*. Vide Spelmanum voce *Ordalium*.

rium. Quantum vero is locus fuerit etiam primitibus patriæ venerabilis, ut ibi potissimum sub protectione Dei genitricis operirentur diem Resurrectionis, plura sunt documenta, quibus pro caute fastidii abstineo. Illud quod pene clam omnibus est libenter prædicarem, si veritatem exculpere possem, quid illæ pyramides sibi velint, quæ, aliquantulis pedibus ab ecclesia illa positæ, cimiterium monachorum prætexunt. Procerior sane, et propinquior ecclesiæ, habet quinque tabulatus, et altitudinem viginti octo pedum: hæc, præ nimia sui vetustate etsi ruinam minetur, habet tamen antiquitatis nonnulla spectacula quæ plane possunt legi, licet non plene possint intelligi. In superiori enim tabulatu est imago pontificali schemate facta. In secundo

35 imago regiam prætendens pompam, et literæ (40) *Her Sexi et Bliswert*. In tertio nichilominus nomina *Wencrest*, *Bantomp* *Winewegn*. In quarto *Bate*, *Wulfred* (41), et *Eandæl*. In quinto, qui et inferior est, imago, et hæc scriptura, *Logor*, *Weasleas*, et *Bregden*, *Swelwes*, *Hivingendes*, *Beam*. Altera vero pyramis habet viginti sex pedes, et quatuor tabulatus; in quibus hæc leguntur, *Centwine* (42), *Hedde* episcopus (43), et *Bregored*, et *Beorward*. Quid hæc signifcent (44) non temere diffinio, sed ex suspitione colligo eorum interius in cavatis lapidibus contineri ossa (45), quorum exterius leguntur nomina. Certe *Logor* (46) is pro vero asseritur esse, de ejus nominæ quondam *Logweresberh* dicebatur, qui nunc *Mons Acutus* vocatur; *Bregden* a quo *Brentacnol*, et *Brentemeirs*; *Bregored* et *Beorward* abbates ejusdem loci tempore Brittonum, de quibus et cæteris qui occurrere poterunt ex hinc liberiori campo exultabit oratio. Jam etiam abbatum seriem, et quid cuique, et a quo rege monasterio delegatum sit, sermo explicare contendet.

§ 22. Ac primum de beato Patricio, a quo monimentorum nostrorum series elucescere cepit, pauca libabimus. Saxonibus enim Britannorum infestantibus pacem, et Pelagianis eorum expugnantibus **36** fidem sanctus Germanus Antissiodorensis (47) contra utrosque suppetias tulit. Illos etiam

(40) *Literæ. e.*; hæc *literæ*, d. m.

(41) *Wulfred. d. e. m.*; *Wulfred*, f.

(42) *Centwine*. Centwini West-Sexæ rex factus est A. D. 676, obiit vero anno Domini 685.

(43) *Hedde episcopus*. Winchestriæ episcopus. anno 676 successit, die vero 7 Julii, A. D. 705, obiit.

(44) *Quid hæc signif.* Conferantur nomina dædæcim monachorum qui Glastoniæ sedem locasse S. Patricii adventu dicuntur, scilicet, *Wenreth*, *Bancommeweng*, *Loyor*, *Wellias*, *Breden*, *Swelwes*, *Brumbam*, *Hlyregaam*, *Brenwal*, *Adelward*, *Hurloernius*, *liin*.

(45) *In cavatis lapidibus... ossa*. Pyramidibus aliquando Saxones ad sepulturam utebantur. Vide *Angliam sacram*; *Osbern. De Vita S. Dunstani*, part. II, p. 110.

(46) *Logor. e.*; *Logwor*, d. f. m.

(47) *S. Germ. Ant. S. Germanus*, Antissiodorensis episcopus, una cum *Lupo*, Treceusi episcopo,

Alleluatico cantu fudit (48), istos evangelicis et apostolicis tonitribus fulminavit. Inde in patriam molitus reditum, Patricium ad familiare contubernium ascivit, eundemque post aliquot annos Hiberniensibus, jubente Cœlestino papa, prædicatorem misit. Unde scriptum est in Chronicis, « Anno Dominicæ incarnationis quadringentesimo vicesimo quinto sanctus Patricius ordinatur a Cœlestino papa in Hiberniam (49). » Item, « Quadringentesimo tricesimo tertio anno Hibernia insula convertitur ad fidem Christi, prædicante sancto Patricio, cum multis mirabilibus. » Ille igitur munus injunctum gnæviter executus, et extremis diebus in patriam revertens, super altare suum Cornubiam appulit (50), quod hodieque apud incolas magnæ venerationi est propter sanctitudinem et utilitatem, propter infirmorum salutem. Ita Glastonian veniens (51), ibique monachus 37 et abbas factus, post aliquot annos naturæ cessit. Cujus assertionis omnem absolvit scrupulum visio cujusdam fratris, qui post obitum beati viri, jam nutante memoria utrum ibi monachus et abbas fuerit, cum de hoc frequens verteretur quæstio, tali confirmatus est oraculo. Resolutus enim in soporem, visus est audire quemdam legentem, post multa ejus miracula, hæc verba, « Hic igitur metropolitani pallii sanctitate decoratus est; postmodum vero hic monachus et abbas factus. » Adjectum etiam ut non integre credenti literis aureis quod dixerat scriptum ostenderet. Excessit ergo Patricius anno ætatis centesimo undecimo, incarnationis Domini quadringentesimo septuagesimo secundo, qui fuit annus ex quo Hiberniam missus est quadragessimus septimus. Requiescit in dextro latere altaris vetustæ ecclesiæ, in pyramide saxeâ, quam argento vestivit posteriorum diligentia. Hinc

Idem prædicaturus in Angliam venit anno 429; ejus secunda missio anno 449 occurrit; Ravennæ, anno 439, obiit. Annos circiter quadraginta post Germani obitum, Constans, Lugdunensis presbyter, ejus vitam scripsit, ex quo opere quæ a Beda narrantur (*Hist. eccl.*, lib. 1, cap. 17-21) de missione S. Germani in Britanniam fere verbatim desumuntur. Altera S. Germani Vita hexametro carmine ab Herico Antissiodorensi monacho scripta est, qui circa annum 880 defunctus est.

(48) *Alleluatico cantu fudit*. Vide Bedam, lib. 1, c. 20, § 45.

(49) *A Cœlestino*, etc. Juxta Saxon. Chronica, S. Patricius missus est in Hiberniam ad prædicandum baptismum a Cœlestino papa, anno Domini 430.

(50) *Super altare... appulit*. S. Patricium, in altari suo vectum, ab Hibernia navigasse, et Padstow, in Cornubia (*Cornouailles*) appulisse traditum est. Gough's Camden, 1, 19.

(51) *Ita Glast. veniens*. S. Patricius Glastonian anno 449 venisse dicitur, ibique duodecim reperiisse monachos (eorum successores quos primo ibi Joseph ab Arimathæa constituerat) cum quibus triginta novem annos vitam egit. Illo ibi defuncto sepultoque, ecclesiæ, quæ soli Mariæ Virginæ dicata erat, hæc et S. Patricio simul consecrata est. Ab archiepiscopo Usherio satis pemptorie demonstratum est: S. Patricium nec Glastoniensis vixisse, nec ibi conditum esse. Malmesburiensis Vitam S. Patricii

A Hiberniensibus mos inolitus ad exosculandas patroni reliquias locum frequentare.

§ 23. Unde et sanctum Indractum (51*) et beatam Brigidam, Hiberniæ non obscuros incolas, huc olim commeasse celeberrimus sermo est. Brigida, (relictis quibusdam suis insignibus, monili videlicet pera et textrilibus armis, quæ adhuc pro sanctitatis memoria ostentatur, et morbis diversis medentur,) utrum domum reversa, an ibi acceperit pausam, incertum. Alterum juxta Glastoniam martyrizatum cum sociis septem, 38 postmodum in veterem translatum ecclesiam, liquebit per narrationis consequentiam.

§ 24. Successit Patricio in abbatis regimine Benignus (52), sed quot annis incertum. Quis autem fuerit, et quomodo patria lingua dictus, non infacete versas exprimunt, qui in epitaphio apud Feramere scripti fuerunt.

Hoc patris in lapide Beonnæ sunt ossa locata, Qui pater extiterat monachorum hic tempore prisco: Hunc fore Patricii quondam fortasse ministrum Fantur Hibernigenæ, et Beonnæ de nomine dicunt.

Is quantæ apud Deum gratiæ fuerit et sit, et veteris quondam vitæ et novæ, in majorem ecclesiam translationis præconantur magnalia.

§ 25. Jam vero quanti hunc locum penderit magnus ille David Menevensium archiepiscopus (53) celebrius est quam ut nostro indigeat illustrari: relatu. Ille antiquitatem et sanctitudinem ecclesiæ divino comprobavit oraculo. Dedicationi enim ejus intendens, cum episcopis septem, quorum primas erat, ad locum venit: paratis autem omnibus quæ officii usus exposceret, nocte præcessura, ut putabat, festivitatem, somno indulsit. Omnes ergo sensus in quietem solutus, vidit Dominum Jesum

duobus libris conscripsit, sed nullus ejus manuscriptus codex nunc notus. Leland tamen (*Collect.* III, 273, Londini, 1770, in-8o) excerpta ex ea dedit.

(51*) *S. Indractum*. Malmesburiensis Vitam S. Indracti (*Passio sancti Indracti*) scripsit, quæ nunquam prælo subjecta est. Pulcherrimus hujus operis manuscriptus codex in Bodleiana bibliotheca servatur. Abbreviatus est in quodam Joannis a Tynemouth opere cui titulus: *Nova Legenda Angliæ*, quod in lucem editum est sub isto nomine: CAPGRAVE'S *Legenda Nova Angliæ*, fol. 188, b, Londine, 1516.

(52) *Benignus*. Malmesburiensis scripsit etiam librum cui titulus *Miracula sancti Benigni*, abbreviatum in Joanne a Tynemouth. Vide Capgrave's *Nova Legenda Angliæ*, fol. 26. In sua Glastoniæ historia asserit ille Benignum S. Patricio successorem fuisse in abbacia, A. D. 460, ejusque ossa translata esse Glastoniam anno 901 (? 1091).

(53) *David Menev. archiep.* David Caerleon, archiepiscopus, sedem Menevensium transtulit: successores, in ejus memoriæ venerationem, S. Davidis archiepiscoporum titulum sumpserunt. Ejus obitum ad annum Domini 642 refert Godwin, at Malmesburiensis (*Antiq. Eccl. Glaston.*) eum anno 516 assignat. Juxta eandem auctoritatem, Davidis corpus translatum est Glastoniam quadringentis et viginti annis post ejus obitum, A. D. 966.

assistere, causam adventus **39** blande sciscitantem; quam cum ille incunctanter aperuisset, revocavit eum a sententia Dominus hoc dicto, « Dedicatam a se dudum ecclesiam in honorem matris suæ, iteratione humana sacramentum temerari non oportere. » Simulque cum dicto, digito volam terebrare visus, subjecti, « Hoc haberet signum repeti non debere quod ipse anticipasset facere: sed quia intentionis illius non tam fuisset audacia quam devotio, pœnam non prolongandam. Denique mane futuro cum, in missa, « cum ipso, et per ipsum, et in ipso, » dicturus esset, plenum ei salutis vigorem refundendum. » His terroribus antistes somno excussus, sicut tunc ulcerosa sanie impalluit, sic postea veritatis prophetiæ applausit. Sed ne nihil videretur egisse, aliam ecclesiam citato fecit et dedicavit opere. De hoc sane egregio et incomparabili viro, utrum ibi obierit, an in sede propria vitam finierit, incertum habeo. Nam eum (54) cum beato Patricio esse affirmant; et Walenses, orationum frequentatione, et multiplici sermone, id præcudubio astruunt et corroborant, illud in medium proferebant Bernardum (55) episcopum semel et secundo eum quæsisse, et multis reclamantibus non invenisse. Hæc de beato David dixisse sufficiat.

§ 26. Multum temporis in medio, et venit in (56) Britanniam sanctus Augustinus (57), a beato Gregorio directus, anno incarnationis Domini quingentesimo nonagesimo sexto; cujus prædicationis commilitonem Paulinum, ex archiepiscopo Eboracensi **40** Rosensem episcopum (58), asserit majorum traditio, ecclesiæ contextum dudum, ut diximus, virgeæ, ligneo induisse tabulatu. Eggit in mirum prædicabilis viri solertia, ut nihil decederet sanctitati, et plurimum accederet ornatui: et certe solet ecclesiarum cultus augustior quamlibet brutas mentes ad orandum accendere, quamlibet cervicositatem ad supplicandum inflectere.

§ 27. Anno incarnationis (59) sexcentesimo primo, id est, adventus beati Augustini quinto, rex

(54) *Nam eum. e.; nam viri religiosi recordatione digni eum, d. m.*

(55) *Bernardum. In Antiq. Glas. Eccl. hæc leguntur: Bernardum episcopum Rosinæ vallis. Sharpe opinatur illum alium non esse quam Bernardum S. Davidis episcopum; A. D. 1115.*

(56) *In. e.; omitt. in d. m.*

(57) *A. D. 596.*

(58) *Paulinum. . . Ros. episc. Paulinus una cum aliis missus est ad Augustinum epistolam ferens et pallium, A. D. 601. Consecratus est episcopus Eboracensis die 21 Julii anno 625. E Northanimbriorum regione fuit cum Eadwini regis uxore et filijs ad Eadbaldum, Cantix regem, Rocestrixque episcopus factus est, anno 635. Obiit die 10 Octobris, A. D. 644.*

(59) *Incarnationis. e.; incarnationis Domini, d. m.*

(60) *Rex Donnix. e. f.; rex Dera nomine, d. m. — Devonshire rex.*

(61) *Ejusdem. e.; ejus, d. m.*

(62) *Prodente. e.; protendente, d. m.*

(63) *Septuagesimo. e.; quadragesimo nono, d. m.*

A Donnix (60) terram quæ appellatur Ineswitrin ad ecclesiam vetustam concessit, quæ ibi sita est, ob petitionem Worgrez abbatis, in quinque casatis. « Ego Maworn episcopus hanc cartam conscripsi. Ego Worgrez ejusdem (61) loci abbas subscripsi. »

§ 28. Quis iste rex fuerit scedula vetustas negat scire. Verumtamen quod Britannus fuerit hinc non ambigitur, quod Glastoniam sua lingua Ineswitrin appellavit; sic enim eam Britannice vocari apud eos constat. Illud quoque animadvertere par est, quantæ antiquitatis sit ecclesia quæ tunc etiam dicebatur Vetusta. Fuerunt sane ejusdem abbatæ, Britannicam barbariæ nominibus prætententes, præter Worgrez, Lademund et Bregored. Prælatibus eorum tempora sunt in obscuro, sed nomina illorum et dignitates in majori ecclesia, prodente (62) secus altare pictura, sunt in propatulo. Felices ergo ejus loci habitatores, quos ipsa sanctuarii reverentia ad morum **41** compositionem invitat. Nullum de his crediderim deperire cælo, quos egressos corpore tot patronorum excepit laus vel excusatio.

§ 29. Anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo septuagesimo (63), Ceonwall, regni sui vicesimo nono, dedit Bertwaldo Glastoniensi abbati Ferramere, duas hidas, archiepiscopo Theodoro interveniente. Illic idem Bertwaldus, renitente rege, et diœcesis episcopo, Glastoniæ renuntians, ad regimen monasterii Racluf (64) secessit. Quocirca Bertwaldus, et fama religionis nominatissimus, et generis nobilitate præclarus, (quippe fratris Ethelredi regis Merciorum filius,) et loci opportunitate, Cantuarix proximis, Theodoro archiepiscopo decedente, illius successit cathedræ (65). Hæc de Glastoniensis antiquitate ecclesiæ me dixisse sufficiat (66). Nunc ad Kenewalchium ex ordine revertar, qui ita fuit magnificus ut nihil patrimoniorum cognatis negaret, quippe qui filio fratris pene tertiam regni partem magnanima liberalitate communicaret (67). Has animi regales (68) dotes stimulis admonitionum (69) animabant sanctissimi suæ **42** provinciæ epi-

D Vide Cynewealh chartæ exemplar, An. Dom. 670 insignium, quod editum est in Kemble, *Codex Diplomat. Ævi Saxon.*, p. 10, n. 7. Hæc charta spuria videtur.

(64) *Racluf. Reculver, in Kent. Vide Bedam lib. v, c. 8, § 375.*

(65) *Theodoro, etc. Theodorus archiepiscopus defunctus est die 29 Septembris, A. D. 690; et Bertwaldus electus Cantuarix archiepiscopus die 1 Julii, A. D. 692.*

(66) *Hæc de Glaston. . . sufficiat. Quæ hic de Glastonia relata sunt compendiose sumuntur ex ipsis Malmesburiensis Historia Antiquit. Glaston. Eccl., non ante annum 1129 conscripta. Occurrit in quatuor ex melioribus manuscriptis qui consulti sunt, videlicet, d. e. f. m.*

(67) *Filio fratris. . . communic. Juxta Saxon. Chron., Cynewealh propinquo suo Cutfredo 120,000 terre jugera dono dedit quæ 300,000 circiter acres paria erant.*

(68) *Regales. s. c. d. e.; regalis, a; l. m.*

(69) *Admonitionum. s. c. d. e.; monitionum, a. l.*

scopi Angilbertus (70), de quo multa in gestis Anglorum quæ probes invenies (71), et nepos ejus Leutherius (72), post ipsum in West-Saxonia septem annis pontificio (73) functus : quod eo non prætermisi, quia de annis præsulatus ejus Beda nihil expressum reliquit (74), mihi ex Chronicis (75) cognitum dissimulare præter religionem videbatur : simul quia se ingerebat occasio, amplectenda erat (76) prædicabilis viri mentio, qui Malmesbiriense monasterium in quo terreni incolatus præterdimus militiam, acri pene et divino mentis intuitu ex humili ad amplissimum statum evexit (77), quod a Meildulfo (78), natione, ut aiunt, Scotto (79), eruditione philosopho (80), professione monacho, adeo angustis sumptibus elaboratum, ut inhabitantes agre quotidianum victum expedirent, ipse diu multamque 43 librato consilio Aldelmo ejusdem loci monacho, pro jure tunc episcoporum regendum contradidit. Qua de re, ut omnem sermo poster dubietatis deprecetur offensam, verba ejus hic aliqua in-textam.

§ 30. « Ego Leutherius gratia Dei episcopus (A. D. 672), pontificatus Saxonie (81) gubernacula regens, rogatus sum ab abbatibus qui sub jure parochie nostræ cœnobiali monachorum agmini pastoralis sollicitudine præesse noscuntur, uti terram illam, cui inditum est vocabulum Meildulfeburh (82), Aldelmo presbytero ad degendam (83) regulariter vitam conferre largiri que dignaret. In quo videlicet loco a primo ævo infantie, atque ab ipso tirocinio, rudimentorum liberalibus literarum studiis eruditus (84), et in gremio sanctæ matris Ecclesie nu-

(70) Angilbertus. Ægilbertus consecratus est Dorcestrie episcopus, A. D. 650. Resignato episcopali munere anno 661, apud Northanimbros se recepit, postea vero Parisiorum episcopalem sedem suscepit. Vide Bedam, lib. III, c. 28.

(71) Gestis Anglorum quæ probes invenies. d. e.; gestis pontificum Anglorum quæ probes invenies. a.; gestis Anglorum Bedæ invenies, s. c. — Vide Bedam, Hist. Eccl. gentis Anglorum, lib. III, c. 25 et 28.

(72) Leutherius. Leutherius, episcopi Ægilberti nepos, episcopale manus in West-Saxones obtinuit A. D. 670. (Sax. Chron.) Vinii expulsus est A. D. 666; de qua re scribit Beda (lib. III, c. 7, § 170) : « Sicque provincia Occidentalium Saxonum tempore non paucis absque præsele fuit. » Leutherius septem annos episcopus mansit, ait Godwin; anno 676 obiit, successoremque Heddi habuit. Vide Malmes., De Gestis Pontif., lib. II, De episcopis Occident. Sax.

(73) Septem annis pontificio. a. d. e.; septenni pontificio, s. c.; septenni annis pontificio, l.

(74) Beda nihil expressum reliquit. Beda, lib. IV, c. 12, § 286.

(75) Ex Chronicis. Vide Sax. Chron. A. D. 670.

(76) Amplectenda erat. a. s. d. e. l.; et amplectenda, c.

(77) Evexit. a. d. e. l.; proevxit, s. c.

(78) A Meildulfo. c. d. e.; a quodam Meildulfo, a. s. l. Meildulfo, Hibernensis monachus, qui Malmesburie eremitarum monasterium circa annum 660 condidit. Vide Bedam, lib. V, c. 18, et Smith notas.

(79) Natione, ut aiunt, Scotto. Hic adest discrimen inter Scotos qui Hiberniam, et Scotos qui Britanniam inhabitant.

tritus, vitam duxit. Et ob hoc potissimum hanc petitionem fraterna caritas suggerere videtur : quapropter, prædictorum abbatum precibus annuens, ipsum locum tam sibi quam successoribus suis normann sanctæ regulæ solerti devotione sequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneus concedo. Actum publice juxta flumen Bladon (85), septimo (86) kalendas Septembris, anno incarnationis Dominicæ aexcentesimo septuagesimo secundo (87). »

§ 31. Cum igitur industria abbatis accederet 44 favori pontificis, tunc res monasterii in immensum efferri, tunc monachi undique congregari : currebatur ad Aldelimum totis compitis : his vitæ sanctimoniam, his litterarum scientiam desiderantibus. Erat enim vir ille tum religione simplex, tum eruditione multiplex, et qui famam virtute præiret, liberalium artium epotator, ut esset mirabilis in singulis, et in omnibus singularis. Mentior, si non hoc testantur De virginitate (87) codices immortalis ejus ingenii indices, quibus meo judicio nihil dulcius, nihil splendidius : quamvis, ut est nostri sæculi desidia, quibusdam pariant nauseam, non attendentibus qui (88) juxta mores gentium varientur modi dictaminum. Denique Græci involute, Romani circumspecte, Galli splendide, Angli pompacite dictare solent. Sane, quoniam dulce est (89) majorum inhærere gratiæ, eorumque exemplis ignire memoriam, non invitus evolverem quantos hic sanctus pro ecclesie nostræ privilegio sudores insumpserit, quot miraculis vitam insignierit, nisi quia (90) alias avocamur; et facta ejus etiam meracius lipipienti apparent oculo (91), quam nostro possiat

(80) Eruditione philosopho. a. s. d. e. l.; eruditione, ut aiunt, philosopho, c.

(81) Saxonie. a. s. c. e. l.; West-Saxonie, d. m.

(82) Meildulfeburh. Malmesbury, ex Meildulfo sic vocata.

(83) Degendam. a. s. c. d. l.; e. legit regendam vel degendam.

(84) Eruditus. a. s. d. e. l.; omitt. in c.

(85) Juxta flumen Bladon. Quod flumen Avonem esse conjicitur. Vide exemplar regis Æthilhaldi chartæ (A. D. 718), quæ hæc verba profert : « Terram sex casuatorum, juxta fluvium cui nomen est Bladaen, prope vadum cui vocabulum est Daeglesford. » (Cod. Dipl. Æri Ang. Sax., J. M. Kemble, tom. I, p. 82, n° LXIX.) Vetus exstitit Britannica civitas in loco ubi nunc Malmesburia.

(86) Septimo. a. d. e. l.; octavo, s. c.

(87) Secundo. d. e.; quinto, a. s. c.; primo, m.

(87) De Virginitate codices. Scripsit et [Aldelmu] De virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii, geminato opere, et versibus hexametris et prosa composuit. Beda, lib. V, c. 18, § 410. Prosa edita est ab Henr. Wharton, 4, 1693 : et versus in Canisii Thesuro Monumentorum, tom. I, p. 709, Antverpiæ, 1725, folio; et Paris, 1676, 8.

(88) Qui. e.; quibus, d. m.; quia, a. s. c. l.

(89) Quoniam dulce est. a. d. e. l.; quoniam dulce videtur, s.; qui dulce videtur, c.

(90) Quia a. s. d. e. l.; quod, c.

(91) Quam nostro. . . pincello. Malmesburiensis S. Aldhelmi vitam scripsit, qua liber quintus constat De Gestis Pontificum; prælo subjecta est etiam in Collectione Gale, atque in Anglia sacra, Warthon, part. II, p. I. Obiit Aldhelmu die 25 Maii, A. D. 709,

adumbrari pincello (92). Innumera signa, quæ modo apud ejus sunt memoriam, ostendunt præsentibus præteritæ illius vitæ sanctimoniam. Habet ergo ille laudes 45 suas, habet meritis partam gloriam : nostra oratio prosequatur historiam.

§ 32. Kenwalkius (93), post triginta et unum annos moriens, regni arbitrium uxori Sexburgæ delegandum putavit : nec deerat mulieri spiritus ad obeunda regni munia ; ipsa novos exercitus moliri, veteres tenere in officio, ipsa subjectos clementer moderari, hostibus minaciter infremere, prorsus omnia facere, ut nihil præter sexum discerneres : veruntamen plus quam scemineos animos anhælantem vita destituit, annua vix potestate perfunctam.

§ 33. Sequens biennium (94) in regno transegit Escuinus (95), regali prosapiæ proximus, quippe qui fuerit Chinegisli ex fratre Cuthgislo abnepos ; quo decedente, vel morte sua, vel vi aliena, neutrum enim expedite invenio, vacantem aulam successione legitima implevit Chentwinus (96), Chinegisli filius : ambo notæ in bello experientiæ, siquidem ille Mercios (97), iste Britannos (98) anxia clade perculerint (99), sed temporis brevitate miserandi ; nam imperium secundi non ultra novennium prorogatum, primi biennium (100) superior sermo absolvit. Et hoc secundum Chronicorum fidem : cæterum, non eos regno integro imperitasse, sed inter se divisisse (1), Beda (2) confirmat.

46 § 34. Tunc regiæ indolis nobile germen Kedwalla (3) emicuit, Cheaulini ex fratre Cuda pronepos, immodicæ spei juvenis, et qui nullam occasionem exercendæ virtutis præterire nosset. Qui cum jamdudum, efficacioribus (4) studiis bilem principum suæ patriæ irritasset, factione conspiratorum in exilium actus est. Hanc ille amplexatus injuriam, ut omni milite provinciam spoliaret, quicquid

A bello idoneum erat abduxit (5) ; namque, seu miseratione fortunarum ejus infracta, seu virtute delectata, tota pubes exulem secuta. Excepit primum impetum furentis (6) rex Australium Saxonum Edelwalchius (7), manum conserere ausus ; sed, cum omni populo quem ductaverat fusus, sero prærupti consilii pœnitentiam fecit. Animis suorum erectis, Chedwalla (8), maturato insperatoque reddito, æmulos potentiæ adortus regno abegit. In per biennium regno (9) potius, præclara rei bellicæ facinora consummavit : Australibus Saxonibus digladiabili (10) odio infestus, successorem Edelwalchii, Edricum, repetita occurrentem audacia, exitio dedit. Wehtam insulam fiducia Merciorum rebellantem parum abfuit quin deleteret. Præterea Cantuaritas (11) aggressus, crebras de illis victorias reportavit. Postremo, ut supra diximus (12), fratre amisso (13), regione decessit, plurimo acularum sanguine damnus consolatus suum. 47 Inter hæc arduum memoratu est, quantum etiam ante lapsum inservierit pietati, ut omnes maubias, quas jure prædatorio in suos usus transcripserat, Deo decimaret. In quo etsi approbamus affectum, improbamus exemplum, juxta illud : « Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui immolat filium in conspectu patris (14). » Jam vero quod Romam baptizandus (15) contenderit, ibique a Sergio papa (16) Petrus vocatus, adhuc (17) in albis positus (18) supremum arbitrium felleiter incurrit, notius est quam ut nostro indigeat illustrari relatu.

§ 35. Eo Romam eunte, regnum per Inam (19) novatum, qui Chinegisli ex fratre Cuthbaldo pronepos, magis pro insitivæ virtutis industria, quam successivæ sobolis prosapia, in principatum ascitur (20), fortitudinis specimen (21), prudentiæ simulacrum, religione parem nescias : quibus artibus vitam com-

(92) *Pincello*, e.; *pincillo*, a. s. d. l.; *penicello*, s.

(93) *Kenwalkius*. Cynewealh obiit absque progenie A. D. 675; ejus vidua, Sexburh, post illum uno tantum anno regnavit quæ ineunte anno 675 defuncta est.

(94) *Biennium*. a. s. d. e. l.; *triennium*, c.

(95) *Escuinus*. Æscwinus Sexburh reginæ successit ineunte anno 675, desiienteque anno 676 obiit.

(96) *Chentwinus*. Centwinus regno successit anno 676, et obiit anno Dom. 685.

(97) *Ille Mercios*. Æscwinus præliatus Beadenhead (Bedwin) anno 675. (*Sax. Chron.*)

(98) *Iste Britannos*. Anno Dom. 682, Centwinus Britones ad mare duxit. (*Sax. Chron.*)

(99) *Perculerint*. d. e.; *perculit*, s.; *perculerit*, a. c. l.

(100) *Biennium*. a. s. d. l. m.; *triennium*, c. e.

(1) *Divisisse*. a. s. d. e. l.; *divisisse regna*, c.

(2) *Beda confirmat*. Lib. iv, c. 12, § 286.

(3) *Kedwalla*. Caedwalla regnare cœpit A. D. 685. (*Sax. Chron.*)

(4) *Efficacioribus*. a. s. d. e. l.; *efficacibus*, s. c.

(5) *Abduxit*. a. s. d. e. l.; *corrasit*, c.

(6) *Furentis*. a. s. d. e. l.; omitt. in c.

(7) *Edelwalchius*. Vide Bedam, lib. iv, c. 15, § 297.

(8) *Chedwalla*. a. s. d. e.; omitt. in c.

(9) *Regno*. a. s. d. e. l.; *eo*, c.

(10) *Digladiabili*. a. s. d. e. l.; *veteri*, c.

(11) *Cantuaritas*. a. d. e. l.; post *Cantuaritas*, ut supra in rebus eorum digessi, s. c.

(12) *Ut supra diximus*. a. s. d. e. l.; omitt. in c. — Vide § 14.

(13) *Fratre amisso*. Vide § 35, not.

(14) *Qui offert*. Eccli. xxiv, 24. Pro *Immolat*.

c. *victimat*.

(15) *Baptizandus*. Cadwalla abdicavit et Romam profectus est A. D. 688. Baptizatus est a Sergio papa in vigilia Paschæ, A. D. 689, paucisque elapsis diebus interiit, (die 20 Aprilis.) Beda, lib. v, c. 7, § 372.

(16) *Papa*. a. d. e. l.; post *papa*, *baptizatus* et, s. c.

(17) *Adhuc*. a. d. e. l.; *adhucque*, s. c.

(18) *Adhuc in albis positus*. Catechumenus semper baptizabatur in Sabbato sancto, id est vigilia Paschæ, aliisque vestibus induebatur usque ad primam Dominicam post Pascha; inde vocabulum *Dominica in Albis*.

(19) *Inam*. In regnum suscepit A. D. 688. (*Sax. Chron.*)

(20) *Ascitur*. a. s. c. e. l.; *asciscitur*, d. m.

(21) *Fortitudinis specimen*. d. e.; *fortitudinis cum specimen* a. s. c. l.

ponens, domi gratiam, foris reverentiam, mercabatur. Adeo annis duobus de quadraginta (22), potestate functus, sine ullo insidiarum metu securus incanuit, sanctissimus publici amoris lenocinator. Prima illi in Cantuaritas expeditio, in quos nondum de incendio Mollonis (23) ira defremuerat. **48** Provinciales paulisper (24) resistere ausi, mox omnibus tentatis (25), et viribus in ventum effusis, cum nihil in pectore Inæ quod ignavix conduceret reperissent, dispendiorum suorum intuitu deditioi consuluere: tentant regium animum muneribus, sollicitant promissis, nundinantur pacem (26) triginta millibus auri mancis (27) ut pretio mollitus (28) bellum solveret, metallo præstrictus (29) receptul

(22) *Annis duobus de quadraginta.* a. c. d. e. l.; *de sexaginta*, s. — Juxta Bedam, In regnavit annos xxxvii. Beda, § 373.

(23) *De incendio Mollonis.* Mull igne perit A. D. 687. (*Sax. Chron.*)

(24) *Paulisper.* a. d. e. l.; *parumper*, s.; *parum*, c.

(25) *Omnibus tentatis.* a. s. c. d. l. m.; e. omit. tentatis.

(26) *Triginta millibus auri mancis.* Manca et vetus marca, ut quidam opinantur, synonyma, moneta scilicet aurea vel argentea, quæ pondere solvebatur. De aureæ pretio non omnino constat; octavæ parti libræ Anglicæ assimilanda videtur. Argentea manca Henrici I ætate sex *schillings* æstimabatur, *schilling* vero quinque *pence* continebat; ut Edwardo III regnante, manca argentea triginta tantum *pence*, hujus temporis pecuniæ ratione habita, complectebatur. Juxta Sax. Chron. In a Cantuariensibus (Kentishmen) triginta millia librarum Anglicarum recepit, eo quod antea Mull Iguis supplicio necarant. Hæc multa nimia videtur, sed verisimiliter legalis erat pro Mull occisione compensatio. Si Æthelwardo fides sit habenda, e 30,000 solidi (erant) per singulos constanti numero sexdecim nummis; si vero Florentio Worcest., 3,700 libræ Angliæ erant.

(27) *Mancis.* a. c. d. e. l. m.; *mancis*, s.

(28) *Mollitus.* a. s. d. e. l.; omit. in c.

(29) *Præstrictus.* s. d. e. l.; *restrictus*, c.; *præscriptus*, a.

(30) *Agnoscant suum.* a. s. d. e. l.; *cognoscant*, c.

(31) *Quantus.* s. d. e. l.; *quantum*, a. c.

(32) *Leges.* Nova legum Anglo-Saxonum editio proditura est, dirigente Thorpe.

(33) Post *excitata*, a. l. g. et alii mss., paucis mutatis legunt ut sequitur, omnino integro textu usque ad *pontificis*, in fine § 36:

«Præcipue Glastoniense nostris quoque diebus insignissimum, quod in quodam palustri recessu construxit, ut scilicet eo tenacius supernis monachi inhiarent, quo castigatius terrena oculis haurirent. Affuit consilio pater Aldelmus, cujus ille præcepta audiebant humiliter, suscipiebat granditer, adimplebat hilariter. Denique et privilegium quod pro libertate monasteriorum suorum ab apostolico Sergio impetraverat libens confirmavit, et multa Dei famulis ejus hortatu contulit, et ad extremum episcopatu renitentem honoravit; licet vitam tanti viri mundo cita mors invidit, vix enim annis quatuor episcopatu functus anamam celo thurificavit, anno Dominicæ incarnationis septingentesimo nono. Fuerunt qui dicerent cum fuisse regis nepotem ex Kentenio fratre, sed non placuit nobis pro vero arrogare quod magis videtur opinioni blandiri volaticæ, quam stabilitati convenire historicæ, præsertim cum nusquam ab antiquo scriptum reperiat, et Chronica palam pronuntiet Inam nullum fratrem habuisse præter Ingeldum, qui paucis

A caneret. Quia ille pecunia suscepta delicti gratiam fecit in regnum reversus (A. D. 694). Nec solum Cantuaritæ, sed et Orientales Angli hæreditarium exceperunt odium, omni nobilitate primo pulsa, post etiam bello fusa. Hæc de præriorum ejus successu dicta, modum agnoscant suum (30): cæterum, quantus (31) in Dei rebus fuerit, indicio sunt leges (32) ad corrigendos mores in populum lætæ; in quibus vivum ad hoc tempus puritatis suæ resultat speculum; indicio sunt monasteria regiis sumptibus nobiliter excitata (33), præcipue Glastingense, in quo beati **49** martyris Indracti et sociorum ejus corpora, de loco martyrii translata, jussit inferri. Ipsius quidem in lapidea pyramide ad sinistrum al-

B annis ante ipsum decessit. Non eget Aldelmus ut mendaciis asseratur. Tanta sunt de illo quæ indubiam depromant ædem, tot sunt quæ non veniant in litem. Habuit sære Ina sorores Cuthburgam et Quenburgam: Cuthburga Alfrido Northaniubrorum regi nuptim tradita, sed, non post multum conjugio diducto, primo apud Berkingum sub abbatissa Hildelida, mox ipsa magistra regulæ Wimburne Deo placitam vitam transegit. Vicus est modo ignobilis, tunc temporis insignis, in quo frequens virginum chorus, terrenis desideris castratis, superos suspirabat amores. Accessit sacri celibatus studio l. brorum Aldelmi De Virginitate lectio, Berkingensium quidem nomini dedicata, sed omnibus eandem professionem anhelantibus valitura. Habuit et uxorem Ethelbugam, sœminam sane regii generis et animi; quæ dum crebro viri instillaret auribus ut mundanis rebus vel extremis annis valefacerent, et ille hortantem de die in diem differret, astu tandem vincere parat. Cum enim quadam vice apud villam ingenti tumultu regales luxus explicuissent, postridie cum discessissent, villicus, ex reginæ conscientia, palatium quanta potest deformitate, tam limo pecudum, quam aggere ruderm, infamat. Postremo in lecto ubi cubuerant, porcam noviter enixam collocat. Interea, cum jam plus miliario processum esset, illa maritum uxoris delinquentis aggreditur, rogans ut illuc unde abierant necessario pedem referant; magni discriminis rem fore, si non exaudiat. Re non difficulter impetrata, rex videns locum pridie Sardanapalicis deliciis parem, nunc fœda solitudine deformem, miratur, tacitoque judicio oculi rem examinantes ad mulierem rediere. Tunc illa occasionem aucupata, lætumque subridens, «Et ubi sunt, ait, domine conjux, hesterni strepitus? ubi aulæ Sidoniis fucis ebria? ubi parasitorum discurrens petulantia? ubi Dædalica vasa pondere metallorum mensas ipsas onerantia? ubi terra marique exquisita ad gulæ lenocinium obsonia? nunc omnia fumus et ventus? et væ his qui hæserint, qui simul transibunt. Nonne omnia sicut fluvius præceps et currens in mare? et væ his qui hæserint, quia simul trahentur. Cogita, quæso, quam miserabiliter defluent carnes, quæ modo in deliciis nutriuntur. Nonne nos, qui ingurgitatur uberius, putrescimus miserius? Potentes potenter tormenta patientur, et fortioribus fortior instat cruciatio.» Nec plura locuta, maritum compulsi in sententiam exemplo, quam multis frustra insusurraverat verbo. » S. legit ut supra, add. his post *haurirent*, cui quantum splendoris adjecerit, libellus ille docebit, quem de antiquitate ejusdem monasterii elaboravi; et post *septingentesimo nono*, additis etiam his, *in vigilia S. Augustini Anglorum apostoli*, viii *Kal. Junii*. c. legit. «Præcipue Glastoniense, cui quantum splendoris adjecerit, libellus ille docebit, quem de antiquitate monasterii ejusdem elaboravi. Aderat consilio, » etc.

taris **50** (cum quo posteriorum diligentia beatam A (54) *Hildam* locavit), cæterorum in pavimento, prout vel casus tulit vel industria, locavit (35). Illic etiam beatorum apostolorum ecclesiam, huic vetustæ, de qua loquimur, appendicem, a fundamentis ædificavit, et magnis possessionibus ditavit, et privilegium in hæc verba concessit :

§ 56. (36) « In nomine Domini nostri Jesu Christi, Ego Ina regali a Domino fretus dignitate, cum consilio Sexburgæ reginæ, et licentia Beortwaldi (37), Dorobornensis ecclesiæ pontificis, et omnium suffraganeorum suorum, necnon hortatu (38) Baldredi et Adelardi subregulorum, ecclesiæ vetustæ quæ est in loco qui dicitur Glasteie, (quam Magnus Sacerdos et Summus Pontifex suo et angelorum obsequio sibi ac perpetuæ virgini Mariæ, beato David, multis et inauditis miraculis, olim se sanctificasse innotuit (39),) ex his quæ paterna hæreditate possideo, et in dominium peculiare teneo, locis **51** continuis et congruentibus concedo, ad supplementum vitæ regularis, et ad usum monachorum, Brente decem hidas, Seweie decem hidas, Piltune viginti hidas, Daltung viginti hidas, Bledanbid' unam hidadam, cum his omnibus quæ antecessores mei eidem ecclesiæ contulerunt; Chenewalchius (40) qui, Theodoro archiepiscopo interveniente, Ferrumere, Bregereie, Coneneie, Matineseie (41), Edere-deseie; Chentwinus, qui Glastingeie matrem sanctorum vocare solitus fuerat, et eam ab omni sæculari et ecclesiastico obsequio immunem statuit, et hanc **C** privilegii dignitatem concessit, ut habeant fratres ejusdem loci potestatem eligendi et constituendi sibi rectorem, juxta regulam sancti Benedicti (42); Hedde episcopus (43), qui, Chedwalla annuente et propria manu (licet paganus) confirmante, Lantocai; Baldred, qui Pennard, sex hidas; Adelard, qui Poelt (44), sexaginta hidas, me annuente et confirmante, dederunt. Quorum ego devotioni et benignæ petitioni assentio, et contra malignantium hominum et oblatrantium canum insidias, regalium munimine invigilo literarum, quatinus ecclesia Domini nostri Jesu Christi, et perpetuæ virginis Mariæ, sicut in regno Britannia est prima, et fons et origo totius religionis, ita et ipsa supereminentem privilegii obtineat dignitatem, nec ulli omnino hominum ancillare obsequium in terris faciat, quæ super choros angelorum dominatur in cælo. Igitur summo

A pontifice Gregorio (45) annuente, et ut matrem Domini **52** sui in sinum et protectionem Romanae ecclesiæ, meque licet indignum cum ipsa suscipiente, consentientibus etiam omnibus Britannia regibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, atque abbatibus, statuo ego atque confirmo, quatinus omnia terræ et loca et possessiones beatæ Mariæ Glasteie sint quieta, et ab omnibus regis exactionibus et operibus quæ indici solent, videlicet, expeditione, et pontis arvisve constructione, et ab omnium archiepiscoporum et episcoporum promulgationibus et perturbationibus, sicut in antiquis ejusdem ecclesiæ cartis confirmatum esse invenitur, et a prædecessoribus meis Chenewalchio, Chentwino, Chedwalla, Baltrodo astipulatum esse dinoscitur, inconcussa et **B** illibata permaneant. Et quæcunque emergerint casus, in homicidiis, sacrilegiis, veneficiis, furis, rapinis, in dispositione ecclesiarum et descriptione, in ordinatione clericorum, in conventiculis synodalibus, et in omnibus judiciariis examinationibus, absque ullius hominis præjudicio, abbatis et conventus dispositione finiuntur. Sed et omnibus regni mei regibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, et principibus, super honorem suum et amorem meum præcipio, et omnibus, tam meis quam eorum ministris, super salutem corporis sui præcipio, ne ulla eorum insulam Domini nostri Jesu Christi, et perpetuæ virginis Mariæ Glasteie, nec ejusdem ecclesiæ possessiones, causa placitandi, perscrutandi, **C** rapiendi, vel aliquid faciendi quod ibidem Deo famulantibus possit esse in scandalum, audeat intrare. Illud sane omnipotentis Dei et perpetuæ virginis Mariæ, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et omnium sanctorum interdictione prohibeo, ne in ipsa Glastingensi ecclesia, nec in ecclesiis sibi subditis, videlicet, Seweie, Brente, Merliuch, **53** Sapwic (46), Stret, Budecalech, Piltune (47), nec in earum capellis, sed nec in insulis, aliqua interveniente occasione, episcopus sibi episcopalem cathedram statuere, nec solennes celebrare, nec altaria consecrare, nec ecclesias dedicare, nec ordines facere, nec aliquid omnino disponere præsumat, nisi ab abbate, vel a fratribus ejusdem loci invitatus fuerit. Quod si ad hoc vocatus venerit, nihil de rebus ecclesiæ, sed nec de ipsis oblationibus ipse sibi aliquid usurpet, sciens duobus in locis ex ipsius ecclesiæ possessionibus duas sibi delegatas mansio-

(34) *Hildam*. Streaneshalch (*Whitby*) abbatissa, anno 614 nata, die 17 Novembris 680 obiit. Serror erat Hererici, Edlfrithi filii, qui ipse regis Edwini filius erat. Beda (lib. iv, c. 23) eam vocat: *filiam nepotis Edwini regis vocabulo Hererici*.

(35) *Locavit*. e.; *dictavit*, d. m.

(36) *In nomine... pontif.* Charta Ini West-Saxonis, A. D. 725, genuina non habetur. Vide *Cod. Dip. Ævi Sax.* J. M. Kemble tom. 1, p. 85, n° lxxiiii.

(37) *Berthwaldi*. Berthwaldus Cantuariensis archiepiscopus electus est die 1^a Julii, A. D. 692, dieque 9^a Jan. A. D. 734 obiit.

(38) *Necnon hortatu*. e.; *necnon etiam hortatu*, d. m.

(39) *Innotuit*. Vide supra § 25.

(40) *Chenewalchius*. Vide supra, § 29.

(41) *Matineseie*. *Mannesheie*, d. m.

(42) *Juxta Regulam sancti Benedicti*. Benedictus Benedictini ordinis fundator, juxta Mabillonium anno 545 obiit.

(43) *Hedde episcopus*. Episcopus Vintoniensis. Vide § 21, not.

(44) *Poelt*. e.; *Woelt*, d. m.

(45) *Gregorio*. Gregorius II summum pontificatum suscepit die 19 Martii A. D. 715; obiit die 10 Febr. 731.

(46) *Sapwic*. e.; *Sapweie*, d. m.

(47) *Piltune*. e.; *Wiltune*, d. m.

nes, unam in Piltuna (48), alteram in villa quæ Poelt (49) dicitur, ut habeat ubi vel adveniens hospitetur, vel inde veniens sese recipiat. Neque enim eum ibi, nisi importunitate temporis aut molestia corporis detentus fuerit, aut ab abbate vel fratribus rogatus fuerit, nec amplius quam cum tribus aut cum quatuor clericis pernoctare licet. Hoc etiam prævideat idem episcopus, ut singulis annis cum clericis suis qui Fontineto (50) sunt, ipsam matrem suam Glastoniensem ecclesiam, videlicet feria secunda post Ascensionem Domini, cum letania recognoscat. Quod si superbia inflatus eam distulerit, et quæ superius dicta et confirmata sunt prævaricaverit, mansiones sibi superius delegatas amittat. Abbas vel monachi a quocumque voluerint, qui Pascha canonicum celebret, ecclesiastica sacramenta in Glastingensi ecclesia, et in ecclesiis sibi subditis, et in earum cœpellis, percipiant. Quisquis autem hujus munificentiam meam et liberalitatis testamentum, quovis deinceps tempore, aliqua occasione, cujuslibet etiam dignitatis 54 vel professionis vel gradus, pervertere vel in irritum deducere tentaverit, sciat se cum Juda proditore æterna confusione edacibus ineffabilium tormentorum periturum flammis. Scripta est hujus donationis pagina, anno Dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo quinto (51), indictione quarta, sub præsentia Inæ regis, et Beortwaldi Dorobernensis pontificis.

§ 37. Post triumphales (52) autem bellorum maribus, post multarum virtutum gradus, summum culmen perfectionis meditatibus (53), Romam adivit (54) anno Dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo (55). Ibi ne pompam suæ conversionis faceret, non publicis vultibus expositus, crinem deposuit (56); sed ut solius Domini oculis placeret, amictu plebeio tectus, clam consensuit: nec deerat tanti dux fœmina facti; quæ cum atria virum ad hoc audendum incitasset, tunc mœrentem

A verbis lenire, labantem exemplis erigere, prorsus quod ad (57) salutem ejus spectaret, nihil dimitteret. Ita mutua charitate connexi temporibus suis, viam hominum ingressi sunt; non sine magnis, ut accepimus, 55 miraculis, quibus divina dignatio felicitium conjugum sæpe (58) responderet meritis.

§ 38. Successit principatui Edeldardus (59), Inæ consanguineus, licet surgentes ejus primitias frequenter interpolaret Oswaldus regii sanguinis adolescens (60). Provincialibus enim (61) in rebellionem excitatis, bello regem persequi conatus: sed non multo post, illo (62) fatali sorte sublato, Edeldardus per quatuordecim annos quietissime retentum regnum Cudredo cognato reliquit (A. D. 741) (63). Hic Glastingensi ecclesiæ multa beneficia intulit, et privilegium in hæc verba concessit:

§ 39. «(64) In nomine Domini nostri Jesu Christi Ego Cudredo rex Westsaxana (65) universa priorum regum suppetitia, Chentwines, Baldredes, Chedwallan, Ines, Ethelardes, Ethelbaldes regis Merciorum in villis, et in vicis, atque agris, ac prædiis, massisque majoribus, ut est pristina urbs Glestingi corroborata, sicque (66) propriæ manus subscriptione crucisque signo confirmatum (67), hoc donativum stabili jure gratum et ratum regum prædictorum decerno durare, quamdiu vertigo poli terras atque æquora circa æthera siderum jussu (68) moderamine volvet. Si quis autem hujus meæ 56 donationis testamentum, tyrannica fretus insolentia, qualibet occasione interrumpere atque in irritum deducere nisus fuerit, sic a consortio priorum ultimi ventilabro examinis sequestratus, rapaciumque collegio combinatus violentiæ suæ præsumptionem laet in ævum. Qui vero benevola potius præditus intentione hæc probare, roborare, ac defendere studuerit, voti compos ipse Alithroni gloriam auscultet indefecta perennitate cum faustis agminibus angelorum atque omnium sanctorum. Exemplar hujus

(48) Piltuna. e.; Wiltuna, d. m.

(49) Poelt. e.; Wohelt, d. m.

(50) Fontineto. Wells, in Somersetshire.

(51) Vicesimo quinto. e.; decimo quinto, d. m.

(52) Post triumphales. De Glastoniæ (Glastonbury) fundationes et quomodo regina Ethelburga conjugem suum induxerit ad Romanam peregrinationem obeundam, vide supra notam 25. Desunt hæc in d. e. f. m., eorumque loco huius charta pro Glastoniensi Ecclesia inseritur.

(53) Romam adivit. Præstitum tempus Inæ abdicationis ejusque ad Romam peregrinationis nullo modo constat. Plures mss. omnino temporis notam omittunt. In duobus annis 720 assignatur, sed male, ut videtur. Beda asserit Inam annos triginta septem regnavisse quando regnum abdicavit; ita juxta Be. a computationem, ejus abdicatio locum habuisset anno 725 desinente, aut incunte anno 726; sed juxta Saxon. Chron. et Florentium Worcester. id contigit anno 728. Annus Domini 726 Statuendus videtur.

(54) Adivit. d. e.; abiit, a. s. c. l.

(55) Anno Dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo. d. m.; locus vacuus ad temporis notam relictus est in e.; omitt. in a. s. c. l.

(56) Vultibus expositus, crinem deposuit. a. s. d. e. l.; militibus comam et deposuit, c.

(57) Ad. a. s. d. e. l.; omitt. in c.

(58) Sæpe. a. s. d. e. l.; omitt. in c.

(59) Edeldardus. Æthelhardus regno successit post Inæ abdicationem A. D. 726. Juxta Sax. Chron. obiit Anno Dom. 741.

(60) Oswaldus regii sanguinis adolescens. In Sax. Chron. vocatur Oswaldus Ætheling; Æthelbaldus filius erat.

(61) Enim. a. s. c. e. l.; omitt. in d. m.

(62) Illo. a. s. d. e. l.; omitt. in c.

(63) Hic. . . septingentesimo, etc. Textus a vocata hic ad quinto in fine § 39, omittitur in a. s. c. l., et aliis manuscriptis.

(64) In nomine. . . septingentesimo quadragesimo quinto. Cuthedri charta, West-Saxæ regis, Anno Domini 744 insignita, edita est in *Cod. Dip. Æst. Sax.*, p. 112, n. xxxii. Narratio in quibusdam differt ab ea quæ in textu legitur. Kemble eam esse genuinam chartam non reputat.

(65) Westsaxana. e.; Westsaxonum, d. m.

(66) Sicque. e.; suæque, d. m.

(67) Confirmatum. e.; confirmata, d. m.

(68) Siderum jussu. e.; siderum jussu, d. m.

largitionis promulgatum est in prædicto cœnobio, sub præsentia Cuthredi regis, quod propriæ manus munificentiæ altario sacro commendavit, in lignea basilica, qua fratres abbas Hemgisi sarcophagum sortitur in die, anno ab incarnatione (69) septingentesimo quadragesimo quinto.

§ 40. (70) Adversus Athelbaldum regem Merciorum (71) et Britones (72) idem Cuthredus jugi exercitio victorias adipiscens non parum sudoris consumpsit, ac post annos quatuordecim regni gubernacula reliquit.

§ 41. Arripuit illud (73) Sigebertus (74), vir apud suos sævitia immanis, idemque foris ignavia perinfamis: quocirca communi omnium odio conspirante, post 57 annum solio deturbatus, meliori locum fecit; sed, ut fere in talibus sit, cum magnitudine (74) calamitatis aliquos ad gratiam sui revocasset, eorum virtute provincia quæ Hamtunscire dicitur in obsequio detenta (A. D. 756). Verum cum nec sic cessaret, et nece cujusdam Cumbrandi, qui fidelissimè sibi adhæserat, cæteros in exitium suum (75) armasset, ad abdita ferarum spelæa secessit (76); ibi (77) quoque infortunio eum prosequente, a subulco confossus interiit (78). Ita crudelitas regis omnem pene nobilitatem pervagata, in homine ultimæ sortis stetit.

§ 42. Suscepit regni (79) gubernacula Kinnulfus (80), clarus et ille quidem morum compositione, militariæque gestis: sed uno solo adversus Offam regem Merciorum propter Bensigitune (81) prælio, quarto et vicesimo regni anno victus, multisque perinde damnis afflictus, fœdo etiam exitu finem vitæ sortitus. Nam cum uno et triginta annis (82) nec ignave nec immodeste regnasset, seu rerum gloria elatus, quod nihil sibi obviaturum crederet, seu posteritati

suæ (83) metuens, contra quam (84) Kineardum Sigeberti fratrem increscere cerneret illum provinciam terminos coegit excedere. Qui cedendum 58 temporibus, dissimulato animo, quasi volens, profugit. Mox cum furtivis conventiculis perditam (85) improborum manum contraxisset, solitudinem regis auspicatus (86), nam animi causa rus concesserat, cum expeditis eo supervenit (87), ubi dum illum alienis amoribus inservientem audisset, ex insidiis domum foris obsedit. Rex ancipiti discrimine permotus, cum præsentibus ponderato consilio, fores occlusit, sperans latrones vel mulcere alloquio, vel terrore imperio: cum neutrum procederet, ira percitus in Kineardum insiluit, minimumque absuit (88) quia vita privaret; sed a multitudine circumventus, dum cedere damnum gloriæ arbitratur, mori probe ultus occubuit (A. D. 785). Pauci ex clientela ejus qui aderant, dum non manus dare, sed verum vindicare intendunt (89), obtruncati (90). Extemplo fama mali tanti principum perlabitur aures (91), qui non longe agebant excubias. Quorum qui maximus ævo et prudentia, Osricus, cæteros cohortatus (92) ne necem domini sui in insignem et perpetuam suam ignominiam inultam dimitterent, districtis gladiis in conjuratos irruit. Kineardus primo causam suam agere, magna polliceri, cognitionem præterere; ubi nihil proficit, ad resistendum commanipulares (93) accendit: dubium certamen fuit; his pro vita, pro gloria, summa ope conantibus: tandem die cunctata victoria in justiore partem declinavit. Ita miser ille, nequidquam (94) fortiter faciens, animam amisit, non 59 longum (95) insidiarum successu gloriatum. Corpus regis Wintoniæ sepultum, illius Respendune (96), quod erat tunc cœnobium nobile,

(69) *In die, anno ab Incarnatione. e.; pridie Kalendarum Maii anno Incarnationis Domini, d. m.*

(70) *Adversus... gubernacula reliquit. d. e. m.; In quo ille pari annorum numero, et virtute non dispari, adversus Ethelbaldum regem Merciorum et Britones jugi exercitio victorias adipiscens, non minimum sudoris consumpsit, a. h. g. l. s.; Hic adversus Ethelbaldum regem Merciorum et Britones jugi exercitio victorias adipiscens non minimum sudoris consumpsit, ac post annos sexdecim regni gubernacula reliquit, c. k.*

(71) *Merciorum. Cuthredus, in duodecimo imperii sui anno prælium commisit Burfordi adversus Ethelbaldum, Merciorum regem, eumque in fugam vertit. (Sax. Chron. A. D. 752.)*

(72) *Britones. Hoc anno præliatus est Cuthredus adversus Walenses. (Sax. Chron.)*

(73) *Arripuit illud. c. d. e. m.; arripuit regnum, a. s. l.*

(74) *Sigebertus. Sigebertus regnare cœpit an. 755.*

(74) *Magnitudine. a. s. d. e. l.; magnanimitate, c.*

(75) *Suum. a. s. d. e. l.; sui, c.*

(76) *Secessit. a. s. d. e. l.; concessit, c.*

(77) *Ibi. a. d. e. l.; illuc, s. c.*

(78) *A subulco confossus interiit. Cyneulfus Sigebertum in silvam de Anderida propulit, ubi ille remansit usque dum Privett a sicario confoderetur. (Sax. Chron., A. D. 755.) Confer Florent. Wigorn. A. B. 784.*

(79) *Regni. a. s. d. e. l., potestatis, c.*

(80) *Kinnulfus. Regimen suscepti A. D. 756.*

(81) *Bensigitune. Bensington, in comitatu Oxoniensi prælium commissum est anno 777 (Sax. Chron.); quod tamen vicesimo quarto Cyneulfi anno contigisse nequit, ut asserit Malmesburiensis.*

(82) *Uno et triginta annis. Quidam auctores triginta unum annos Cyneulfi regno assignant. Regnare cœpit anno 756 desinente, et anno 785 confossus interiit; unde sequitur illum viginti novem annos tantum solio sedisse. Scripsit forsitan Malmesburiensis uno de triginta annis, siquidem ejusmodi locutione utitur ubi de Caedwalla regno, § 55: annis duobus de quadraginta.*

(83) *Posteritati suæ. a. s. d. e. l., potentiam suo, c.*

(84) *Quam. a. s. d. e. l., quem, c.*

(85) *Perditam. a. s. d. e. l., perditorum, c.*

(86) *Auspiciatus. a. c. d. e. l., aucupatus, s.*

(87) *Supervenit. a. s. d. e. l., supervenerat, c.*

(88) *Absuit. a. s. d. e. l., obsuit, c.*

(89) *Intendunt. a. s. d. e. l., contendunt, c.*

(90) *Obtruncati. a. c. d. e. l., obtruncantur, s.*

(91) *Perlabitur aures. a. s. c. e. l. perlabitur ad aures, d. m.*

(92) *Cohortatus. a. c. d. e. l., exhortatus, s.*

(93) *Commanipulares. a. s. d. e. l., manipulares, c.*

(94) *Nequidquam. a. s. d. e. l., nequaquam, c.*

(95) *Longum. a. s. c. e. l., longo, d. m.*

(96) *Respendune. Repton in Derbyshire.*

nunc, ut audivi, paucos vel nullo incolitur habitatore. A

§ 43. Post illum (97) regnavit Brictricus annis sexdecim (98), pacis quam belli studiosior, artifex amicitias componere, externos blande appellare, domesticis connivere, in his duntaxat quæ vigorem regni (99) non enervarent: atque ut ampliorem gratiam apud propinquos locaret, filiam Offæ (100) regis Merciorum, eo tempore potentissimi, in conjugium (1) accepit; de qua, quod s' iam, nihil liberorum tulit. Cujus affinitate fultus, Egbertum solum regalis prosapiæ superstitem, quem validissimum suis utilitatibus metuebat obicem, Franciam fugandum curavit. Nam et ipse Brictricus, et cæteri infra Inam reges, licet natalium splendore gloriantes, quippe qui de Cerdicio traherent originem, non parum tamen a linea regni stirpis exorbitaverant. Illo igitur expulso, securo resolvi cœperat otio; cum gens Danorum piratica (2), raptò vivere assueta, occulte tribus navibus advecta, pacem provinciæ confudit. Quæ scilicet manus, soli ubertatem, inhabitantium virtutem, speculatum venerat ut postea ejus multitudinis, quæ totam pene inundavit Britanniam, adventu compertum est: tunc enim furtive in alta pace **60** regni impulsus, regium vicum, qui proximus (3), involavere, villicum suppetias ferentem leitho dedites; sed mox timore concurrentium amissa præda, ad naves refugerunt. Post Brictricum (4), qui apud Werram jacet, Egbertus conscendit thronum (5) avitum; omnibus ante se regibus (6) merito præferendus. Et nos ergo, quia usque ad ejus tempus.

(97) *Illum. a. s. d. e. l., Kineulfum, c.*

(98) *Beorhticus annis xvi.* Beorhticus regnum obtinuit anno 785, et obiit anno 802: septemdecim ergo annos regnavit; quod consentaneum est temporis assignati a Simeone Dunelmensi.

(99) *Quæ vigorem regni.* a. s. d. e. l., *qui vigorem regium, c.*

(100) *Filiam Offæ.* Beorhticus uxorem duxit Eadburh, regis Offæ filiam, anno 787. — Vide Flor. Wigorn. an. 787; Asser, De rebus gestis Ælfredi, et Saxonica Chronica.

(1) *Conjugium.* a. s. d. e. l., *conjugem, c.*

(2) *Cum gens... piratica.* a. s. d. e. l., *Hoc anno tres Normannorum naves venerunt de terra piratarum.* (Sax. Chron.; Flor. Wigorn. an. 787.)

(3) *Proximus.* a. s. d. e. l. m., *proximus erat, s.*

(4) *Post Brictricum.* Juxta Sax. Chron. et Florent. Worcester., Beorhticus obiit an. 800, sed Simeon Dunelmensis asserit eum obiisse an. Dom. 802, septemdecim annos regno potum.

(5) *Egbertus conscendit thronum.* Egbertus, juxta plerosque auctores thronum conscendisse anno 800, supponitur; quod tamen non convenit cum periodo temporis quam prædecessorum ejus regno potioris notæ auctoritates assignant, ut ex sequentibus evidentior patebit. Æthelhardus anno 726 successit, et integrum ejus regnum fere quatuordecim annos complectitur. Cuthredus thronum conscendit ineunte anno 741; quatuordecim annos imperavit. Successit Sigebertus anno 753, et e regno anno sequenti pulsus est. Cynulfus regnare cœpit anno 756 desinente, et post triginta annos regni successorem habuit Beorhticum exeunte anno 785. Septemdecim anni a Simeone Dunelmensi Beorhticis regno assignati, exordium regni Egberti ad annum 802 referunt; Egbertus igitur, inquit Hoveden, anno gratiæ octingentesimo, vel, ut quidam volunt,

(7) narrationem extendimus, jam nunc ad Northanhimbros, sicut polliciti sumus, animum flectamus.

INCIPIIT DE REGNO NORTHANNIBRORUM.

§ 44. Et supra paucis libavimus (8) et nunc necessario repetimus, quod Hengestus, confirmato in **61** Cantia regno, fratrem Ohtam et filium Ehusan, acris et probatæ experientie viros, ad occupandas aquilonales Britannicæ partes miserit. Illi imperatis (9) insistentes, convenientem studiis suis exitum habuere; namque sæpenumero cum provincialibus congressi, profligatisque qui resistendum putaverant, reliquos in fidem acceptos (10) placidæ quietis gratia mulcebant. Ita cum et suis artibus et subjectorum favore nonnihil potestatis corrasissent (11), nunquam tamen regium nomen temerare meditati, ejusdem mediocritatis formam in proximos posteros delineaerunt (12). Annis enim uno minus centum, Northanhimbri duces communi habitu contenti, sub imperio Cantuaritarum privatos agebant: sed non postea stetit hæc ambitionis continentia, seu quia semper in deteriora declivis est humanus animus, seu quia gens illa naturaliter inflatiores anhelat spiritus. Anno itaque (13) Dominicæ incarnationis quingentesimo quadragesimo septimo, post mortem Hengesti sexagesimo, ducatus in regnum mutatus, regnavitque ibi primus Ida (14), haud dubie nobilissimus, ætate et viribus integer; verum utrum ipse perseprincipatum invaserit, an aliorum **62** consensu delatum susceperit, parum definitio, quia est in abdito veritas: cæterum, satis constat magna et vetere

C octingentesimo secundo, et defuncto Brictrico, successit, ultimaque temporis recta videtur. Constat præterea eum adhuc vivum fuisse anno 835, qui est annus a septentrionalibus chronographis ejus obitui ascriptus. In charta anno 855 concessa, et sequenti anno confirmata hic annus quasi regni ejus trigesimus quartus ponitur; alia ex chartis ejus A. D. 838 ascribitur, ab ejus filio confirmata anno 839; qui etiam quasi primus regni Ethelulfi assignatur. Tutiore constat auctoritate regnum ejus triginta septem annos præterisse; ejus accessio igitur anno 802, mors vero 839 ascribenda.

(6) *Ante se regibus.* a. s. e. l., *ante se in West-Saxonia regibus, c. d. m.*

(7) *Tempus.* a. s. d. e. l., *tempora, c.*

(8) *Supra paucis libavimus.* Vide § 7.

(9) *Imperatis.* a. s. d. e. l., *præceptis, c.*

(10) *Acceptos.* s. c. d. e. l. m., *acceptos et, a.*

(11) *Nunquam... agebant.* Quo ex fonte hæc fuerunt hausta nunc definiti nequit.

(12) *Delineaerunt.* a. d. e. l. m., *declinaverunt, s. c.*

(13) *Itaque.* a. s. d. e. l. m., *ergo c.*

(14) *Ida.* Ante Idæ accessionem nulla de Northanhimbria notitia in Saxonica Chronica occurrit. Sax. Chron. et Bedæ (lib. v, c. 24), pariter Idam hujus regni conditorem fuisse anno 547 reputant. Dubium tamen adest utrum Ida ambarum provinciarum Berniciæ et Deiræ aut saltem prioris tantum rex fuerit. Anno 559 vita functus successoris habuit in Bernicia filios suos qui successive regnaverunt usque ad annum 588, quo Æthelricus, defuncto Alla Berniciæ rege, expulsusque filio ejus Edwino, amborum regnorum regimen obtinuit, quod annos quinque retinuit, usque dum moreretur anno 595. Confer. quæ adferuntur a Flor. Wigorn. an. 559, et in General. Reg. Berulc. et Deiror., cum Simeone Dunelmensi.

prosapia oriundum, puris et defæcatis moribus multum splendoris generosis contulisse natalibus. Adeo bello invictus, domi severitatem regiam genuina mansuetudine animi temperabat. Possẽm hoc loco istius, et alibi aliorum, lineam seriatim intexere, nisi quod ipsa vocabula barbarum quiddam stridentia minus quam vellem delectationis lecturis infunderent. Illud tantum (15) non immerito notandum, quod cum Wodenio fuerint tres filii, Weldegus, Wilthegius, Beldegus: de primo, reges Cantuariarum; de secundo, Merciorum; de tertio, West-Saxonum et Northanhimbrorum, præter duos quos procedens sermo nominare perget, originem traxerint. Hic ergo Ida, sicut absolute invenio, a Beldegio nonus, a Wodenio decimus, quatuordecim annis (16) in regno permansit.

§ 45. Successor ejus Alla (17), ex eodem quidem genere, sed diverso a Wodenio tractu sanguinem ducens, regnum efficaciter proVectum sudorum (18) suorum titulis, per triginta annos nobiliter ampliavit. Hujus tempore venales (19) ex Northanhimbricia 63 pueri,—familiari, scilicet, et pene ingentia illi nationi consuetudine (20), adeo ut, sicut nostra quoque sæcula viderunt, non dubitarent arctissimas necessitudines sub prætextu minimorum cominodorum distrahere, — venales ergo ex Anglia pueri, Romanæ deducti, salutem omnium compatriotarum occasionem dedere; nam cum, miraculo vultus, et lineamentorum gratia, oculis civitatis invitassent, fuit forte cum aliis beatissimus Gregorius, tunc postolicæ sedis archidiaconus, qui miratus tantam in mortalibus decoris compositionem, miseratus tam abjectam in captivis conditionem, consulit astantes: Qui genus? Unde domo? Responsum est, esse genere Anglos, provinciæ Deiros (21), — est enim Deira

A provinciæ Northanhimbricæ, — Allæ regis subditos, paganismo deditos: quorum extremum dolentibus suspiriis prosecutus, reliquis eleganter applausit, ut Angli, angelis similes, de ira eruerentur, et Alleluia cantare (22) docerentur. Nec mora: impetrata a Benedicto papa (23) licentiâ ad prædicandum, iter adoriri magnanima eximii viri spiravit industria; et profecto conceptum opus pietas explesset, 64 nisi jam profectum actuosus civium amor revocasset. Erat enim vir ille, tum virtutibus clarus, tum civibus charus, quippe qui spem illorum, quam de eo a puero combiberant, incredibili virtute superavit. Ita boni intentio tunc quidem frustrata, postmodum sub pontificatu ejus (24) laudabilem finem accepit, sicut suis lector locis inveniet. Me interim ista inseruisse non piguit, ne lectorum conscientiam defraudarem de Alla, cujus mentionem perstrinxit patris Gregorii Vita; qui, quamquam maxima occasio Christianitatis genti Anglorum fuerit, nihil unquam, sive Dei consilio, sive quodam infortunio, de ea (25) audire meruit. Sane ad filium ejus manavit electio.

§ 46. Alla mortuo (26) adeptus est regnum (27) Ethelricus Idæ filius, post detritam in penuria ætatem, extrema canitie proVectus, sed veloci morte de medio post quinque annos sublatus. Miserabilis princeps, et quem fama obscura prorsus occuleret, (28) nisi filii conspicuus vigor patrem in speculam extulisset.

§ 47. Itaque cum longo senio satietati vitæ satisfecisset, Ethelfridus regnum ascendit (29), major filiorum, qui teneritudinem annorum maturitate morum consolaretur: cujus gesta per scriptorum facetiam prolata in publicum, non nisi ordinis loco stilli nostri expectant officium. Adeo in ejus et sequentium laudibus Bedæ (30) vigilavit ingenium, et

(15) *Tan'um*. d. c. l. m., tamen, a. s. c.

(16) *Quatuordecim annis*. a. s. d. e. l. m.; *annis duodecim*, c. Apud Bedam (lib. v, c. 24), Sax. Chron. et alios auctores statuitur Idam duodecim annos regnasse. Simeon Dunelmensis sic scribit: *Ida rex regnavit annis xi*.

(17) *Successor ejus Alla*. Rex erat Deira thronumque conscendit A. D. 560 (Sax. Chron.). Non alia constat auctoritate Allam unquam in Bernicia regnasse, quamvis hic appareat quasi successor Ida cuius nati hac ætate hujus provinciæ successive reges erant.

(18) *Sudorum*. a. s. d. e. l. m., *studiorum*, c.

(19) *Hujus tempore venales*. Conferantur hæc cum Bedæ (lib. ii, c. 1, § 89) qui ea quasi meras traditiones refert. Hæc tamen iisdem fere verbis inserta sunt a Joanne diacono et Paulo diacono in S. Gregorii Vita ab utroque vicissim conscripta. Papæ nomen de quo hæc referuntur apud Bedam omissum est. Paulus diaconus, vel auctor Vitæ ipsi attributæ, Pelagium papam fuisse; at Joannes diaconus, rectius, Benedictum, ejus prædecessorem, fuisse asserit; ex hujus igitur testimonio id ante annum 578 contigisse statuendum est.

(20) *Illi nationi consuetudine*. Mos istè pueros et propinquitate proximos extraneis mercatoribus vendendi Northanhimbricæ probabiliter peculiaris erat. Ex quadam Ini legi sequi videretur nationales servos legaliter vendi non potuisse: c Si quis compatriotam suam emat servum vel liberum, licet reus

sit, ultra mare, solvat eum vara sua. s (Ll. Ine, c. 12.)

(21) *Provincia Deiros*. Britannicæ pars quæ ad septentrionem fluvii Humberi sita est duabus magis regionibus constabat, Deira scilicet et Bernicia. Deira a flumine Humbero ad Tynam, Bernicia vero a Tyna ad fluvium Frith aut Forth progrediebatur. Utraque provincia proprium suum primo tempore dominum habuit. Vide notas Smith ad Bedam, lib. iii, c. 1.

(22) *Cantare*. s. e., *cantiare* A. d. c. l. m.

(23) *Benedicto papa*. Benedictus Ecclesie Rom. præfuit a die 27 Martii, A. D. 574, ad diem 25 Julii, A. D. 578.

(24) *Sub pontificatu ejus*. Gregorius Magnus Eccles. Rom. præfuit a die 3^a Septembris A. D. 590, ad diem 12^a Martii, A. D. 604.

(25) *Ea*. a. s. e. l.; *ipsa*, c.

(26) *Alla mortuo*. Alla obiit A. D. 588. (Sax. Chron.)

(27) *Ethelricus*. Ethelricus in utramque provinciam, Berniciam et Deiram, regnavit. Priorem successionis jure accepit A. D. 586, posteriorem vero obtinuit anno 588, obiit anno 595. Vide § 44, not.

(28) *Occuleret*. a. s. d. e. l. m., *reconderet*, c.

(29) *Ethelfr. regnum ascendit*. Ethelfridus Northanhimbrorum regno successit anno Dom. 595. (Sax. Chron.)

(30) *Bedæ*. Vide Bedam, *Hist. Eccl. Angl.*, lib. ii, c. 2 et 12.

illius quidem in confines sibi Northanhimbros, **65** A ruderum, quantum vix alibi cernas : vocatur (37) familiaris quo propinquius, prospiciebat intentio : loca vero laciniis illius carperet et componeret oratio. Ne quis sane tibi vitio vertat, quod tam diffusa in ætæ contrahitur historia, noverit factum consilio, ut qui navesaverint in illis obsoniis, in his mendicantes respiciant reliquias. Est enim verbum tritum (34), antiquitate venerandum, « Cibi qui minus sufficientiunt, avidius sumuntur. » Ethelfridus igitur, ut dicere cœperam, regnum nactus, primo acriter sua defendere, post etiam improbe aliena invadere, gloriæ occasiones undecunque confutare. Multa per eum prælia inchoata provide, et consummata egregie, dum nec illum a necessitate frænaret inertia, nec ad temeritatem præcipitaret audacia. Testis est horum (32) *Degsa lapis*, in illis regionibus percelebris locus, in quo rex Scottorum Edan, qui, successibus Ethelfridi invidens, detractantem etiam in bellum impulerat, non sine magno victoris discrimine victus, fugam iniiit; siquidem germanus Ethelfridi Tethaldus, caput periculis objectans, eo studiosius quo fratri operam ostentare affectabat impensius, luctuosam victoriam reliquit, cum omnibus comanipularibus (33) suis desideratus. Testis et (34), Legionum civitas, quæ nunc simpliciter *Cestra* vocatur quæque ad id temporis a Britannis possessa, contumacis in **66** regem populi aiebat superbiam; ad cuius oppugnationem cum intendisset animum, oppidani, qui omnia perpeti quam obsidionem malebant, simul et numero confisi, effuse in bellum ruunt: quos ille insidiis exceptos fudit, fugavitque, prius (35) in monachos debacchatus, qui pro salute exercitus supplicaturi frequentes convenerant. Quorum (36) incredibilem nostræ ætate numerum fuisse indicio sunt, in vicino cœnobio tot semirutæ parietes ecclesiarum, tot anfractus portuicuum, tanta turba

(31) *Tritum. e., usu tritum a. s. c. d. l. m.*
 (32) *Degsa lapis. a. s. c. e. l., Degla lapis, d. m. Degsæ lapidis (Daegartum) prælium anno 603 contigit. (Vide Sax. Chron. Bedam, lib. 1, c. 34, et Florent. Wigorn.)* Modernum huius loci nomen ignotum est; apud quosdam DALSTON prope *Carlisle*, apud alios vero *Dawston*, prope *Jedborough*, audit.
 (33) *Comanipularibus. a. s. d. e. l. m., manipularibus, c.*

(34) *Legionum civitas. . . Cestra vocatur.* Apud Britones huius loci nomen erat *Caer-leon*, *legionum civitas*, eo quod Romana legio semper ibi stationem tenebat. *Beila* (lib. 11, c. 2, § 94) hæc habet: « Civitatem legionum, quæ a gente Anglorum *Legacæstir*, a Britonibus autem rectius *Carlegion* appellatur. »

(35) *Prius. a. s. d. e. l. m., post, c.*
 (36) *Incredibilem nostræ ætate numerum.* Juxta Sax. Chron. ducenti presbyteri occisi sunt qui huc pro salute Walensium exercitus supplicaturi venerant. Præfinitum cædis istius tempus latet. Nullus a Beda huic eventui assignatur annus; eum Florentius anno 603; Anuales Cambriæ anno 613, Sax. Chron. anno 607 ascribit. *Ussherius* ex *Ulster Annalibus* eum ad annum 613 refert.

(37) *Locus ille Bancor. . . nunc mutatus in episcopium.* *Malmesburiensis* hic vetus *Banchor* monasterium, juxta *Cesteriam*, cum recentiore *Bangor*, episcopali sede, in *Caer-arvonshire*, confundit. (*SARPE*, p. 47.) Vide etiam *Tyrrell*, vol. 1, lib. 1v,

A ruderum, quantum vix alibi cernas : vocatur (37) locus ille *Bancor*, tunc monachorum famosum receptaculum, nunc mutatus in episcopium. Ita *Ethelfridus*, rebus ad voluntatem foris scaturientibus, domesticum metum et intestinum periculum propulsare desiderans (38), *Edwinum* (39) *Allæ* filium, non aspernandæ probitatis juvenem, regno et provincia eliminat: at ille multo tempore incertis jactatus sedibus, multosque olim amicos **67** procliviores in hostem quam in fidem expertus, quia, ut ille dixit (40):

Cum fueris felix, multos numerabis amicos;

Tempora si fuerint nubila, solus eris;

tandem ad regem *Redwaldum* *Orientalium Anglorum* venit; apud quem, deploratis casibus suis, cum resedisset regia dignatione tutus, advenere legati *Ethelfridi*, vel traditionem transfugæ, vel bellum denunciantes. Ille uxoris pectoris consiliis (41) roboratus, ne fidem amico datam ullius (42) minis corrumpere, super *Ethelfridum* (43) paratis copiis insperatus advolat; nihilque minus quam insidias opinantem, præmeditatus aggreditur. Quod tunc solum virtus deprehensa potuit, intercluso fugæ spatio, remedium in manus vertit. Quamvis igitur pene inermis, quamvis ancipiti periculo circumventus non prius tamen occubuit quam interitu *Reincrii* filii *Redwaldi* mortem suam compensasset. Hunc exitum, post regni viginti quatuor annos (44), habuit *Ethelfridus*, usu quidem bellorum nulli secundus, sed divinæ religionis penitus ignarus. Habuerat ex *Acca*, filia *Allæ*, sorore *Edwini*, filios duos (45), *Oswaldum* duodennem, et *Oswium* quadriennem (46), qui tunc, occiso genitore, nutritorum diligentia fuga lapsi, *Scotiam* evadunt.

68 DE EDWINO REGE NORTHANHIMBRORUM.

§ 48. Sic *Eadwinus* (47), æmulis omnibus fuis p. 164. Fuit quoque monasterium *Bangor* in *Ulster*. Vide *Smith not. ad Bedam*, lib. 11, c. 2.

(38) *Domesticum metum et intestinum periculum propulsare. a. s. e. l., domesticum et intestinum metum propulsare c.*

(39) *Edwinum.* Defuncto *Alla*, *Deiræ* rege, filius ejus *Edwinus*, tres tantum annos natus, a successione remotus est ab *Æthelrico*, *Berniciæ* rege, qui tunc utriusque provincie regimen conjunxit. Obiit *Æthelricus* anno 593, successoremque habuit filium suum *Æthelfridum*; quo persecutionem continuante *Edwinus* *Rewaldi*, *Orientalium Anglorum* regis, auxilium sibi adscivit.

(40) *Ut ille dixit. Ovid. Trist., l. ix, v. 5.*

(41) *Consiliis. a. d. e. m., consilio a. c. l.*

(42) *Ullius. c. d. e. m., illius a. s. l.*

(43) *Super Ethelfridum.* *Æthelfridus* interfectus est a. D. 617, dum pugnaret adversus *Redwaldum*, prope *Rethford*, juxta flumen *Idle*, in *Nottinghamshire*. (Sax. Chron. a. D. 617; *FLORENT. WIGORN.* an. 616, et *HENRICUS HUNTINGDON.*)

(44) *Post regni viginti quatuor annos.* *Simeon Dunelmensis* non recte, ut videtur, viginti octo annos *Æthelfridi* regno asignat.

(45) *Filios duos.* *Oswaldus* et *Oswium* fratrem natu majorem habebant nomine *Ethelfridum* qui postea *Berniciæ* rex factus est. Vide infra, § 49.

(46) *Quadriennem. a. d. e. l. m., quadrimum s. c.*

(47) *Eadwinus.* Hic *Northanhimbrorum* regno successit, occiso *Æthelfrido*, incunte anno 617

fugatisve (48), pluribus laboribus emeritus, regni fastigium jam non rudis ascendit. Cujus cum dominio mox Northanhimbrorum cervicositas dignanter assurrexisset, accessit ad cumulum felicitatis mors matura Redwaldi; namque provinciales, qui olim apud se exultantem promptæ audaciæ et impigri animi explorassent Edwinum, ultro conjurata fide in ejus ditionem conspirant. Ille, Redwaldi filio inani regis nomine concesso, cætera moderabatur pro arbitrio. Ea tempestate spes atque opes Anglorum in illo sitæ: nec erat quælibet Britannicæ provincia quæ non illius exspectaret (49) nutum, parata ad obsequium, præter solos Cantuaritas. Hos enim immunes excursionis reliquerat, quippe qui jamdudum (50) ad nuptias Ethelburgæ, sororis Edhaldi regis eorum, mentem appulerat: quam cum, longo tempore petitam, tandem aliquando impetrasset, eo consilio ut non contemneret habitam quam diu suspiraverat dilatam, tanto duo illa regna confœderata sunt officio, ut nihil esset vel in potestabilibus diversum, vel in moribus barbarum. Eadem præterea occasione (51) Paulino prædicante, Domini Christi fides, illis partibus infusa, primo (52) regem ipsum penetravit; quam cum regina marito inter conjugales (53) affectus crebro inculcarent, antiatitidis (53) admonitio suo loco non deesset. Diu ille eunctabundus et anceps, semel tamen susceptam imis inseruit præcordiis: tunc vicinos reges ad fidem invitare, tunc ecclesiarum ædificia excitare, nihil quod ampliandæ fidei congrueret negligere. Interca et devotioni regis serenus Deitatis favor arridebat; adeo ut non solum Britannicæ gentes, Angli, Scotti, Picti, sed et insulæ Orchadum, et Mevaniarum, quas nunc Anglesei, id est Anglorum insulas, dicunt (54), et arma ejus metuerent, et potestatem adorarent. Nullus tunc prædo publicus, nullus latro domesticus, insidiator conjugalis pudoris procul, expiator alienæ hæreditatis exul, magnum id in ejus laudibus et nostra ætate splendidum. Itaque imperii sui ad eos limites incrementa perducta sunt, ut justi-

(48) *Fusus fugatisve. a. d. e. l. m., cæsis vel expulsis, s. c.*

(49) *Exspectaret. e., spectaret a. s. c. d. l. m.*

(50) *Ad nuptias Ethelburgæ.* Edwini conjugium cum Ethelburga, quæ dicitur etiam Tatae, Ethelberta, Cantuaritarum regis filia contigit a. D. 625. (BEDA, lib. II, c. 9, § 111.)

(51) *Paulino.* Paulinus consecratus est episcopus Eborac. 21 Julii a. D. 625.

(52) *Regem ipsum penetravit.* Edwinus baptizatus est in die sancto Pasche, 12 April. a. D. 627, undecimo regni sui anno. (BEDA, lib. II, c. 14, § 132.)

(53) *Antiatitidis. a. c. d. e. l. m., antiatitidis Paulini, s.*

(54) *Dicunt. a. c. d. e. l. m., dicimus s.*

(55) *Expugnantisus. e., repugnantibus, a. d. l. m., rebellantibus, s. c.*

(56) *Cum filio interemptus.* Edwinus occisus est cum filio suo Osfrido, in prælio Hatfield Moor, die 12 Octobris, a. D. 633. (BEDA, lib. II, c. 20, § 146, *Sax. chron.*, a. D. 633, et *FLOR. WIGORN. an. 633.*) Dies ejus festus in Anglico Martyrologio 4 Octobris

et pax libenter in mutuos amplexus concurrerent, osculorum gratiam grata vicissitudine libantes: et feliciter tunc Anglorum respublica procedere potuisset, nisi mors immatura, temporalis beatitudinis noverca, turpi fortunæ ludo, virum abstulisset patriæ. Ætatis enim anno octavo et quadragesimo, regni decimo septimo, expugnantibus (55) regibus quos sub jugum miserat, Chedwalla Britonum, et Penda Merciorum, (56) cum filio interemptus, mirabile varietatis humanæ fecit exemplum: nullo prudentia inferior, quod nec (57) Christianam fidem nisi diligentissime inspecta 70 ratione voluit usurpere, susceptæque nihil comparabile existimare.

DE SANCTO OSWALDO REGE.

§ 49. *Occiso Edwino, filii Ethelfridi, (57) idemque nepotes Edwini, Oswaldus et Oswius, jam adulti, jam juventæ vernantis florem induti, repatriaverunt, simulque qui ætate præstabat Eanfridus, cujus nectio superius excidit. Regnum itaque in duo discretum; siquidem Northanhimbria, jamdudum in geminas secta provincias, ex Deiris Allam, ex Berniciis Idam creaverat. Quapropter tunc filius patris Edwini (58) Osricus Deiram, Eanfridus filius Ethelfridi Berniciani sortiti, hæreditarium jus se obtinere gloriabantur: ambo in Scotia sacris christianis initiati, ambo vix dum potestatis impotes fidei transfugæ, non multo post, (59) infestante Chedwalla, fidei relictæ pœnas dedere. Annum tempus inter has moras exactum, (60) Oswaldum, magnæ spei juvenem, ad imperandi scientiam exercuit. Is fide quam ferro instructor, nam apud Scottos, ubi cum multa nobilitate indole exalaverat, baptismi gratiam meruerat, Chedwallum rerum gestarum memoria elatum, virum, ut ipse dicebat (61), in exterminium Anglorum natum, primo impetu castris exiit, mox (62) cum omnibus copiis delevit. Cum enim 71 quatuordecunq; exercitum undecunq; conflasset, his sermonibus in bellum excitavit, ut aut vincendum sibi commilitones, aut moriendum nossent, nihil de fuga meditantes: exprobrandi pudoris rem ventilari celebratur.*

(57) *Quod nec. a. d. e. l. m.; quod ne; e.; qui ne, s.*

(57*) *Idemque nepotes Edwini.* Filii erant Ethelfridi ex Acca, Edwini sorore. Vide supra § 47.

(58) *Osricus Deiram, Eanfridus. . . Bernicianus.* Vide Saxon. Chron. A. D. 654, et Bedam, lib. III, c. 1. Osricus filius erat Ælfrici, Althe fratris et Edwini cognati.

(59) *Infestante Chedwalla.* Osricus et Eanfridus interfecit sunt a Ceadwalla, Britonum rege; Osricus æstivo tempore an. 634, et Eanfridus paulo post. Interea utraque provincia a Ceadwalla usurpata est.

(60) *Oswaldum.* Oswaldus regnum Northanhimbrorum obtinuit an. 634. De illo vide Bedam, lib. III, c. 2, 3, 6.

(61) *Dicebat. d. e. l. m., dicebat, e., de u dicebat, a.*

(62) *Cum omnibus copiis delevit.* Ceadwalla occisus est in Dilston, juxta Hexham, in Northumberland. (BEDA, lib. III, c. 1, § 151.) Vide etiam Smiths App. XIII.

allegans, Anglos cum Britannis tam iniquo Marte A
 configere, ut contra illos pro salute decertarent,
 quos ultro pro gloria lacescere conuescent: itaque
 libertatem audientibus animis et effusis viribus asserant
 (63); cæterum, de fugæ impetu memoriam
 nullam. Quare tam acriter et tanto conflictu utrobique
 concursus, ut recte dictum sit, illum diem
 fuisse, quo nunquam Britones (64) tristior, nunquam
 Anglos affasset hilarior: adeo alteri, omnibus
 viribus consumptis, ulterius respirare non ausi;
 alteri, sacra religione cum regis magnanimitate consentiente,
 in immensum proveci. Denique ex eo
 tempore cultus idolorum ad cineres torpuit; et ipse
 regnum latioribus, quam Edwinus, terminis, citra
 ullam necem hominum, octo (65) annis quiete (66)
 coarcevit. Hujus regis laudes historia (67) panegyrico
 prosequitur stilo, quarum nos competentes particulas
 velut quodam complectemur epilogo. Quantus
 enim in ejus pectore fidei fervor coaluerit, facile ex
 hoc animadverteres, quod si quando antistes (68)
 Aidanus Scottice auditoribus facienda proponeret,
 et interpres decasset, confestim rex ipse, quamvis indutus
 chlamydem, vel auro rigentem, vel Tyrius murices
 72 æstantem, id munus dignanter (69)
 corripens, barbari sermonis involucrium patria lingua
 expediret. Vulgatum (70) quoque est, quod crebro
 appositis obsoniis (71), cum convivæ in cibus
 alentes acuerent, mentes intenderent, ipse voluptatem
 (72) frænarit, penuria sua pauperum mercatus
 gaudia: unde arbitrator etiam temporaliter absolutum
 esse cælestis sententiæ fidem, quam divinum
 quondam resultavit oraculum: « Dispersit (73), de lit
 pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. »
 Nam quod auditor mirari debeat, et insciari non
 valeat (74), dextra illa regalis, tantarum eleemosynarum
 largitrix, hodieque cum brachio, cute et nervis,
 incorrupta viget; totum vero corpus reliquum,
 præter ossa, in ciueres dissolutum, communionem
 mortalitatis non evasit. Et sunt quidem nonnullorum
 sanctorum corporales exuvie, nullius omnino labis
 consciæ. Quapropter astantem alii, quo examine
 judicium suum ponderent, ego istud gratius, et evi-

dentiori miraculo divinius esse pronuntio: nam usu
 etiam pretiosa degenerant, et quidquid videtur rari-
 us prædicatur uberius. Jam vero superfluis essem,
 si dicere affectarem quam sedulus fuerit piæces in
 altum porrigere, votis cælos onerare. Adeo est amplior
 laus ista in Oswaldo quam ut nostra oratione
 indigeat cumulari. Quando enim rogatus (75) negligeret,
 (76) qui rebellionem per Pendam regem 73
 Merciorum excitata, cum stipulatoribus fisis ipse
 quoque ferratam silvam in pectore gereret, nec atrocitate
 vulnerum, nec mortis consilio, potuit argui
 quin pro animabus fidelium suorum Domino Deo
 supplicaret? Ita vir in seculo ingentis gloriæ, magnæ
 apud Deum gratiæ, animam exuens gratiosam, sui
 posteris profudit memoriam per miraculorum frequentiam:
 merito. Res est enim non pertrita, sed et corvo rarior
 albo (77), hominem abundare divitiis, et nolle lascivire
 vitiis. Itaque defuncti brachia, cum manibus et capite,
 insatiabili victoris (78) ira desecta, et stipiti appensa.
 Et corpus quidem, ut dixi, totum placido naturæ sinu
 confotum, in terrenum (79) elementum abiit: brachia
 vero cum manibus, auctore Deo, et (80) teste veraci
 historico (81), inviolata durant. Ea a fratre Oswio apud
 (82) Bebbanburg, urbem ita vocant Angli, composita
 scrinio, monstrata miraculo, idem asserit. Quo loci
 quia opinione fluctuo utrum ab hunc diem serventur,
 præcipitem affirmationem non emitto: si quid alii
 historiographi temere sunt professi ipsi viderint;
 mihi fama vilis constet, nec quidquam nisi absoluta
 fide dignum pronuntiem. Caput, tunc ab eodem
 germano (83) Lindisfarne humatum, (84) nunc
 Dunelmi inter brachia beatissimi Cuthberti teneri,
 aiunt. Ossa reliqui corporis cum regina Ostritha,
 uxor Ethelredi regis Merciorum, filia regis Oswi,
 charitate patris ducta, Bardenio monasterio suo,
 quod est in regione Merciorum non longe a Lindocolina
 74 civitate, inferre vellet, iverunt in repulsam
 monachi parumper (85), invidentes mortuo
 quietem ossuum quem oderant vivum, quod super
 eos bellico jure acceperat regnum: sed intempesta
 nocte per lucernam de cælo super reliquias

(63) *Asserant.* a. c. d. e. l., *asserunt*, s.

(64) *Britones.* d. e. m., *Britannos*, a. s. c. l.

(65) *Octo.* a. s. c. e. l., *septem*, d. m. Juxta Bedam Oswaldus novem annos regnavit, incluso Ceadwallæ usurpationis anno.

(66) *Quiete.* a. d. e. l.; *cum quiete*, s. c.

(67) *Historia.* e., *historia Bedæ*, s. — Vide Bedam, lib. III, c. 2-6.

(68) *Aidanus Scottice.* De Vita Aidani, Lindisfarneensis episcopi vide Bedam lib. III, c. 5, et *Acta sanctorum*, Aug., t. VI, p. 688.

(69) *Dignanter.* a. d. l., *non aspernante*, s. c.

(70) *Vulgatum.* c. d. e., *vulgatissimum*, a. s. l.

(71) *Obsoniis.* a. s. d. e. l., *dapibus*, c.

(72) *Voluptatem.* s. c. d. e., *voluntatem*, a. l. — Vide Bedam, lib. III, c. 6.

(73) *Dispersit.* . . sæculi. Psal. cxii, 9.

(74) *Valeat.* a. d. e. l., *audeat*, s. c.

(75) *Rogatus.* s., *togatus*, a. c. d. e. l.

D (76) *Qui rebellionem per Pendam.* Oswaldus a Penda occisus est Maserfelth (nunc *Oswestry*, die 5 Aug., an. Dom. 642, in tricesimo octavo vite sue anno. (BEDA, lib. III, c. 9, et Sax. Chron.)

(77) *Corvo rarior albo.* Juv. Sat. VII, vers. 202.

(78) *Victoris.* e., *legit victoriis*.

(79) *Terrenum.* s. d. e., *terreum*, a. c. l.

(80) *Et.* s. c. d. e., *omissum* in a. l.

(81) *Teste veraci historico.* Beda, lib. III, c. 6.

(82) *Bebbanburg.* Bamborough, in Northumberland.

(83) *Ab eodem germano.* a. s. d. e. l., *a beato Germano*, c.

(84) *Nunc Dunelmi.* . . aiunt. S. Cuthbertus depingitur Oswaldi caput inter brachia sua tenens (SHARPE, 53.)

(85) *Parumper.* a. d. e. l., *omissum* in s. c.

emissam edocti fatuum lenire tumorem (86), in æquitate transire, ultro expostulantes quod ante rejecerant. Frequentabanturque ibi virtutes divinitus, sentiebaturque præcellentissimi martyris opem quicunque implorasset languidus. (87) Revivuit ex cadentis sanguine campi cespes, plus solito florens (88), quo sanatus sonipes, quem post affixum sinuosis anfractibus ignis vitalundus effugit. Nec vacavit a virtute lavaturæ reliquiarum ejus pulvisculus, quo mentis impos integritati rationis est redditus. Occurrit medelæ qui recentem cruorem capitis imbiberat stipes, quo loto (89) hausit sanitatem desperatus. Diu illud monasterium tanti thesauri conscium claruit habitantium sanctimonia et necessariorum copia; præsertim postquam Ethelredus rex ibi (90) coronam tonsuræ monachicæ accepit, ubi et mausoleum ejus usque in diem hodiernum (91) visitur. Porro, post multos annos, ossa beatissimi Oswaldi, cum ea loca infestarent barbari, Gloecstram translata: locus iste, canonicos (92) habens, non multo incolitur habitatore. Fuit igitur Oswaldus qui genti suæ primitias sanctitatis **75** dederit, quippe nullas ante illum Anglus miraculis, quod sciam, vigerit; qui post actam sancte vitam, large dædno elemosynas, crebras in Dei obsequela profelando excubias, postremo zelo Dei Ecclesiæ cum gentili committens, ante, quod optabat, effudit spiritum, quam, quod timebat, Christianitatis videret detrimentum. Nec fraudabitur profecto martyrum gloria, qui primo bonæ vitæ intendens, postmodum gloriosæ morti corpus impendens, eorum trivit vestigia; et cumulatori pene laude, quod illi singuli se singulos, ille secum Deo consecraverit totos Northanhimbros.

DE OSWIO FRATRE SANCTI OSWALDI.

§ 50. Eo igitur humanis rebus exempto, Oswius frater ejus apud Bernicios (A. D. 642), Oswinus (93) filius Osrici, de quo superius dixi (94), apud Deiros (A. D. 643), regnum occuparunt: quibus cum primo de provinciarum divisione modeste convenisset, suspensio frædere, in sua pacifice discessum. Verum, non multo post, per homines, quibus nihil magis cordi erat quam discordias serere, pax incertis pactionibus sæpe ludificata, ultimo penitus

(86) *Tumorem*. a. c. d. e. l., *timorem*, s.

(87) *Revivuit ex cadentis sanguine*. Vide Bedam, lib. III, c. 9, § 177.

(88) *Florens*. c. d. e. m., *florens*, a. l.

(89) *Loto*. a. d. e. l. m., *loco*, s. c.

(90) *Ibi*. e., *ibidem*, a. s. c. d. l. m.

(91) *Usque in diem hodiernum*, a. l., *usque hodie*, c. d. m.

(92) *Canonicos*. e., *ante canonicos*, a. c. l., *legunt tunc monachos, nunc*, d. m., *tunc monachos*, non.

(93) *Oswinus*. c. d. l. m., *Oswius* a. e.

(94) *De quo superius dixi*. § 49.

(95) *Concordiam*. e., *post concordiam*, a. s. d. l. m. *leg. sodalitatit*.

(96) *Ab Oswio interemptus est*. Oswinus, Deire rex, ab Oswio Berniciæ rege occisus est, die 20 Aug. an. 651.

A abrupta, in ventos abiit; facinus miserabile, fuisse qui regibus concordiam (95) inviderent, nec abstinere quin eos prælio, quantum in ipsis erat, committerent. Ibi tunc fortuna, multis antea illerebris Oswinum adulata, scorpiacea cauda persequebatur: namque, pro penuria exercitus bello abstinendum ratus, suburbanum rus clanculo concesserat, statimque a suis proditus (96) ab Oswio interemptus est;

76 vir egregie factus ad emereudam gratiam civium largitione pecuniæ, animæ quoque suæ, ut ferunt, non negligens mentis devotione. Ita Oswius, integri regni compos, nihil non postea molitus est quo existimationem suam purgaret, quo majestatem auget, atrocis facti offensam probitate posteriorum virtutum imminuens, et primus quidem idemque amplissimus laudum ejus cumulus exoriat, quod fratrem et avunculum nobiliter ultus. (97) Pendam regem Merciorum, illud vicinorum excidium, illud perduellionum seminarium, exitio dedit; ex quo temporetam Mercis, quam omnibus pene Anglis, vel ipse præsedat, vel præsedentibus imperavit. Hinc totus ad officia pietatis conversus, ut Dei beneficiis in se confluentibus digna sedulitate responderet, christianismi (98) infantiam pro nece germani in regno suo palpitantem vivacitate regia erigere, et pleno spiritu animare, contendit; eademque mox (99) doctrina Scottorum adultam, sed in multis ecclesiasticis observationibus fluctuantem, primo per (100) Angilbertum et Wilfredum, postremo per Theodorum archiepiscopum, canonico statu informavit.

C (1) De cujus in Angliam adventu princeps Oswio debetur gratia, licet Egbertus rex Cantuaræ pro jure provinciæ multum illius delibet gloriæ, quia et Deo famulantibus frequentia constituens habitacula: hujus quoque boni patriam non reliquit exanguem. Quorum præcipuum monasterium, tunc seminarium, nunc virorum, ab Eboraco triginta millibus in boreali **77** parte situm, antiquo vocabulo Streanshalh, modo Witebi nuncupatur; quod ab insignis religionis scemina (2) Hilda ceptum, (3) Ethelbeta ejusdem regis filia in regimine succedens magnis fiscalium opum molibus auxit, ubi et patri, (4) post viginti octo annos regi defuncto, funera justa persolvit. Illud cænobium, sicut et omnia ejusdem re-

D (97) *Pendam regem Merciorum... exitio dedit*. Penda, Merciorum rex, ab Oswio victus interfectusque est die 15 Nov. an. 655. (BEDA, lib. III, c. 14, § 221.)

(98) *Christianissimi*. e., *Christiani cultus*, a. c. d. l. m.

(99) *Doctrina Scottorum*. Vide Bedam, lib. III, c. 25.

(100) *Angilbertum*. Dorcestriæ episcopum. Vide supra not. 70, col. 985.

(1) *De cujus in Angliam adventu*. Vide supra not. 43, col. 970.

(2) *Hilda*. Vide supra not. 34, col. 991.

(3) *Ethelbeta*. Ex hoc loco inferri posset Ethelbeta abbatissam fuisse Streaneshalch ante Hilde obitum, qui anno 680 contigit

(4) *Post viginti octo annos regni defuncto*. Obiit Oswius die 15 Febr., an. D. 670.

gonis, tempore Danicæ vastationis (5), quam dice-
mus inferius, deletum, multa sanctorum corpora
perdidit; nam (6) et beati Aidani episcopi, et Cheol-
fridi abbatis, et sanctissimæ viraginis (7) Hildæ, et
aliorum plurimorum ossa, sicut in libro quem de
antiquitate Glastoniensis Ecclesiæ nuper edidi locu-
tus sum, tunc Glastoniensis translata, et aliorum
sanctorum alias nonnulla: nunc mutato nomine,
pauculum pro tempore restauratum, antiquæ opu-
lentæ vix tenue præsentat vestigium.

§ 51. Oswio, cui duo erant filii (8), minor legitime
susceptus, reprobato notho, successit, Etheldrithæ
uxoris sanctissimæ meritis quam suis commenda-
tior; denique duabus omnino rebus (9), quas quidem
in gestis Anglorum legerim, prædicandus, **78** vel
quod dominæ vacare volenti serenus indulserit, vel
quod beatum Cuthbertum lacryinis religiosa assen-
tatione profusus in episcopatum promovcrit. Cæterum,
horret animus meminisse impietatis quam in
beatissimum (10) Wilfridum grassatus evomuit,
quando, bonitatis illius nauseam concipiens, pa-
triam clarissimo lumine viduavit. Idem in supplices
protervus, quo morbo nullum tyrannorum carere
videas, (11) Hibernienses, genus sane hominum
innocens et genuina simplicitate nihil unquam mali
molens, vasta clade protrivit. At, contra, in rebel-
les ignavus, triumphosque patris eludens, impe-
rium Merciorum amisit, quin et ab eorum rege
Æthelredo filio Pendæ in pugna (12) fugatus (13) fra-
trem quoque amisit. Verumtamen, hæc postrema ju-
ventutis lubrico, in Wilfridum vero commissa
episcoporum et (14) uxoris consilio veritas rerum
assignari jubet, præsertim cum Beda, adulari ne-

A scius, eum (15) in libro De vita abbatum suorum piis-
simum et Deo dilectissimum **79** vocet. Postremo,
quintodecimo regni anno, expeditionem in Pictos
agens, cum illis in montes abditos consulto ceden-
tibus pervicaciter instaret, (16) cùm omnibus fere
copiis interiit: pauci fuga lapsi rem domi nuncia-
runt; quamvis divinus Cuthbertus, pro futurorum
conscientia, et iturum retinere temptaverit, et ipsa
hora occisionis spiritum e cælo sibi influentem
hauriens, interfectum absens non tacuerit.

§ 52. Egfridi necem cum insignior ubique fama
loqueretur, etiam ad fratris Alfridi aures (17) an-
xia præcipiti pervenit epistola penna. Is quia
nothus, ut diximus (18), erat, factione optimatum,
quamvis senior, regno indignus æstimatus, in Hi-
berniam, seu vi seu indignatione, secesserat. Ibi, et
odio germani tutus, et magno otio litteris imbutus,
omni philosophia composuerat animum. Quocirca,
imperii habenis habiliores æstimantes, qui quon-
dam expulerant ultro expetiverunt; necessitas me-
delam ad preces refudit. Nec eos ille sua spe fru-
stratus est: (19) nam per decem et novem annos
summa pace et gaudio provinciæ præfuit; nihil un-
quam, præter in persecutione magni Wilfridi, quod
livor edax digne carpere posset, admittens. Non
tamen iisdem terminis quibus pater et frater re-
gnum tenuit; quod Picti, recenti victoria insolenter
abusi, Anglosque longa pace ignaviores aggressi,
sines eorum ab aquilone decurrerant.

C **80** § 53. (20) Habuit successorem (A. D. 705) fi-
lium Osredum, octo annorum puerum, qui annis
undecim regnum inumbrans, turpemque vitam san-
ctimonialium stupris exagitans, tandem cognato

(5) *Vastationis.* a. d. e. l. m., *infestationis*, s. c.

(6) *Et beati... locutus sum.* Integer hic locus
omittitur in a. s. c. l., exceptis sequentibus verbis:
*et sanctissimæ viraginis Hildæ et aliorum plurimorum
ossa.*

(7) *Viraginis.* a. s. c. c. l., *virginis*, d. m.

(8) *Oswio, cui duo erant filii.* Oswius legitimum
filium reliquit Egfridum, et alium spurium, no-
mine Allfridum, qui vicissim Northanimbros rexe-
runt.

(9) *Quas quidem in gestis Anglorum legerim.* Quæ
hic ad laudem Oswii refert Malmesburiensis, in
nullo auctorum qui nunc supersunt, ad quem opus
citatum referri possit, nisi Beda sit, reperire est. D
Ad potestatem uxoris suæ ab Egfrido concessam
sacro velo initiandæ alludit venerabilis scriptor
(lib. iv, c. 19, § 310); Cuthberti quoque ad episco-
patum, dum regali solio sederet, promotio inter
alia declaratur § 340.

(10) *Wilfridum.* Wilfridus consecratus est epi-
scopus Eboracensis a. D. 665, et e sua sede pulsus
an. 677; in Angliam reversus est an. 679 et rursum
pulsus an. 681. Anno 687 iterum in Northanim-
briam vocatus, et an. 692 denuo expulsus, ad Æthel-
redum, Merciorum regem confugit, eodemque anno
Lichfieldi vacantem episcopalem sedem administra-
vit. Expulsus iterum, an. 703, est, et anno se-
quenti causa Romæ in sul gratiam dijudicata, An-
gliam repetivit. Anno Dom. 709 obiit. Ejus Vita
scripta est ab Heddio editaque in Gale, vol. III;
vide etiam Bedam, lib. v, c. 19.

(11) *Hibernienses.* Consule Bedam, lib. iv, c. 26.

et *Sax. Chron.* an. D. 684. De tempore et loco in-
vasionis vide etiam Ogygiam, p. 230.

(12) *Pugna.* d. e. m., *bello*, a. s. c., *fuga*, l.

(13) *Fratrem quoque amisit.* Anno regni Egfridi
nono, conserto gravi prælio inter ipsum et Ædilre-
dum regem Merciorum, juxta fluvium Treanta, oc-
cisus est Ælfuini frater regis Egfridi, juvenis cir-
citer decem et octo annorum, utriusque provinciæ
multum amabilis. BEDA lib. iv, c. 21; *Sax. Chron.*
A. D. 679.

(14) *Uxoris consilio.* Hic agitur de Irmenburga,
altera Egfridi uxore, priore divortio ab eo disjuncta
et religiosam disciplinam amplexa.

(15) *In libro de Vita abbatum.* Edidit D. Smith.
1722, fol.

(16) *Cum omnibus fere copiis interiit.* Egfridus
occisus est die 20 Maii, a. D. 685. Vide Bedam,
lib. iv, c. 26; *Sax. Chron.* A. D. 685.

(17) *Auxia præcipiti venisset epistola penna.*

(JUNENAL. *Sat.* iv, lib. 1, vers. 149.)

(18) *Diximus.* c. d. e. m., *dixi*, a. s. l.

(19) *Nam per decem et novem annos... præfuit*
Alfridus Driffieldi obiit die 16 Maii, a. D. 705. Sic
Beda (lib. v, c. 18): « Anno Dominicæ Incarnatio-
nis 705 Allfrid rex Northanimbriorum defunctus
est, anno regni sui vicesimo necdum impleto. »

(20) *Habuit successorem filium Osredum.* Quæ
hic narratur Bedæ narrationi congruunt, lib. v,
c. 18; at juxta Heddium (in Vita S. Vilfridi), re-
gale solium duobus mensibus Eadulfus tenuerat
antequam illud obtineret Osredus. Anno 716 iste
cæsus est.

rum insidiis cæsus, eamdem fortunam in ipsos refudit. Siquidem (21) Kenred duobus (A. D. 716), et (22) Osricus undecim annis (A. D. 728) regnantes, hoc tantum memorabile habuere, quod domini sui, licet merito, ut putabant, occisi, sanguinem luentes, sædo exitu auras polluere. Meruit sane quolærior abiret Osricus, multumque, ut gentilis ait, « aliis jaetantior unbris, » quod (23) Chelwulfum Kenredi fratrem vivens sibi successorem adoptaverat. Conscendit igitur tremulum regni culmea Chelwulfus ab Ida septimus, et idoneus ad cætera, et cui non deerat litterarum peritia acri animo et alacri studio comparata. Vadatur sermonis mei veritatem Beda, qui eo tempore, quo maxime scaturiebat litteralis Britannia, huic potissimum (24) Anglorum historiam elimandam obtulit, eligens nimirum in illo auctoritatem bene dicta roborandi propter imperium et scientiam, perperam dicta emendandi propter ingenium.

DE BEDA.

§ 54. (25) Cujus anno quarto idem historicus, post multos in sancta ecclesia libros elaboratos, cœlestem **81** patriam, quam diu suspiraverat, ingressus est, anno Dominicæ incarnationis (26) septingentesimo tricesimo quarto, (27) ætatis suæ quinquagesimo nono; vir quem mirari facilius quam digne prædicare possis, quod (28) in extremo natus orbis angulo, doctrinæ coruscus, terras omnes perstrinxerit, nam et Britanni, quæ a quibusdam alter orbis appellatur, quod oceano interfusa non multis cosmographis comperta est, habet in remotissima sui plaga locum nativitatis et educationis ejus, Scotiæ propinquum. Plaga olim et suave halantibus monasteriorum floribus dulcis, et urbium a Romanis ædificatarum frequentia revidens; nunc (29) vel antiquo Danorum, vel recenti Northmannorum populo lugubris, nihil quod animos multum alliciat prætendit. Ibi est Wira, nec egeat latitudinis, nec

(21) Kenred. Cuthwini filius.

(22) Osricus undecim. Obiit Osricus die 9 Maii a. D. 729 (BEDA, lib. v, c. 23). Alfridi filius erat.

(23) Chelwulfum... adoptaverat. Juxta Bedam (lib. v, c. 23). Ceolwulfus regale solium conscendit an. 729, juxta vero Sax. Chron. an. 731; et juxta Matth. Westm. an. 730.

(24) Anglorum historiam. Historia ecclesiastica gentis Anglorum.

(25) Cujus anno quarto. Manu codici cœva, l. legit, in modum notæ: Anno quarto Celwlf Anglorum regis, ab Ina septimi, venerabilis Beda presbyter, post multos. Ceolwulfus solium conscendit die 9 Maii 729, et Beda die 26 Maii obiit; unde ejus obitum septimo hujus principis regni anno accidisse constat.

(26) Septingentesimo. tricesimo quarto. Vide superiorem notam.

(27) Ætatis suæ quinquag. nono. Beda anno natus 674, an. 735 obiit, ætatis suæ consequenter sexagesimo primo. Historiam ecclesiasticam quinquagesimo nono ætatis suæ anno absolvisse videtur; sic enim ille: *Ex quo sacerdotale munus suscepi, usque ad quinquagesimum ætatis meæ annum, me et antecorum meorum causa operam impendi in colligendis his excerptis, etc.*

(28) In extremo natus orbis angulo. Natus est venera-

bilis Beda in hac Angliæ parte quæ tunc ad Wearmouth et Jarrow S. Benedicti ordinis monasteria pertinebat, nunc vero in Dunelmi (Durham) comitatu includitur. (Vide Stevenson, Introduct. ad hist. Eccl. p. vi.)

(29) Vel antiquo Danorum, vel recenti Northmannorum. Danorum vastationes anno 793 ceperunt, et annis sequentibus late progressæ sunt, regnantibus Alfredo et Ethelredo. Anno 1069 tota regio a Wilelmo primo depopulata est.

(30) Benedictus. Benedictus, cognomine Biscop, in Angliam venit cum archiepiscopo Theodoro, et ab eo S. Augustini cœnobii Cantuarie abbas constitutus est, qua dignitate mox resignata, Romam repetiit. At postea in Angliam reversus latum terræ tractum juxta fluvium Wear ostium obtinuit, ubi duo monasteria ædificavit, quorum abbas erat. Obiit die 12 Jan. 690.

(31) Monasteria ibidem construxit. Monasteria et Wearmouth et Jarrow.

(32) Librum quem Beda, etc. Beda Vitas conscripsit Benedicti Biscop et successorum ejus, Ceolfrithi et Huatberti, Wearmouth et Jarrow abbatum, in duobus libris, quas ediderunt D. James Ware, 1664, et D. Smith, 1722.

(33) Ævum. e., post ævum, v. s. c. d. l. m. l. gunt talia.

(34) Adriano. Vide supra not. 45, col. 970.

sed, enim voli effectum carens, naturæ debitum apud Lingonis (35) civitatem iniiit (A. D. 716). Reliquiæ ossium posterioribus annis ad monasterium suum, deinde Danicæ tempore vastationis (36), cum ossibus beatæ Hildæ Glastoniæ portatæ. Horum abbatum gratiam, quæ per se satis eminet, conspicuus alumnus eorum Beda in splendidiorem excellentiam urget, siquidem scriptum sit (37) Gloria patris filius sapiens; quod alter eum monachaverit, alter educaverit (38). Quod quia ipse Beda pro compendio notitiæ subjecti, omnem vitam suam quodam (39) epologo comprehendens, ipsius verba lector, recognoscere (40) licebit, ne meis sermonibus, vel plus vel minus, ipsa novæ formæ proculat necessitas. Ait ergo in fine Ecclesiasticæ Anglorum Historiæ (41), vir tum in cæteris, tum in hoc laudabilis, quod vel quantaluncumque sui cognitionem posteritati non invidet :

§ 55. « Hæc de historia Britanniarum, Domino **84** adjuvante, digessi Hæda, famulus Christi et presbyter monasterii apostolorum (42) Petri et Pauli quod est ad Wiremuderan (43) : qui, natus, in territorio ejusdem monasterii, cum essem annorum septem, cura propinquorum datus sum educandus reverentissimo abbati Benedicto, ac deinde Chelfrido; cunctumque (44) ex eo tempore vitæ in ejusdem monasterii habitatione peragens, omnem meditantis Scripturarum operam dedi, atque inter observantiam disciplinæ regularis, et quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere, dulce habui. Nonodecimo autem vitæ meæ anno diaconatum, tricesimo gradum presbyteratus, utrumque per ministerium reverentissimi (45) epi-

A scopi Johannis, jubente Chelfrido abbate, suscepi : ex quo tempore accepti presbyteratus, usque ad annum ætatis meæ quinquagesimum nonum, meæ meorumque necessitati ex opusculis venerabilium patrum breviter hæc annotare, sive etiam ad formam sensus, et interpretationis eorum, adjicere curavi. »

§ 56. Deinde enumeratis triginta sex voluminibus quæ in septuaginta octo libris edidit, addidit : « Teque deprecor, bone Jesu, ut cui propitius donasti verba (46) tuæ scientiæ dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te fontem omni scientiæ pervenire, et parere (47) semper ante faciem tuam. (48) Præterea omnes ad quos hæc historia **85** pervenire potuerit nostræ nationis, legentes sive audientes, suppliciter precor (49), ut pro meis infirmitatibus et mentis et corporis apud supernam clementiam sæpius intervenire meminerint, et hanc mihi in suis quique provinciis suæ remunerationis vicem rependant, ut qui de singulis provinciis, sive locis sublimioribus, quæ memoratu digna atque incolis grata credideram diligenter annotare curavi, apud omnes fructum piæ intercessionis inveniam. »

§ 57. Deficit hic ingenium, succumbit eloquium, nesciens (50) quid plus laudem, librorum numerositatem, an sermonum sobrietatem : infudat eum procul dubio non indigno haustu divina sapientia, ut angusto vitæ spatiolo tanta elaboraret volumina. Quid? quod ferunt eum Romam ivisse (A. D. 701), ut libros suos vel ecclesiasticæ doctrinæ convenire præsens assereret, vel, si resultarent, apostolico nutu corripere. (51) Verumtamen **86** quod Romæ fuit, solide non affirmo, sed enim illuc invitatum haud dubio pronuncio; quod hæc epistola clarum

(35) *Apud Lingonis civitatem.* Galliæ urbs, vulg. *Langres.*

(36) *Vastationis.* a. s. d. e. l. m., *infestationis vel vastationis c.*

(37) *Gloria patris, filius sapiens.* Filius sapiens iustificat patrem (*Prov. x, 1; xv, 20*).

(38) *Educaverit.* c. d. e. l. m., *eum educaverit*, a. s.

(39) *Quodam.* c. d. e. l. m., *brevis*, a. s.

(40) *Recognoscere.* d. m., *recognoscat*, a. s. c. l., *recognoscit*, e.

(41) *In fine ecclesiasticæ Anglorum Historiæ.* Lib. v, c. 24, § 453. Edit. *Engl. Hist. Soc.* Pauca Malmesburiensis inter et Bedæ textum lectionum varietas.

(42) *Apostolorum.* d. e. m., *beatorum apostolorum*, a. s. c. l.

(43) *Wiremuderan.* e., *Wiremudan*, a. s. l., *Wiremundum*, c., *Wirmundiam*, d. m.

(44) *Cunctumque.* a. s. c. l., *cumque*, c., *totumque*, d. m.

(45) *Episcopi Johannis.* Johannes Beverleiensis, Hexhamensis episcopus anno 686. Elworacensis episcopus factus est a. D. 705, dieque 7 Maii obiit an. 722.

(46) *Verba.* a. s. d. e. l., *donæ*, c.

(47) *Parere.* a. c. d. e., *placere*, a. l.

(48) *Præterea... inveniam.* Iste locus in fine Historiæ non inseritur, sed hic prologus concluditur in edito Bedæ codice.

(49) *Precor.* a. s. d. e. l., *deprecor*, c.

(50) *Nesciens.* d. e., *nescientis*, a. s. c. l.

(51) *Verumtamen quod Romæ fuerit solide non affirmo.* Ex his quæ hic afferuntur probabile est non defuisse Malmesburiensis ætate qui contenderent, ut traditio ferebat, Bedam Romam adisse, etsi Malmesburiensis ipse non magni facere hanc traditionem videatur. Attamen ex epistola Sergii papæ verisimile admodum est Bedam Rom. fuisse accessitum. Cur ab hac peregrinatione abstinere i probabilem causam offert doctissimus Wilkins. Epistolam in ultimo Sergii pontificatus anno (a. D. 701) scriptam esse conjicit, advenisse paulo post in Angliam nuntios qui summi pontificis decessum notum fecerunt, unde Beda a proposito itinere deterritus fuerit. Nuper tamen opinio prolata est Bedam nunquam Romam accessitum, et non nisi merum commentum esse, cui locum dedit Malmesburiensis lapsus qui, reperta epistola in qua Sergius papa Ceolfrith vel Chelfrido Jarrow abbati præcipiebat ut unum e suis monachis Romam mitteret, ipsum Bedam missum fuisse conclusit, ejusque nomen inconsultissime hic loci inseruit. Nostri oscitantiam proderet unum adhuc exstans (Malmesburiensis opere antiquius) hujus epistola exemplar (*Tiberius*, A. xv), in quo locus ubi de Beda agitur non occurrit. Cui assertioni responderi potest Ussherum, qui epistolam viderat illamque ex præcitato ms. transcripserat, ad nullam istiusmodi conclusionem devenisse. Antiquum præterea ad manus habebat ms., integræ epistolam continentem, ex quo tantum excerpta quædam profert Malmesburiensis; porro, ibi Bedæ nomen occurrit, quamvis illi presbyteri titulus non ascribetur. Hoc unum ab Usshero infer-

faciet, simul et quanti penderit cum Romana sedes (52) ut cum tantopere desideraret.

§ 58. « Sergius episcopus, servus servorum Dei, Chcolfrido religioso (53) abbati, salutem (54). Quibus verbis ac modis clementiam Dei nostri, atque inenarrabilem (55) providentiam possumus effari, et dignas gratiarum actiones pro immensis circa nos ejus beneficiis persolvere, qui in tenebris et umbra mortis positos ad lumen scientiæ perducit? » Et infra: « Benedictionis interea gratiam, quam nobis per præsentem portitorem tua misit devota religio, libenti et hilari animo. sicuti ab ea directa est, nos suscepisse cognosce (56). Opportunis ergo (57) ac dignis amplectendæ sollicitudinis tuæ petitionibus artissima devotione faventes **87** hortamur Deo dilectam religiositatis (58) tuæ bonitatem (59), ut, quia exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine (60) examinatione longius innotescendis, opus nobis sunt ad conferendum arte (61) litteraturæ imbuti, sicut decet devotum auxiliatorem sanctæ matris universalis Ecclesiæ, obedientem devotionem huic (62) nostræ hortationi non desistas accommodare, sed absque aliqua immoratione religiosum Dei famulum (63) Bedam (64), venerabilis monasterii tui presbyterum (65), ad limina (66) apostolorum principum dominorum meorum Petri et Pauli, amatorum tuorum ac protectorum, ad nostræ mediocritatis conspectum non moreris dirigere, quem, favente Domino sanctis tuis precibus, non diffidas prospere ad te redire, peracta præmissorum capitulorum cum auxilio Dei desiderata solemnitate. Frit enim (67),

tur, nempe Bedæ tituli omissionem non sine ratione contigisse, eo magis quod hac ætate nondum ad ordinem presbyteratus evectus fuerat. Priusquam admitti possit, ut recte illatum, quod Malmesburiensis prædictum locum interpolaverit, demonstrandum est Tiberium A. xv, ipsissimum esse authenticum epistolæ qua usus est exemplar; quod recte concludi omnino nequit, quippe prorsus incredibile est nulla hujus epistolæ exemplaria extitisse quo tempore historiam suam conscribat. E contra magis asserendum esset exemplar quod ad manus habuit integrum locum de quo hic lis est, continuisse: nam Malmesburiensis (cujus magna integritas ab omnibus scriptoribus agnoscitur) non semel expressis verbis profitetur se diligenti cura cavisse ne quid in historia insereret quod optimis auctoritatibus non iuniteretur. Præterea, si reus esset interpolationis quæ ipsi attribuitur, omnino improbabile est illum tam candido sermone uti potuisse.

(52) *Sedes.* a. d. e. l., curia, s.

(53) *Abbati.* Tiberius, A. xv post *abbati* legit *presbytero*que.

(54) *Salutem.* Tiberius, A. xv post *salutem*, legit *optat*.

(55) *Inenarrabilem.* a. s. d. e. l. *memorabilem*, c.

(56) *Cognosce.* hic plures desunt lineæ quæ in Tiberio occurrunt, A. xv.

(57) *Ergo* recentiori manu in Tiberio, A. xv insertum est.

(58) *Religiositatis tuæ bonitatem.* Tiberius, A. xv legit *bonitatis tuæ religiositatem*.

(59) *Bonitatem.* a. s. d. e. l., *benivolentiam*, c.

(60) *Sine.* s. c. d. m., *sui*, a. e. l.

(61) *Conferendum arte.* a. d. e. l., *conferendam*

ut confidimus, etiam cunctis tibi creditis profuturam quicquid ecclesiæ generali (68) claruerit per ejus præstantiam (69) impertitum.)

§ 59. Ita jam (70) celebris erat fama, ut in quæstionibus enodandis indigeret eo sublimitas romana, nec vero unquam Gallicanus timor invenit in Anglo, quod argueret merito. Adeo Latinitas omnis ejus fidei et magisterio palmam dedit. Nam et fidei sanæ et incuriosæ, sed dulcis fuit eloquentia, in omnibus explanationibus divinarum Scripturarum magis illa rimatus quibus lector Dei dilectionem et proximi cohiberet, quam illa quibus vel tales liberet vel linguæ rubiginem linaret. Porro de vite illius sanctitate dubitare quemquam arceat illius dicti irrefragabilis veritas quod protulit mundo divæ (71) sopsiæ majestas. (72) « In malivolam animam non introibit sapientia, nec inhabitabit in corpore subdito peccatis: » quod de mundana sapientiâ profecto non dicit, quæ indifferenter hominum cordibus illabitur, et qua creberrime pessimi, nullasque ad extremum diem ponentes metas sceleribus, pollere conspiciuntur, juxta illud Domini: « Filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt (73); » sed illam sapientiam nominat (74) quæ disciplinæ effugit fictum, et quæ separat se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, intellectu dico bene vivendi et bene dicendi: unde pulcherrime Seneca, in libro (75) De causis, commemorat Catonem, oratoris officium desinentem, dixisse; « Orator est vir bonus, dicendi peritus. » Eniundabat ergo ecclesiasticus orator prius conscientiam, ut sic accederet ad recludendam (76) mysticorum scripto-

artem, c., *conferendum artis litteratura*, Tiberius, A. xv.

(62) *Huic.* a. d. e. l., *hunc*, Tiberius, A. xv.

(63) *Dei famulum Bedam*, etc. In Cotton. ms. (Tiberius, A. xv, fol. 6) hic locus sic redditur: *Dei famulum N. venerabilis tui monasterii*. Quæ verba non recte leguntur, ut videtur, *Dei nostri famulum*. Ex eo quod littera N in Cotton. ms. occurrit pro nomine ejus qui Romam accessit, inferri posset in transcripto exemplari, de quo auctor sumpsit excerpta, nomen oscitantia descriptoris omissum fuisse, locumque non perspicuum. Quoddam enim verbum deesse videtur ad complendam sententiæ constructionem qualiter statim Tiberio, A. xv.

(64) *Bedam.* In Tiberii A. xv, margine, manu relative moderna scriptum est: *Beda ad Romam vocatur*.

(65) *Presbyt.* Tiberio, A. xv, manu recenti insertum est hoc vocabulum et deletum.

(66) *Limina.* *Veneranda limina*, Tiberius, A. xv.

(67) *Enim.* Omitt. Tiberius, A. xv.

(68) *Generali.* Post *generali*, Tiberius, A. xv legit *devoto facto collegio*.

(69) *Per ejus præstantiam.* *Præstantissime*, Tiberius, A. xv.

(70) *Jam.* a. d. e. l., *tam* c. -

(71) *Divæ.* a. s. c. e. l., *divinæ*, d. m.

(72) *In malivolam...* *peccatis.* Sap. i, 4.

(73) *Filii hujus sæculi...* *generatione sua sunt.* Luc. xvi, 8.

(74) *Nominat.* s. c. d. e., *nominavit*, l.

(75) *De Causis.* Seneca, *Controvers.*, lib. i.

(76) *Recludendam.* a. s. e. l., *enucleandam*, d. m.

rum intelligentiam. Qui enim fieri potest § 9 ut serviret vitis qui medullas intimas hauriret, qui totas cogitationes consumeret, in Scripturarum expositionibus? Nam, ut ipse fateatur in libro tertio super Samuelem (77), expositiones suæ, si non aliud afferrent lectoribus emolumentum, hoc sibi non mediocriter valerent, quod, dum hæc omni studio agebat, lubricum sæculi et inanes cogitationes post tergum ponebat: defæcatus itaque vitis subibat in interiora velaminis; quæ intus exceperat animo, foras efferens sermone castigato.

§ 60. Verumtamen animi ejus pura sanctitas. et sancta veritas, magis tempore (78) obitus excellent (79); siquidem continuis septem hebdomadibus stomachi indignatione cibos nauseans, ægroque et angusto suspirio halitum producens adeo ut eum incommoditas lecto prosterneret, non tamen litterarum studiorum rejecit operam. Totis enim diebus, præter debitam psalmodiæ pensum, assiduis ad discipulos lectionibus, rumiandisque et absolvendis questionum difficultatibus, gravedinem valetudinis decipere, suspensa interim cogitatione, nitebatur. Evangelium quoque Johannis, quod difficultate sui mentes legentium exercet, his diebus, lingua interpretatus Anglica, condescendit minus imbutis Latina: subindeque monēbat discipulos, dicens: « Discite, filiioli, dum vobiscum sum; nescio enim quamdiu subsistam, et si post modicum tollat me Factor meus, et revertatur spiritus meus ad eum qui misit illum, et in hanc vitam venire concessit; dia vixi, bene consuluit mihi Dominus meus in hoc vitæ spatio: cupio jam dissolvi et esse cum Christo. »

§ 61. Plerumque spe metuque libratis, cum neutrum præponderaret, inferebat, « Horrendum est incidere in manus Dei viventis (80). » — « Non ita inter vos vixi ut pudeat me vivere, sed nec mori timeo, quia bonum Domini habenui; » sanctissimi Ambrosii morientis dictum mutuatus (81). Felix qui tam secunda loquebatur conscientia, ut nec vivere erubesceret, nec mori metueret; hic non reveritus aspectus hominum, illic occultum Dei æquanimiter exspectans arbitrium. Sæpe, vi doloris pressus, his exemplis respirabat. « Aurum probat fornax, et virum justum caminus tentationis. » « Non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis (82). »

(77) In libro tertio super Samuelem. Quæ sententia exprimitur in prologo ad librum primum Expositionis allegoricae in Samuelem prophetam, p. 208, tom. III-IV. Bedæ Opera, Basilicæ, 1563.

(78) Tempore. d. e. m., proximo tempore, a. c. l., primo tempore, s.

(79) Excellunt. c. d. e., excelluit, a. s. l.

(80) Horrendum... viventis. Hebr. x, 31.

(81) Mutuatus. c. d. e., imitatus, a. s. l.

(82) Non sunt... in nobis. Rom. viii, 18.

(83) Nunquam minus solus. Scipio Africanus dicere solebat, « se nunquam minus otiosum esse, quam cum otiosus; nec minus solum, quam cum solus esset. » CICERO, *De offic.*, lib. iii, c. 4.

(84) Suscipe... superbi. Psal. cxix, 128.

Prosequantur dicta lachrymæ, suspiriorumque difficultas. Jam vero noctibus, quia deerant qui docerentur vel verba exciperent, lucubrabat ipse pernox in gratiarum actione et psalmodiarum cantu, implens sapientissimi viri dictum, ut nunquam minus solus (83) esset quam cum solus esset. Si quando vero sopor irreperet palpebris, qui erat modicus et gravis, confestim excussus turbatusque affectum Deo semper intentum hac voce prodebat: « (84) Suscipe, Domine, servum tuum in bonum (85); non calumnientur me superbi: » — « (86) Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. » Hæc et alia ex reliquiis memoriæ præteritæ ultro ori occurrerant exempla, quæ promebat per temporum intervalla, prout leniebatur infestati morbi angustia. Feria vero tertia ante Ascensionem Domini, invalescente ad extremum incommodo, § 1 modicus tumor in pedibus apparuit, haud dubius vicinæ mortis præsagus et index. Tunc, accita congregatione, inunctus et communicatus: osculo cunctis libato, futuram sui memoriam a singulis implorans, nonnullis etiam familiariorum amicitiam emeritis xeniola, quæ in secretis habebat, largitus est. Die vero Ascensionis, cum jam anima, fragilem usum corporis exosa, egredique gestiens palpiteret, contra oratorium in quo consueverat orare, cilicio subjecto, decumbens, illibato sensu et hilari vultu Spiritus sancti gratiam invitabat, dicens: « O rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cæcos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis: » hæc oratione finita (87) supremum efflavit; subsequente et omnium naribus expletis (88) odore, qualem nec cinnama nec balsama spirant, sed paradisiaco, et quem vernalis ubicunque locorum exalat lætitia. Humatus est tunc in eodem monasterio, (89) sed modo cum beato Cuthberto Dunelmæ situm fama confirmat.

§ 62. Sepulta est cum eo gestorum omnis peno notitia usque ad nostra tempora. Adeo nullus Anglorum studiorum ejus æmulus, nullus gloriarum ejus sequax fuit, qui omniæ monetæ lineam sequeretur: pauci quos æquus amavit Jesus, quamvis litteris non ignobiliter informati, tota vita ingratum consumpserunt silentium; alii, vix primis labris (90) illas gustantes, ignavum confoverunt otium. Ita cum

(85) In bonum. d. e., in bono, c., omitt. in a. s. l.

(86) Fac... tuam. Psal. cxix, 124.

(87) Supremum efflavit. Epistola in qua describuntur Bedæ in extremis positi verba, ab uno ex ejus discipulis, qui ejus morti præsens aderat, edita est in Stevenson, *Introduction to Bede, Historia ecclesiastica.*

(88) Expletis. d. e. m., opletis, a. s. c. l.

(89) Sed modo... fama confirmat. Ælfridus, presbyter Bedæ ossa e Jarrow furto abstulisse dicitur, eaque in cathedrali Dunelmæsi (Durham) ecclesia deposuisse, circa initium undecimi sæculi.

(90) Labris. a. s. c. l., libris, d. e. m.

semper pigro succederet pigrior, 92 multo tempore A
in tota insula studiorum fletuque fervor. Magnum igna-
vix testimonium dabunt versus epitaphii, pudendi
proprus, et tanti viri mausoleo indigni.

*Presbyter hic Beda requiescit, carne sepultus :
Dona, Christe. animam in cœlis gaudere per avum ;
Daque illum (91) sœpius debriari sote, cui jam
Suspiravit ovans, intento semper amore.*

§ 63. Poteritne ulla excusatione hic pudor exte-
nuari, ut nec in eo monasterio, ubi illo vivente totus
litteraturæ exultabat gymnasium, potuerit inveniri
homogœni memoriam ejus formaret, nisi exili et mi-
serabili stilo ? Sed de hoc satis dictum : nunc quod
in manibus erat repetam.

§ 64. Chelwulfus, citra gravitatem Christianam
ætinans terrenis negotiis immorari, post octo
annos regni regem exuens, in Lindisfarnensi eccle-
sia monachatum (92) accepit : quo loci quanta me-
ritorum gratia conversatus sit, testatur celebris
iuxta Eastm Cuthbertum (93) sepultura, et multa
superne (94) demissa miracula.

§ 65. Proveriderat ante, ne vacillaret respublica,
substituto in regnum (A. D. 737) (95) Egberto pa-
trni filio; quod ille acceptum, bonorum terens orbi-
tas, viginti annis egregio moderamine coercuit. Ha-
buit fratrem æquivocum, Eboraci archiepiscopum,
qui 93 et sua prudentia, et germani potentia (96) se-
dem illam in genuinum statum reformavit. Namque,
quod cuius (97) gesta Anglorum legenti in promptu
est (98), Paulinus, ejusdem urbis primus antistes,
vi hostilitatis loco pulsus, et apud Rovecestram
diem obiens, ibidem illud insigne pallii, quod ab
Honorio papa susceperat, reliquit. Plures post eum
tantæ urbis præsules, simplici episcopatus nomine
contenti, nihil altius anhælerant; at vero Egber-

tus intronisatus, animosioris ingenii homo, cogi-
tans quod sicut superbum est si appetas indebita,
ita ignavum si debita negligas, pallium multa throni
apostolici appellatione reparavit. Hic, omnium libe-
ralium artium armarium, ut ita dicam, et sacrarium
fuit, nobilissimamque bibliothecam Eboraci consti-
tuit; cujus rei testem idoneum advoco (99) Alewi-
num, qui a regibus Angliæ pro pace missus ad Ka-
rolum magni imperatorem, et benigno apud eum
fotus hospitio, in (100) epistola ad Eanbaldum, ter-
tio loco Egberti successorem, ait, (1) « Laus et gloria
Deo, qui dies meos in prosperitate bona conservavit,
ut in exaltatione filii mei carissimi gauderem, qui
laboraret vice mea in ecclesia ubi ego nutritus 94 et
educatus fueram, et præcisset thesauris sapientiæ in
quibus me (2) magister meus dilectus Egbertus ar-
chiepiscopus hæredem reliquit. » Item (3) Karolo Au-
gusto : « Date mihi exquiritiores eruditionis scholas-
ticæ libellos, quales in patria habui per bonam et
devotissimam magistri mei Egberti archiepiscopi in-
dustriam. Et, si placet, sapientiæ vestræ, remittam
aliquos ex pueris nostris, qui excipiant inde quæque
necessaria, et revehant in Franciam fores Britannia;
et non sit tantummodo in Eboraca hortus conclusus,
sed etiam in Turonica emissiones paradisi. »

§ 66. Hic est Alewinus qui, ut dixi, pro pace
Franciam missus, ibi apud Karolum, seu terræ
amœnitate seu regis humanitate captus, recessit;
magnique apud eum habitus imperialem animum,
quantum ab aulicis curis vacabat, dialectica, et
rhetorica, et etiam astronomia probe composuit.
Erat enim omnium Anglorum, quos quidem legitur,
post beatum Aldelmum et Bedam, doctissimus, mul-
tisque libris ingenii periculum (4) fecit.

§ 67. Sane, quoniam ad id locorum venimus 95 ut

(91) *Illum. c. d. e. m., illi, a. s. l.*

(92) *Monachatum. d. m., monachum, a. c. e. l.,
monachicum habitum, s. Ceolwulfus, regno in
gratiam cognati sui Eadberti abdicato, monachum
induit, anno 737.*

(93) *Sepultura. Ceolwulfus Lindisferni sepulcro
conditus est; sed præinitus ejus mortis annus
latet.*

(94) *Superne. a. s. c. d. l. m., superna, e*

(95) *Egberto. Simeon Dunelmensis aliique au-
ctores hunc regem Eadbertum vocant. Juxta Malme-
sburiensem, fratrem habuit cognominem, Eborac-
ensem archiepiscopum. Hujus sedis episcopus
consecratus est Egbertus a. D. 732. Vide infra
not. proxime seq.*

(96) *Sedem illam, etc. Eboracum iterum archi-
episcopalis sedes evasit a. D. 735, ex frequentibus
Egberti ad Romam appellationibus.*

(97) *Gesta Anglorum legenti. Beda, lib. II, § 112,
148, 149.*

(98) *Paulinus. Paulinus, post suam a North-
umbria discessionem, Rovecestræ (Rochester) epi-
scopus factus est. Obiit die 10 Oct., a. D. 644. Vide
not. 58, col. 983.*

(99) *Alewinum. Flaccus Alcuinus, sive, ut sæpe
dicitur, Albinus, Northantibrizæ oriundus erat. In
Galliam abiit, Carolique Magni præceptor factus
est, qui illum S. Martini Turonensis abbatem dele-
git, ubi supremum diem obiit. Ejus Opera, ver-
sus et prosa collecta sunt *Patrol. t. C et Cl.**

(100) *Epistola, etc. Epistola hæc, mense Au-
gusto, a. D. 796 scripta, ad Eanbaldum II mit-
tebatur, siquidem Eanbaldus I die 29 Julii ejusdem
anni defunctus est. Eanbaldus II consecratus est
die 14 Aug. 796, et anno sequenti pallium re-
cepit.*

(1) *Laus et gloria... reliquit. Alcuini Opera, fol.
Ratisbonæ, 1777; tom. I, vol. 1, p. 63, epist. 54.*

(2) *Magister meus, etc. Quoddam ortum est du-
bium quoad Alcuini magistrum de quo hic agitur.
Alcuinus magistros audiit Egbertum et ejus suc-
cessorem Æthelbertum, ut a Vitæ ejus auctore nar-
ratur : « Egberto, inquit, an. 766, xiii Kal. De-
cemb. mortuo, Alcuinus divino munere Elber-
tum seu Aelbertum loco amissi magistrum accepit. »
Eum hic et alibi Malmesburiensis Egbertum vocat.
eundemque, esse reputat ac ejusdem nominis ar-
chiepiscopum qui archiepiscopalis sedis restaura-
tionem, anno 735, obtinuit. Nominum similitudo
qua sæpe Normanni scriptores in errorem induci
sunt huic questioni causam probabiliter præbuit.*

(3) *Karolo Augusto. Alc. Op. tom. I, vol. 1,
p. 52, epist. 38.*

(4) *Fecit. u. e. l., post fecit, s. c. m. legitur :
« Jacet in Francia apud Sanctum Paulum de Cor-
marico, quod cœnobium Karolus magnus ejus con-
silio construxit; unde hodieque quatuor monachorum
victus et potus pro ejusdem Alcuini animæ
quotidianæ inferitur elemosynæ in eadem ecclesia. »
Hic locus occurrit in margine d, eadem manu*

Karoli magni nentio ultro se inferret, volo de linea A regum Francorum, de qua multa fabula ut antiquitas, veritatem subtexere; nec multum a proposito elongabor, quia progeniem eorum nescire damnum duco scientiæ, cum et confines nobis sint, et ad eos maxime Christianum spectet imperium. Et forte quibusdam non injucundum videbitur si hoc percurrant compendium, quibus magni volumina evolvente non erit otium.

DE LINEA REGUM FRANCORUM.

§ 68. (4) Franci a feritate morum Græco vocabulo dicti, quod, jussu primi Valentiniani imperatoris, Alanos in Mœotidas paludes refugientes ejecerint. Parva gens prius et exilis, incredibile quantum brevi adoleverit decenni vegetalium indulgentia; hoc enim pacto ante bellum salutis discrimen inierant. Ita accedente libertate in immensum aucti (5), primo (6) maximam partem Germaniæ, 96 procedente tempore (7) totas Gallias, occupantes, signa sua comitari coegere: nuda Lotharingi et Alamanni, et ceteri Transrhenani populi qui imperatori Teuton-

scriptus. Quidam asserunt Alcinum sepultum esse in abbatis S. Martini Turonensis, in qua obiit a. D. 804, April. 18. Hujus cœnobii erat cella S. Pauli et Coruarico (Bouquet, V, 765).

(4) Franci, etc. Auctor operis cui titulus *Gesta regum Francorum* contendit etiam nomen Francorum ipsis ab imperatore Valentiniano impositum eo quod Alanos vicerint, et in Mœotidas paludes propulerint: quod nomen in Attico sermone interpretatur *Jeroces*. Ad excusandam istam etymologiam quidam opiati sunt nobis legendum esse *Chattica*, quæ erat Francorum lingua. Francorum tamen vocabulum in historia notum est plures quam centum et viginti annos ante Valentiniani ætatem. Libanius sophista, qui in quarto sæculo scribebat, asserit hac ætate juxta Rhenum, prope oceanum, Celtorum gentem exstitisse adeo bellicosam et strenuam, ut *φρακτοί* nomine, quod in *φρακτοί* (*Franci*) corruptum est, insigniti fuerint. Saniorum tamen criticorum sententia est varios populos inter Rhenum, Mænum et Albin degentes cœdere conjunctos ut a Romanorum jugo se tuerentur, eosque Francorum nomen assumpsisse in signum propositi quod conceperant suam libertatem tuendi. Vide Bouquet, p. 721. Confer. Aimon, Hist. Franc., in Duchesne, Hist. Franc. Script.

(5) *In immensum aucti.* a. s. e., jam in immensum aucti, d. m., non immensi aucti, l., multum evecti, c.

(6) *Maximam partem Germaniæ.* Primam Francorum in Germania sedem juxta ripas Vistulæ fuisse videtur; unde gradatim progressi sunt ad regiones quas Rhenus interfluit, ubi quarto sæculo conseruerunt.

(7) *Totas Gallias.* Franci imperante Honorio sedes in Galliis collocaverunt; eorum monarchia ultra regiones inferiori Rheno vicinas non extendebatur.

(8) *Nemo qui in inficiis est.* d. e. l. m., nemo qui in inficiis est. d. e. l. m., nemo qui est inficiis, c., nemo est qui inficiis est, a. s.

(9) *Legenti Vitam Caroli.* Caroli Magni Vitam, ab Egiuhardo scriptam, qui illi a secretis erat. *Script. Franc. Duchesne, t. II.*

(10) *Quadragesimo vicesimo quinto.* Supposita hæc monarchiæ institutio in Francia communiter ad initium regni Faramundi, au. Dom. 418 ascri-

bitur; sed rectius Clodoveus verus Francorum monarchiæ institutor, a. D. 481, reputatur. (11) *Franci*, etc. Francorum monarchiæ institutio per Faramundum ipsaque etiam principis hujus existentia in contentione juste posita sunt. Excepto enim brevi et suspecto Properi Chronicorum (tom. I, p. 638) loco, Faramundi nomen nusquam ante septimum sæculum expressum invenitur. (12) *Meroveus.* Clodionis filius ut conjicitur, cui anno 447 successit. Supremum obiit diem anno Domini 456. (13) *Reges Merovingici vocati sunt*, a. e. l., *reges Francorum, usque ad Pippinum Merovingi vocati sunt* s. c.. Solers quidam criticus Merovingos a magno Marahoduo deduxit, clareque demonstravit principem qui nomen primo regum generi dedit, Meroveo antiquiorem esse. Vide *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, etc., tom. XX, p. 52 90; tom. XXX, p. 557-587. Gregorius Turonensis Merovingorum nominis nullam fecit mentionem, cujus tamen vestigia ad usque septimum sæculum quasi propriæ regiæ familiæ atque etiam Francorum primæ stirpis monarchiæ denominationis insequi possumus. (14) *Athelingi.* Hoc epithetum nobilitatis merum esse indicium videtur. (15) *Regnaverunt Merovingi.* Majores palatii regum Francorum regiam auctoritatem usurpare ceperunt sub Clodoveo II, Neustriæ rege, a. D. 658. Theodorico II, in regale solium a. D. 678 restitutus, primus *sainéant* cognomen meruit (quod cunctis istius stirpis Francorum principibus qui regium munus parum curantes majori domus vero regi serviebant), postquam devictus est, a. D. 687, a Pipino II, Austrasiæ duce, qui tunc palatii major in Neustria et Burgundiæ evasit, Theodorico et ejus successoribus regis tantum nomen retinentibus. Merovingiæ stirpis in Francia principatus anno 752 defecit et novum regum genus provehitur. (16) *Tunc enim Pipinus.* Pipinus ducis Ansegisi filius, devicto Theodorico II, regnum absque regis titulo gubernavit. Obiit die 16 decembris 714, successoremque habuit filium suum spurium Carolum Martellum, qui etiam non alium quam ducis titulum dum vixit assumpsit; obiit die 22 Octobris an. 741.

Pipinus, filius Ansegisi, comes palatii apud Transrhenanos (17) factus est. Is, captatis occasionibus quibus ambitum palliare, dominum suum Theodoricum regem, Merovingorum faciem, sub jugum misit; et, ut facti leniret infamiam, specietenus illi regis nomine donato, cuncta intus et foris regebat pro libito. (18) Hujus Pipini genealogia supra 98 infraque contextitur ita: Ansbertus senator, ex filia Clotharii patris Dagoberti Blithilde, genuit Arnoldum; Arnoldus genuit (19) sanctum Arnulfum, Metensem episcopum; Arnulfus genuit (20) Flodulfum, Waltchilsum, Ansechisum; Flodulfus genuit (21) Martinum ducem, quem interfecit (22) Ebroinus; Waltchisus genuit sanctissimum Wandregesilum abbatem; (23) Ansechisus dux genuit Ansegisum; Ansegisus genuit Pipinum; filius Pipini fuit (24) Karolus Tudites (A. D. 714), quem illi Martellum vocant quod tyrannos per totam Franciam emergentes contuderit, Saracenos Gallias infestantes egregie depulerit (25). Hic, paternæ sequax sententiæ, reges tenuit in clientela, comitis contentus nomine (26): reliquit filios duos, Pipinum et Karlomanum. Karlomannus (A. D. 647), incertum qua de causa 99 sæculum relinquens, (27) tonsoratus est in monte Cassino (28). Pipinus (A. D. 754) a Stephano papa (29), succes-

(17) *Transrhenanos*. d. e. m. post *Transrhenanos*, a. s. c. l. legunt *Francos*.

(18) *Hujus Pipini genealogia*. Pipini genealogia, ex Ansberto senatore et Blithilda, Clotharii uxore, deducta in multis chronicis Francorum inseritur; sed fictitia habetur et ejus auctoritas ante Caroli Magni ætatem omnino nulla. Ex quibusdam chronicis antiquioribus Malmesburiensis in anachronismum incidit, quo Blithilda Clotharii II filia et Dagoberti soror dicitur.

(19) *S. Arnulfum*. Sanctus Arnulfus, quem plures auctores, nonnulli ut secundæ Francorum regum stirpis, caput reputant, Metensis episcopus A. D. 614, electus est. Dagoberto, Austrasiæ regi, a consiliis erat, annoque 644 defunctus. Ejus Vita edita est in Act. SS. Ord. S. Bened., sæc. II, p. 150.

(20) *Flodulfum*. Clodulfus (*saint Cloud*), S. Arnulphi filius, Metensis episcopus creatus est die 15 April. A. D. 654, et obiit an. 694. Ejus Vita scripta est circa nonum sæculum, et edita in Act. SS. Ord. S. Bened., sæc. II, p. 1044.

(21) *Martinum ducem*. Martinus, Austrasiæ dux, S. Clodulphi episcopi Metensis filius, interfectus est ab Ebroino, an. Dom. 680.

(22) *Ebroinus*. Major domus erat, et occisus est ab Ermenfrido A. D. 681.

(23) *Anschisus*, etc. Labitur hic Malmesburiensis dum Anschisus ab Ansegiso distinguit; cum contra dux Ansegisus, S. Clodulphi frater et Pipini parens, simul Anschisus et Angisilus vocaretur. Occisus est A. D. 678. Vide Bouquet, tom. III, p. 206.

(24) *Carolus Tudites*, etc. *Martelli* cognomen, quod etiam *Tuditis* inviscare videtur, ipsi datum est in memoriam gravissimorum ictuum quibus hostes prælio cædebat.

(25) *Hic, paternæ... nomine*. Vide supra not. 16.

(26) *Reliquit filios duos*. Carlomanus, natu major Caroli Martelli filius, ipsi in Austrasia successit; Pipinus vero, qui erat natu minor, in Neustria, Burgundia et Provincia.

(27) *Tonsoratus est*, etc. Carlomanus possessionibus suis fratri Pipino relictis, in Italiam secessit,

apud Sanctum Dionysium in regem Francorum et patricium Romanorum coronatus est; nam imperatoribus Constantinopolitanis jam dudum a solita virtute degenerantibus, nec ullam Italiæ et Ecclesiæ Romanæ opem ferentibus, quæ multis annis tyrannidem Longobardorum suspiraverant, idem Papa injurias illorum potestati Francorum apploravit. Quapropter Pipinus, Alpibus transcensis, (30) Desiderium regem Longobardorum ita coarctavit ut ablata Romanæ Ecclesiæ restitueret, et, ne reciperet, sacramento firmaret. Franciam reversus, post aliquot annos (31) obiit, supersitibus (32) Karolo et Karlomanno (33). Karlomannus, post biennium, finem 100 habuit (34). Karolus, nomen Magni ab effectu sortitus, duplo quam pater habuerat regnum ampliavit; triginta et eo amplius annis simplici nomine regis fastigatus, et ab imperatoria appellatione, quamvis sæpe ab Adriano papa invitaretur, temperans. Verum, eodem apostolico defuncto, cum consanguinei ejus Leonem sanctissimum, qui successerat, plagis in ecclesia beati Petri affecissent, adeo (35) ut linguam mutilarent, et lumina terebrarent, Romam ad reformandum statum Ecclesiæ ire maturavit. Ibi in improbos ultionem executus tota hiene resedit; apostolicum, per Dei miraculum plane lo-

ubi monasterium condidit. Anno 747 monachus effectus est in monasterio montis Cassinensis, antequam 754 supremum diem obiit.

(28) *Pipinus... coronatus est*. Anno 752, Childerico III Merovingicæ stirpis rege ultimo, regimini impare declarato, Pipinus proclamatus est rex in generalibus Francorum comitiis, et a Bonifacio Moguntino episcopo primum consecratus, postea iterum a Stephano papa, A. D. 754.

(29) *Papa*. a. s. c. d. l. m., omitt. in e

(30) *Desiderium... ita coarctavit*. Aistolphus erat Longobardorum rex, non Desiderius, quem Pipinus ita coarctavit ut ablatas urbes sanctæ sedi restitueret. Defuncto Aistolpho, an. 756, Desiderius, dux Toscaniæ, proclamatus est rex Longobardiæ ultimus fuit indignorum principum, ejus scriptura et urbe regni capite in ditionem Caroli Magni, a quo devictus fuerat, an. 774 translatis.

(31) *Obiit*. Pipinus, primus secundæ stirpis regum Francorum, Brevis (*le Bref*) dictus ob sætate brevitate, et Crassus (*le Gros*) ob ejus obesitate, obiit die 24 Septembris an. 768, successoris primum habuit Carlomanum et Carolum, filios suos, quorum prior Austrasiam, posterior vero Neustriam, Burgundiam et Provinciam in partem hæreditatis accepit.

(32) *Superstitibus*. c. e., post *superstitibus*, a. d. l. m. legunt *liberis*, s. *hæreditibus liberis*.

(33) *Karlomannus*. Carlomanus obiit Samoeci in pago Laudunensi die 4 decembris, anno Domino 771.

(34) *Karolus*. Carolus, postea cognomine Magnus, defuncto fratre Carlomanno, integram monarchiam hæreditavit.

(35) *Ut linguam mutilarent*, etc. Defuncto Adriano papa, die 25 Decembris, A. D. 795, Leo III in ejus locum successor electus est, excluso Adriani nepote, qui, conductis sicariis suamum pontificem in processione adoriri et mutilare ausus est. Leonis mutilatio die 25 Aprilis an. D. 799 accidisse perhibetur.

quentem et videntem, proprio tribunali restituens. Inter has moras Quirites, collato cum præsule consilio, (36) die Natalis Domini (A. D. 800) Augustum inopinate acclamant. (37) Quod cognomen, licet invidius ut insuetum admisisset, postea tamen, anxiositate qua decebat contra imperatores Constantinopolitanos defendens, (38) Ludovico filio hæreditarium contradidit. Ex ejus genere regnare in illa **101** regione, quæ nunc proprie dicitur Francia, usque ad (39) Hugonem cognomento Capet, a quo descendit (40) modernum Ludovicum. Ex eadem progenie regnarunt in Alemannia et Italia usque ad annum Domini nongentesimum duodecesimum. Tunc enim quidem (41) Conradus, rex Teutonicorum, illud imperium arripuit. (42) Hujus nepos fuit Otto maximus, nihil prohibitis debens omnibus ante se imperatoribus, ita virtute et gratia mirabilis (43) hæreditatem imperii posteris reliquit suis; nam (44) modernus Henricus ex ejus sanguine lineam trahit.

§ 69. Sed, ut ad inchoatum revertar: Alwinus, licet in Francia a Karolo magno monasterio beati Martini prælatus esset, non inmemor compatriotarum, imperatorem in amicitia eorum continere, illos crebris epistolis ad bonum incitare. Dictorum ejus hic pleraque intexam, quibus palam fiat quam cito post obitum Bedæ in ejus etiam ecclesia studium librorum emarcuerit, et post mortem Egberti regnum Northanhimbrorum **102** propter perveritiam malorum morum pessum fecit.

§ 70. Ait (45) ergo ad (46) Wiorenses, apud quos Beda vixerat et obierat, ex obliquo fecisse arguens, quod ne faciant rogat: assuescant pueri astare laudibus superbi Regis, non vulpium fodere cavernas, non fugaces leporum sequi cursus; discant nunc

(36) *Die Natalis Domini*, etc. Carolus Magnus Occidentis imperator a summo pontifice Leone III, die Natalis Domini, ultimo octavi sæculi anno, coronatus est.

(37) *Quod cognomen*. a. s. c. d. l. m., quo cognito, e., post lituram et vocem *cognito* ad marginem habet.

(38) *Ludovico filio*. Obiit Carolus Magnus Aquigrani, die 28 Januarii, an. D. 814. Plures antiqui scriptores annum incipientes sive die 25 Martii, sive in die sancto Paschæ, ejus obitum anno 813 assignant. Successorem habuit Ludovicum, cognomento Pium, filium suum.

(39) *Hugonem cognomento Capet*. Caroli Magni genus defecit in Ludovico V, die 22 Junii 987, vita functo. Hugo Capetus, Hugonis Magni natus, electus est rex, Remisque inunctus die 3 Julii. Obiit die 24 Octobris A. D. 996.

(40) *Modernus Ludovicus*. Ludovicus VI, cognomento Crassus, patri suo Philippo I successit, Aurelianique inunctus est die 3 Aug. 1108. Obiit die 1 Aug. 1137.

(41) *Conradus*. Germanus Caroli Magni familiae ranius obitu Ludovici IV exstinctus est, die 24 Januarii 912, quando Germani in generalibus gentis consitiis, Conradum, Franconia comitem, imperatorem elegerunt. Obiit die 25 Decembris 918.

(42) *Hujus nepos fuit Otto maximus*. Otto Magnus non erat Conradi nepos. Imperator factus est an. 937, in locum defuncti patris suis Henrici, cognomento Aucupis, qui Ottonis, Saxoniae ducis, filius erat.

(43) *Hæreditatem*, etc. Exstincta Caroli Magni pro-

A scripturas sacras, ut ætate perfecta alios docere possint. (47) « *Recogitate nobilissimum* (48) nostri temporis magistrum Belam presbyterum, quale habuit in juventute discendi studium, qualem nunc habet inter homines laudem, et multo majorem apud Deum remunerationis gloriam. » Item ad Eboracenses: (49) « *Non pro auri avaritia, testis est mihi Cognitor cordis, Franciam veni, nec remansi in ea; sed ecclesiasticæ causæ necessitatis.* » Item ad Offam regem Merciorum: (50) « *Ego paratus eram cum muneribus Karoli regis ad vos venire, et patriam reverti; sed melius mihi visum est propter pacem gentis meæ in peregrinatione remanere, nesciens quid fecissem inter eos, inter quos nullus securus esse, vel in salubri consilio proficere potest. Ecce loca sancta a paganis vastata, altaria perjuriis scædata, monasteria adulteris violata, terra sanguine dominorum et principum scædata.* » Item ad Egelredum **103** regem, qui tertius post Egbertum regnavit: (51) « *Ecce ecclesia sancti Cuthberti sacerdotum Dei sanguine aspersa, omnibus spoliata ornamentis; locus cunctis in Britannia venerabilior paganis gentibus datur ad deprædandum; et ubi primum post discessum sancti Paulini ab Eboraco Christiana religio in nostra gente sumpsit exordium, ibi miseriæ et calamitatis cœpit initium. Quid significat pluvia sanguinis, quam quadragesimali tempore in Eboraca civitate, quæ caput totius regni est, in ecclesia beati (52) principis apostolorum vidimus, de borealibus, domus, sereno aere, de summitate (53) tecti minaciter cadere? Nonne potest putari a borealibus partibus venire sanguinem super terram? » Item (54) Osberto patricio Merciorum: « *Nostrum regnum Northanhimbrorum pene perit propter intestinas**

gentie, Occidentale imperium factum est electivum, (44) *Modernus Henricus*. a. e. l., post *Henricus*, d. m., legunt *rex*; s. c., *gener Henrici regis Angliæ*. — Henricus V coronatus est Germaniæ imperator, an. D. 1105. Uxorem duxit Maldam, Henrici I Angliæ regis filiam, die 7 Januarii, an. D. 1114, et Trajecti obiit die 25 Maii, an. D. 1125.

(45) *Ait*. a. s. c. d. l. m., *sit e.*

(46) *Wiorenses*. Jarrow monachi.

(47) *Recogitate... gloriam*. Vide Alcuini Opera, tom. I, pag. 22, epist. 13.

(48) *Nostri temporis magistrum*. Ex his verbis infert Canisius Alcuinum non fuisse Bedæ discipulum: « *Cur enim, inquit, laudem hanc Bedæ eripuit, eumque non magis suum quam sui temporis magistrum appellavit?* » Gravis est hæc objectio. Vide Alcuini epistolas ad Eanbaldum Eboracensem archiepiscopum, et ad Carolum Magnum, in quibus archiepiscopum Egberthum vocat *d. l. c. t. m. magistrum meum*. Vide supra § 65, col. 1019.

(49) *Non pro auri... necessitatis*. Epistolam de qua hunc locum excerpit Malmesburiensis, ignoravit editor Alcuini Operum, an. 1777.

(50) *Ego paratus... principum scædata*. Vide Alcuin. Op. tom. I, p. 57, epist. 42.

(51) *Ecce Ecclesia... super terram*. Vide Alcuin. Op., tom. I, p. 20, epist. 12.

(52) *Beati*. c. d. e. l. m., *beati Petri S.*

(53) *Summitate*. a. d. e. l. m., *summo, s. c.*

(54) *Osberto*. Excerptum epistolæ ad Osbertum, editum inter Alcuini Opera, ex Malmesburiensi Jesumptum.

dissensiones et fallaces jurationes. » Item ad Adalardum Cantuariensem archiepiscopum : (55) « Hoc dico (56) propter flagellum quod nuper accidit parvibus insula nostrae, quae prope trecentis et quadraginta annis a parentibus inhabitata est nostris. (57) Legitur in libro Gildæ sapientissimi Britonum, quod iidem Britones, propter avaritiam et rapinam principum, propter iniquitatem et injustitiam iudicium, propter desidiâ predicationis episcoporum propter **104** luxuriam et malos mores populi, patriam perdidere. Caveamus hæc eadem vitia nostris temporibus inolescere, quatenus benedictio divina nobis patriam conservet in prosperitate bona quam nobis Deus (58) sua misericordissima pietate perlonare (59) dignatus est. »

§ 71. Plautum, ut arbitror, factum est, quantam labem, quantam pestem, oblivio litterarum et lubrici mores perditorum hominum Angliæ invexerint : quæ verba, ad cautelam legentium posita, hunc in ista historia (60) locum habeant.

§ 72. (61) Egbertus itaque, fratris in religione æmulus, comamque tonsus, (62) Osulpho filio, illeque, post annum a civibus innocenter cæsus, (65) Molloni locum fecit; is, (64) undecim annis satis impigre regno functus, insidiis Alcredi occubuit. (65) Alcredus decimo regni, quod invaserat, anno cælere a provincialibus compulsus est. (66) Ethelbertus quoque, filius Mollonis, eorum consensu rex levatus, quinto anno ab eisdem expulsus est. Tunc rex (67) Alfwoldus acclamatus, post undecim annos perfidiam provincialium ingemuit, sine culpa trucidatus; quod et celebris apud Haugustaldum sepultura, et divina prætenderunt miracula. Et nepos suus, **105** filius Alhredi, (68) Osredus, succedens, vixque anno

(55) *Hoc dico... dignatus est.* Vide Alcuin. Op., tom. I, p. 15, epist. 9.

(56) *Propter flagellum.* Alcuinus probabiliter hic alludit ad Danorum vastationes, quæ an D. 795 cœperunt.

(57) *Legitur, etc.* Ipsissima verba ab Alcuino citata non invenire est, neque in *Historia*, neque in *Epistola Gildæ*, qualia nunc habemus hæc opera; sed Gildæ verba quibus alludere videtur Alcuinus dum causam ostendit calamitatum quæ in regione græsabantur, in §§ 27, 66, epistolæ occurrunt.

(58) *Deus. d. e. m., omitt. in a. s. c. l.*

(59) *Perlonare. a. d. e. l. m., donare, s. c.*

(60) *Historia. d. e. m., historiola. a. s. c. l.*

(61) *Egbertus.* Eadbertus abdicavit an. 758, et monachum induit. Obiit an. D. 768.

(62) *Osulpho.* Interfectus est Osulphus die 24 Julii 759.

(63) *Molloni.* Mollo, est Mullus Althelwaldus, Osulphi patris, electus est rex die 5 Aug. 759.

(64) *Undecim annis.* Mullus Athelwaldus ex Northanimbria expulsus est die 30 Octobris, A. D. 765, post completum, mense Augusto præcedenti, sextum regni sui annum; Sax. Chron. et Florent. Worcest. sex tantum annos regno ejus assignant.

(65) *Alcredus.* Alchredus e trono dejectus est an. D. 774.

(66) *Ethelbertus. a. s. c. d. e. l. m., quoque legit vel Adelredus in margine.* — Athelbertus, vel Athelredus, Mulli Athelwaldi natus, ab Alfwold pulsus est an. 779.

A emeuso expulsus, regnum Ethelberto, qui et Athelredus dictus est, evacuavit (69). Is filius Mollonis, qui etiam Athelwoldus vocabatur, fuit; regnumque post duodecim annos exilii recipiens, quatuor annis tenuit; quibus exactis, fatum superiorum efluere non valuit, (70) misere occisus. Quare offensi plures episcopi et optimates a patria fugere (71) : quidam merito plexum affirmant, quod (72) in occasione injusta Osredi consensum suum obligaverit, cui satisfacere potuerit quod principatu ejectus sedem illi restituerit. De hujus regni exordio Alcuinus in memorat : (73) « Benedictus Deus qui facit mirabilia solus ! Nuper Ethelredus filius Adelwoldi de carcere processit in solium, et de miseria in majestatem; cuius regni novitate detenti sumus ne veniremus ad vos. » De nece ita ad Offam regem Merciorum : (74)

« Sciat veneranda dilectio vestra, quod dominus rex Karolus amabiliter et fideliter sæpe locutus est mecum (75) de vobis, et in eo habetis fidelissimum amicum : ideo et vestræ dilectioni digna dirigit munera, et per episcopales sedes regni vestri. Similiter et Ethelredo regi et ad suas episcoporum sedes dicit direxit; sed heu, proh dolor ! donis datis, et epistolis in manus missorum, supervenit tristis legatio per missos, qui de Scotia per vos reversi sunt, **106** de infidelitate gentis et nece regis. Ita Karolus, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem illam, ut ait, perfidam et perversam, et homicidam dominorum suorum, pejorem eam paganus æstimans, ut, nisi ego intercessor essem pro ea, quidquid eis boni abstrahere potuisset, et mali machinari, jam fecisset. »

§ 73. (76) Post Ethelredum nullus ad regnum accedere ausus, dum quisque superiorum sibi casum ti-

(67) *Alfwaldus.* Alfwaldus occisus est die 25 Septembris, A. D. 789.

(68) *Osredus e regno suo pulsus est A. D. 790, et Athelberhtus restitutus post duodecim annorum exsilium.*

(69) *Evacuavit. s. d. e., vacuavit, c. l.*

(70) *Misere occisus.* Athelberht occisus est 19 April. an. D. 796.

(71) *Fugere. a. s. d. e. l. m., refugere, c.*

(72) *In occasione injusta Osredi consensum suum obligaverit.* Confer Simeonem Dunelmensem, A. D. 790-2.

D (73) *Benedictus Deus, etc.* Alcuini Operum editio (1777) invenire non potuit epistolam ex qua Malmesburiensis hæc excerptis. Vide Alcuini Opera, tom. I, p. 5, epist. 2.

(74) *Sciat veneranda. . . . jam fecisset.* Alcuin. Op. tom. I, p. 57, epist. 42.

(75) *Mecum. a. s. c. d. l. m., omitt. in e.*

(76) *Post Ethelredum, etc.* Defuncto Athelberhtio an. 796, Oswaldus vir inter Northanimbros nobilis locum in ejus, electus est : regnum tenuit viginti tantum septem dies, quando depositus Lindisfar-num confugit, ubi abbas factus est. Regni regnum tunc ad Eardulfum devolvitur, qui die 27 Maii inunctus est. Post paucos regni annos expulsus etiam est (A. D. 806); sed cura et ope Caroli Magni regno restituitur A. D. 808. Vide Simeonem Dunelmensem, col. 117, et Eginhardi Annales, in Pithææ, tom. II, p. 5.

meret, et otio inglorio tutus victitare, quam ancipiti discrimine pendulus regnare, mallet: plerosque enim regum Northanhimbrorum familiari pene exitio vitam exisse. Ita cessante rectore per triginta tres annos, provincia (77) risui et prædæ finitimis fuit. Siquidem ubi Dani, quos ex verbis Alcwini loca sanctorum populosos fuisse supra ostendimus, domum regressi, cæteris insulæ copiam habitatorumque ignaviam nunciarunt; barbari, raptim copioseque insulam petentes, illas in (78) id tempus partes occupavere. Nam et regem multis annis habuere proprium, qui tamen ad regis West-Saxonum spectaret arbitrium; transactis enim illis triginta tribus annis, hanc etiam regionem cum cæteris obtinuit rex (79) Egbertus, anno Dominicæ incarnationis octingentesimo vicesimo septimo, regni sui vicesimo octavo: cujus quia tempus attingimus, jam **107** nunc promissionis nostræ recordati, de regno Merciorum pauca subjiciemus; quia et placet nobis dicendi parcimonia, et non arridet multa dicendorum materia.

INCIPIIT DE REGNO MERCIORUM.

§ 74. Anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo vicesimo sexto, post mortem Hengistii anno centesimo tricesimo nono, (80) Penda quidam, filius Pibbæ, a Wodenio decimus, stirpe inclytus, belis industrius, idemque fanaticus et impius, apud Mercios regis nomen præsumpsit, cum jam quinquagenarius frequentibus contra finitimos excursionibus nutrisset audaciam. Itaque arrepto regno æger quiete animus, et qui nesciret quantum scelus esset sociali vincere bello, urbes proximas quater, compatriotarum fines regum inequitare (81), prorsus magno tumultu et terrore agere. Quid enim non auderet, qui lumina Britannicæ (82) Edwinum et (83) Oswaldum, reges Northanhimbrorum, (84) Sigebertum, (85) Egricum, (86) Annam, reges Orientalium Anglorum, in quibus generis claritas et vitæ sanctitas conquadrabant, temeritate nefaria extinxit? Chedwallchium quoque West-Saxonum regem, bello his

A terque lacessitum, (87) in exilium compulsi; quamvis ille merito perfidiæ culpam luerit, qua in Deum, fidem illius abnegando, **108** et in ipsum Pendam, (88) sororem ejus repudiando, peccaverat. Jam vero onerosum dictu est quod omnibus occasionibus cædium inhians, et velut corvus ad nidorem eadiveris advolans, (89) ultro (90) Chedwallæ in auxilium accurreret, et ad recuperandum regnum magno emolumento fuerit. Ita per triginta annos in cognatum grassatus, nihil adversus exteras gentes memorandum commisit. Sed invenit tandem effrenis cupiditas (91) idoneum meritis finem (A. D. 655); siquidem ab Oswio, qui Oswaldo fratri successerat, magis per Dei virtutem quam per manum militarem cum auxiliis susus, (92) infernalium animarum numerum auxit. Habuit ex regina (93) Kneswitha filios, (94) Wedam, Wulferium, Ethelredum, Merewaldum, Mercelinum; filias duas (95) Kineburgam et Kineswitham, ambas sancta continentia præcellentes. Ita parens, perpetuo in Deum rebellis, sanctissimos cælo fructus effudit.

§ 75. Successit illi in parte regni Weda filius (A. D. 656), Oswii dono Australibus Mercii prælatus: strenuus ephæbus, et ejusdem Oswii, etiam patre vivente, (96) gener, nam filiam ejus ea conditione acceperat, ut Christianitatem amplectens idolis **109** abrenunciaret: cujus fidei participem provinciam suam, arridente regni serenitate, socero suffragante, facere procurasset, nisi tam læta principia mors, per insidias uxoris, ut dicitur, festinata, succideret. (97) Tunc regnum Oswius suscepit, quod sibi, et victoriæ in patrem, et affinitatis jure in filium, competere videbatur. Sed animositas provincialium (98) non ultra triennium potuit ferre regnantem; expulsis enim ejus ducibus, (99) Wulferoque Penda filio in omni regni acclamato, libertate receptit.

§ 76. Wulferus, ne spem civium falleret, seculo satagere, magnis et animi et corporis viribus, utilem

(77) *Provincia. d. e. m., provincia illa, a. s. c. l.*

(78) *In d. e. m., usque in, a. s. c. l.*

(79) *Egbertus, etc. Vide not. 5.*

(80) *Penda, etc. Densis tenebris obvolvitur primæva Merciorum historia. Henricus Huntingdoniensis Cridam habet hujus regni conditorem circa an. 584. Obiit Crida an. 600, eique successit Wibba, qui an. D. 610 mortuus est. Ceorlus fuit primus ejus successor, cui Penda successit an. D. 626.*

(81) *Inequitare. e. c. l., inquietare, s. d.*

(82) *Edwinum. Vide not. 56 § 48.*

(83) *Oswaldum. Vide not. 76 § 49.*

(84) *Sigebertum. Sigibertus occisus est, an. D. 635.*

(85) *Egricum. s. c. e., Egfridum, a. d. l. m. — Egricus occisus est an. D. 635.*

(86) *Annam. Anna occisus est an. D. 654.*

(87) *In exilium compulsi. Vide not. 15 § 19.*

(88) *Sororem ejus repudiando. Vide supra § 10; Bedam, lib. III, c. 7, § 169.*

(89) *Ultro. s. c. d. e., omitt. in a. l.*

(90) *Chedwallæ. Penda Cedwallæ Britonum regis conjunctus, Eadwinum Northanhimbrorum regem devicit Hatfeldi, die 12 Octobris, an. D. 635. Vide not.*

56 § 48.

(91) *Cupiditas. a. s. c. d. l., cupiditas vel temeritas c.*

(92) *Infernalium animarum numerum auxit. Vide not. 97, § 50.*

(93) *Kneswitha. Vide Bedam, lib. III, c. 24, et Smith notam in Cynuisse.*

(94) *Wedam. Penda filius et successor, in Beda Saxonice Chronicis et aliis auctoritatibus, Penda vocatur. Ad regnum meridionalium Merciorum erectus est a consanguine suo Oswio, an. D. 656, et occisus anno sequenti verno tempore.*

(95) *Duas. a. s. c. d. l., suas e.*

(96) *Gener. Penda uxorem duxit Alchfledam, spuriam Oswii filiam, cujus oculis artibus proditus est an. D. 657.*

(97) *Tunc regnum Oswius suscepit. Devicto Penda Merciorum regnum in manus Oswii victoris transiit; cujus regni partem Penda concessit, quo mortuo, ad ipsum reversa est.*

(98) *Non ultra triennium. Vide Bedam, lib. III, c. 24, § 224.*

(99) *Wulferoque. Pulso ex Mercia Oswio, hujus regno successit Wulferus, an. D. 657.*

se principem ostentare : denique Christianitatem A
vix in regno suo palpitantem, et per fratrem initia-
tam, favore suo enixissime juit. Primis fere annis
a rege West-Saxonum graviter afflicto, (100) se-
quentibus consilii vivacitate injuriam propulsans,
etiam ipsum Wehtæ insulae dominio mutilavit; eam-
demque, ritus sacrilegos adhuc anhelantem, ad
rectum tramitem inflectens, non multo post regi
Australium Saxonum Ethelwalkio, quem in baptismo
susceperat, gratia fidei dedit. Verum enimvero hæc,
et quæcunque ejus bona, insicit et deprimit gravis
simonæ nota, quod primus regum Anglorum sacrum
episcopatum Londoniæ (1) cuidam Winæ ambizioso
vendidit. Habuit in matrimonio filiam Ercomberti,
110 regis Cantuariorum, Ermenhidam; et ex ea genuit
Kenredum, et Waraburgam, virginem sanctissimam, B
quæ Cestræ jacet. Frater ejus, Merewaldus, Ermen-
burgam, filiam Ermenderi fratris ejusdem Ercom-
berti, uxorem habuit : suscepitque ex ea filias,
Milburgam, quæ Weneloc, et Mildritham, quæ Cantix
in monasterio Sancti Augustini, requiescunt, et Mil-
drithum; et filium Mercinum. Kinburgam, Pendæ
filiam, Alfridus rex Northanhimbrorum dixit ux-
orem; quæ postmodum, carnali copula fastidita,
sanctimonialem habitum suscepit in monasterio
quod fratres sui Wulferus et Æthelredus con-
struxerant.

§ 77. Wulfero post (2) decem et novem annos de-
functo, regnavit frater ejus (3) Ethelredus, animi
religione, quam pugnandi exercitatione, celebrior :
denique, una et ipsa illustri (4) expeditione in Can-
tiam contentus ostendisse virtutem, reliqua vita
otio inseruit; nisi quod (5) regem Northimbrom-
rum Egfridum, metas regni transilientem, pugna
adortus, domum redire admonuerit, Elwino fratre
caso (A. D. 679). (6) Hanc sane cædem propensiori

(100) *Sequentibus*, etc. Wulferus Cynewealum, West-Sexæ regem devicit an. D. 661, incultamque Wehtam (Wight) Æthilwalo, South-Sexæ cujus sponsor in baptismo fuerat, concessit. (Sax. Chron. A. D. 661).

(1) *Cuidam Winæ*. Wini aut Wina, Vintoniensis episcopus, sua sede avulsus est A. D. 666; eodemque anno Londinensem episc. sedem a rege Wulfero emit. Vide Bedam, lib. iii, c. 7, § 170.

(2) *Decem et novem. a. s. c. e. l., viginti d. m.* — Juxta Bedam (lib. v, c. 24, § 452.), Wulferus obiit an. D. 675, post septemdecim regni annos.

(3) *Ethelredus*. Ethelredus fratri successit a. D. 675.

(4) *Expeditione in Cantiam*. Æthilredus Cantiam depopulatus est an. 676. (Beda, lib. v, c. 24, § 452, et Sax. Chron. A. D. 676).

(5) *Regem Northanhimbrorum Egfridum... Elwino fratre, caso*. Vide not. 12, § 51.

(6) *Hanc sane cædem... redemit*. Id est, *weregild* solvit, quod erat pecuniaria mulcta pro caso homine, cujus media pars ad publicam gazam, altera vero ad occisi propinquo pertinebat. *Weregild* cujusque homines, a principe ad servum, lege statutum erat. Legalis compensatio regi sui a Cantuaritis soluta pro Mulli vel Mollonis cæde non minoris pretii fuit, juxta Saxonica Chronica, quam triginta millia librarum Anglicarum. Vide not. 26, § 35.

(7) *Regni anno tricesimo*, etc. Æthilredus, abdicato

consilio, beato Theodoro archiepiscopo 111 salu-
te, congestis pecuniæ talentis apud Egfridum redemit.
Post hæc, (7) regni anno tricesimo in Bardonia
regulariter tonsus, primo in monachum, mox in
abbatem, alteratus est. Hic est qui, contemporaneus
hæc regis West-Saxonum, (8) privilegium quod
sanctus Aldelmus a Soma, ut prædiximus, at-
tulit, sua quoque auctoritate roboravit. Regis
ejusdem Northanhimbrorum Egfridi Ostgidam so-
rorem habuit uxorem, ex qua filium Ceolredum
suscepit.

§ 78. Statuit sibi successorem Kenredum (A. D. 704), filium fratris Wulferi, qui pietate in Deum, probitate in patriam, perinsignis, magna morum sinceritate vitam cucurrit, (9) quintoque regni anno Romam ire pergens, reliquum temporis illic religiose complevit, maxime miserando exitu militis compunctus; qui, (10) ut Beda refert, cum confiteri scelera sua sanus superbisset, in mortis janua constitutus, aperte vidit demones auctores ad supplicia, quibus animam indulserat blandientibus ad scelera.

§ 79. Post illum regnavit (11) Chelredus, patri sui Eitelredi filius, sicut virtute contra (12) Inam mirabilis, ita immatura morte miserabilis; siquidem, non (13) octo annos regno satisfaciens, Lichefeldæ conditus est, relicto (14) Ethelbaldo hærede, 112 pronepote Pendæ ex Alwio fratre. Hic alta pace et multo tempore, id est, quadraginta uno annis, rerum perfunctus, et novissime (15) a subjectis occisus, fortunæ rotam volvit : auctor necis ejus (16) Bernredus nihil memorandum dedit, nisi quod, mox ab Offa necatus, dignum finem insidiarum tulit. Huic Ethelbaldo (17) Bonifacius archiepiscopus Mogontiacensis, natione Anglus, qui postea martyrio

regno, monasticam vitam ingressus est Barby, an. D. 704, cujus in locum successit nepos Coenredus, vel Chenredus.

(8) *Privilegium quod sanctus Aldelmus a Roma, ut prædiximus attulit*. Vide supra not. 33, § 31.

(9) *Quintoque regni anno Romam ire pergens*. Coenrædi abdicatio et ad Romam peregrinatio an. D. 709 ascribuntur.

(10) *Ut Beda refert*. Beda, Hist. eccles. lib. v, c. 13.

(11) *Chelredus*. Filius Æthelredi cognato suo successit an. D. 709. (Beda, lib. v, c. 19, § 612.)

(12) *Inam*. s. c. e., *viam*, a. l., *vitia*, d. m.

(13) *Octo. e., ultra octo*, a. s. c. d. l. — Ceolredus obiit an. D. 716. Beda, lib. v, c. 24, § 452.)

(14) *Ethelbaldo... Alwio fratre*. Ethelbaldo thronum conscendit a. D. 716. In Sax. Chron. Alwii filius dicitur.

(15) *A subjectis occisus*. Æthilbaldus casus est Seckington in Warwickshire, an. D. 757, a Beornrædo qui hoc patrato scelere, regnum usurpavit.

(16) *Bernredus*. Beornrædus throno dejectus et occisus ab Offa est, an. D. 757.

(17) *Bonifacius*, etc. Bonifacius, cujus originale nomen Winfrith, Moguntinus archiepiscopus et Germanorum apostolus denominatus, martyrium subivit in Frisia, die 5 Junii, an. D. 755. Suan monitoriam epistolam ad Æthilbaldum misit an. 745.

coronatus est, misit epistolam, (18) *cujus hic partem subdam*, ut videatur quam libere arguat vitia jam in gente Anglorum inolevisse, quæ Alwinus timebat ventura esse. Simul et erit documentum ingens, in ostensis mortibus quorundam regum, quam districte Deus reos puniat, quos diu librata ira expectat.

§ 80. « Domino carissimo, et in Christi amore cæteris regibus Anglorum præferendo, Ethelbaldo, Bonifacius archiepiscopus, legatus Germanicus Romanæ ecclesiæ, perpetuam in Christo caritatis salutem. Confitemur coram Deo, quia, quando prosperitatem vestram et fidem et bona opera audimus, lætamur; (19) quando aliquid adversum, vel in eventum bellorum, vel de periculo animarum, de vobis cognoscimus, tristamur. Audivimus enim quod, elemosinis intentus, furta et rapinas prohibes, et pacem diligis, et defensor viduarum et pauperum es; et inde Deo gratias **113** agimus. Quod vero legitimum matrimonium spernis, si pro castitate faceres, *esset* laudabile: sed quia in luxuria et in adulterio etiam cum sanctimonialibus volutaris, est vituperabile et damnabile; nam et famam gloriæ vestræ coram Deo et hominibus confundit, et inter idololatrias constituit, quia templum Dei violasti. Quapropter, fili carissime, pœnite (20) et memorare quam turpe sit, ut tu, qui multis gentibus dono Dei dominaris, ad injuriam ejus sis libidinis servus. Audivimus præterea quod optimates pene omnes gentis Merciorum tuo exemplo legitimas uxores deserant, et adulteras et sanctimoniales constuprent; quod, quam sit peregrinum ab honestate, doceat vos alienæ gentis institutio: nam in antiqua Saxonia, ubi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo, vel maritata sub conjuge, fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant, et supra fossam sepultæ corruptorem suspendunt; aut, cingulo tenus vestibus abscissis, flagellant eam castæ matronæ et cunctellis pungunt, et de villa in villam missæ occurrunt novæ flagellatrices, donec interimant. Insuper et (21) Winedi, quod est fœdissimum genus hominum, hunc habent morem; ut mulier, viro mortuo, se in rogo cremati pariter arsura præcipitet. Si ergo gentiles, Deum ignorantes, tantum zelum castimonie habent, quid tibi convenit, illi carissime, qui Christianus et rex es? Parce ergo animæ tuæ; parce multitudini populi tuo pereuntis exemplo, de quorum animabus redditurus es rationem. Attende et illud: quod si gens Anglorum, sicut **114** in Francia et Italia, et ab ipsis paganis nobis impropertur, sprete legitimis matrimoniis per adulteria defluit,

(18) *Cujus hic partem subdam.* Hæc epistola integra exstat in Wilkins's *Concil.*, vol. I, p. 87, et in *Spelm. Conc.*, vol. I, p. 252.

(19) *Quando d. e. m., quando autem, a. s. c. l.*

(20) *Pœnite. a. c. e. l., pœniteat te, s., pœnitere, d. m.*

(21) *Winedi.* Winedi juxta Vistulam, prope Balticum mare debebant. Cod. Cæsar. pariter legit

nascitura ex tali commixtione sit gens ignava et Dei contemptrix, quæ perditis moribus patriam pessundet; sicut Burgundionibus et Provincialibus et Hispanis contigit, quos Saraceni multis annis infestaverunt propter peccata præterita. Præterea nunciatum est nobis, quod, multa privilegia ecclesiarum et monasteriorum auferens, ad hoc audendum duces tuo (22) exemplo provocet. Sed recogita, quæso, quam terribilem vindictam Deus in antérieures reges exercuit ejus culpæ conscios, quam in te arguimus. Nam Chelredum prædecessorem (23), stupratorem sanctimonialium, et ecclesiasticorum privilegiorum fractorem, splendide cum suis comitibus epulantem spiritus malignus arripuit; et sine confessione et viatico, cum diabolo sermocinanti, et legem Dei detestanti, animam extorsit. Osredum quoque, regem Deirorum et Bernictorum, eandem culparum reum, ita effrænem egit, ut regnum et juvenilem ætatem contemptibili morte amitteret. (24) Karolus quoque, princeps Francorum, monasteriorum multorum evorsor, et ecclesiasticorum pecuniarum in usus proprios commutator, longa torsione et verenda morte consumptus est (25).

§ 81. « Quapropter, fili carissime, paternis et subnixis precibus deprecamur ut non despicias consilium patrum tuorum, qui pro Dei amore celsitudinem tuam appellare satagunt. Nihil enim bono regi salubrius quam si talia commissa, cum arguuntur, libenter emendentur; quia per Salomonem dicitur. (26) « Qui diligit disciplinam, diligit **115** « sapientiam. » Ideo, fili carissime, ostendentes consilium justum, contestamur et obsecramus per viventem Deum, et per Filium ejus Jesum Christum, et per Spiritum sanctum, ut recorderis quam fugitiva sit vita præsens et quam brevis, et quam momentanea delectatio spurcæ carnis, et quam ignominiosum sit ut brevis vitæ homo mala exempla in perpetuum posteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere, et præteritos errores juventutis corrigere, ut hic coram hominibus laudem habeas, et in futuro æterna gloria gaudeas. Valere celsitudinem tuam, et in bonis moribus proficere, optamus. »

§ 82. Hujus epistolæ competentes particulas huic libello pro rerum notitia insui, partim auctoris verbis, partim meis, longas sententias, ut videbatur, abbrevians: cujus facti non injuste veniam paciscar, quia ad historię ordinem festinantibus velocitate dictionis consulendum erat. Porro misit idem

Winedi; at Wilkins, apud Persas.

(22) *Tuo. d. c. m., tuos, a. s. c. l.*

(23) *Prædecessorem. c. d. e. m., prædecessorem tuum, a. s. l.*

(24) *Karolus. Martellus.*

(25) *Consumptus est. e., post est, a. s. c. d. l. legunt: Et infra.*

(26) *Qui diligit. Prov. xii, 1.*

Bonifacius (27) Cuthberto archiepiscopo ejusdem tenoris epistolam, hoc adjiciens, ut clericos et sanctimoniales de tenuitate et pompa vestium argueret. Præterea, ne miraretur quod alienum negotium ageret, cum sua nihil interesset quomodo et quibus moribus Anglorum gens viveret, sciret se a Gregorio papa tertio sacramento astrictum ne conterminarum gentium mores apostolicæ notitiæ subtraheret; quapropter, blandis admonitionibus non succedentibus, acturum se ne hujusmodi vitia papam laterent. Sane de tenuitate vestium clericalium (28) Alcuinus Adelardum archiepiscopum, successorem Cuthberti, oblique castigat, **116** monens, ut cum Romam vadens Karolum magnum imperatorem, nepotem Karoli de quo superius Bonifacius locutus est, visitaret, non adduceret clericos vel monachos versicoloribus et pompaticis vestibus indutos, quod non solerent Francorum clerici nisi religiosis vestibus amirari.

§ 83. Nec inanes esse potuere tanti viri epistolæ, quas ille legationis suæ, et (29) compatriotarum amoris intuitu, vigilatis sensibus emittebat. Namque et Cuthbertus archiepiscopus et rex Ethelbaldu concilium coegere, emendaturi superflua quæ ille inerepasset. (30) Cujus synodi actionem, multo gyro verborum volutam, nunc supersedeo intexere, quia, ut opinor, convenientius (31) alium laboris nostri locum occupabit (32), cum ad recensioem (33) episcoporum ventum fuerit; sed quia regum res in manu habemus, scriptum Ethelbaldi, devotionis ejus index, (34) quod in eodem concilio factum est, subnectam :

§ 84. (35) Plerumque contingere solet, pro incerta temporum vicissitudine, ut ea quæ multarum fidelium personarum testimonio consilioque **117** roborata fuerint, fraudulenter per contumaciam plurimorum, et machinamenta simulationis, sine ulla consideratione rationis, periculose dissipentur; nisi

(27) Cuthberto, etc. Epistola ad Cuthbertum, Cantuaritanum archiepiscopum, edita est in Wilkins's *Concil.* vol. 1, p. 90; et in Spelm. *Conc.* vol. 1, p. 237.

(28) Alcuinus. Vide Alcuin. *Op.* tom. 1, p. 84, epist. 63, not.

(29) *Suæ, et. s. c. d. e.*; post *suæ, a. legit. memor.*, omit. *et*; l. omit. *et post suæ.*

(30) Cujus synodi actionem. Vide Wilkins's *concil.*, vol. 1, p. 94. Malmesburiensis (*De gestis pontif.*) hanc synodum in anno 747 collocat; MS. Florentii Worcester. (in *Corporis-Christi colleg.*, Oxoni) in anno 748. Regis Ethelbaldi charta, quam in hac synodo concessam dicit Malmesburiensis, an. inscribitur 749, tricesimo tertio Ethelbaldi regni. Si igitur Clofesho synodus anno 747 habita sit, ut fide digniores auctores affirmant, Ethelbaldi charta, quæ insuper Godmundeslaech data inscribitur, in hac synodo concedi non potuit. Ethelbaldus confirmavit privilegium Wihtraedi Cantuariensis in concilio Clofesho habito a. d. 752, quo in errorem induci potuit Malmesburiensis.

(31) Alium laboris nostri locum. Vide Malmes. *De gestis pontific.* lib. 1; *De archiepiscopis Doroburniensibus. Script. post Bedam*, Lond. 1596. p. 112.

A auctoritate literarum, et testamento chirographorum, æternæ memoriæ inserta sint. Quapropter ego Ethelbaldu, rex Merciorum, pro amore cælestis patriæ, et remedio animæ meæ, studendum esse providi (36) ut eam per bona opéra liberam efficerem ab omni vinculo peccatorum (37). Dum enim mihi omnipotens Deus per misericordiam clementiæ suæ, absque ullo antecedente merito, supra regiminis largitus est, ideo libenter ei ex eo quod dedit retribuio. Hujus rei gratia hanc (38) donationem me vivente concedo, ut omnia monasteria et ecclesiæ regni mei a publicis vectigalibus, et operibus, et oneribus, absolvantur; nisi instructionibus arcium vel pontium, quæ nulli unquam relaxari possunt. Præterea habeant famuli Dei (39) propriam libertatem in fructibus sylvarum et agrorum, et in captura piscium; nec munuscula vel regi vel principibus præbeant, nisi voluntaria; sed liberi Deo serviant, et cætera.

§ 83. Bonifacio successit (40) Lullus, et ipse natione Anglus, de cujus sanctitate et vita (41) beatus (42) Goaris loquitur, et hi versus, quos jam inde a pueritia memini me audisse, protestantur :

*Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus :
Pollens divina, tribuente Deo, medicina
Occurrit morbis, ut totus prædicat orbis.*

118 § 86. Veruntamen, ut historiam repetam, successit Ethelbaldo (43) Offa, quinto genu Peade abnepos, vir ingentis animi, et quia quæ mente concepisset efficere proponeret, regnavitque anno uno minus quadraginta. Hujus gesta cum considero, animus hæret in dubio utrum probem an improbem. Ita in uno eodemque homine modo virtutibus et vitia palliabant, modo virtutes vitis succedebant, ut ambigeres

Quo teneres nodo mutantem Protea vultus (44). Singulorum documenta sermo percurrat. (45) Cum rege West-Saxonum Kinewulfo aperto Marte con-

(32) Occupabit. e., occupabunt, a. s. d. l., obinebunt c.

(33) Recensionem. s. c., recensionem, d. e. l.

(34) Quod in eodem concilio factum est. Vide supra, not. 30.

(35) Plerumque Deo serviant. Ethelbaldi charta, de qua hæc excerpta sunt, edita est integra in *cod. dipl. avi Saxon.* tom. 1, p. 119, n. XCIX.

(36) Providi. d. e. m., prævidi, a. s. c. l.

(37) Peccatorum. s. c. d. e., delictorum, a. l.

(38) Hanc. s. c. d. e., omitt. in a. l.

(39) Dei. s. c. d. e., omitt. in a. l.

(40) Lullus. Lullus in sedem Moguntinam ab ipso Bonifacio ipsius successor designatus est a. d. 755.

(41) Et vita. c. d. e. m., in vita, a. l.

(42) Goaris. c. d. l. m., post Goaris a. legit scriptor. Vide Vitam S. Goaris, *Act. SS. ord. S. Bened. sæc. 11*, p. 276.

(43) Offa. Expulso Beorurædo Offa, ex consensu omnium, regno successit, a. d. 757.

(44) Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? (Hor. lib. 1, Ep. 1, lin. 90.)

(45) Cum rege West-Saxonum Kinewulfo. Vide § 42, not. 81.

gressus (A. D. 777) palinam leviter obtinuit, quamvis esset ille bellator non ignobilis. Idem, cum magis sibi dolo aestimaret successurum, (46) regem Ethelbrihtum, magnarum promissionum lenociniis ad se accitum, et intra palatium suum fraudulentis assentationibus delinitum, inopinate capite spoliari fecit, regnumque Orientalium Anglorum, quod ille tenuerat, indebite pervasit.

§ 87. (47) Reliquias beati Albani, ad illud tempus obscure reconditas, et reverenter elevari, et in scrinio, quantum regia magnanimitas poterat, gemmis et auro decorata componi præcepit; basilica pulcherrimi operis ibi ædificata, et monachorum congregatione adunata. Idemque in Deum pervicax, (48) sedem archiepiscopatus, olim **119** Cantuarie fundatam, in Lichefeldam transferre conatus est, invidens scilicet Cantuariis archiepiscopatus fastigium. Quapropter Lanbrihtum archiepiscopum, multis sudoribus fatigatum, crebraque sedis apostolicæ et nova et vetera edicta proferentem, tandem omnium prædiorum quæ intra terminos suos erant, et episcopatuum ditione, privavit. Per Adrianum igitur apostolicum, quem verisimilibus assertionibus diu fatigaverat, (sicut occupatis animis multa illicita subtrahi et subripi possunt,) obtinuit ut archiepiscopatus Merciorum apud Lichefeldam esset (A. D. 790), omnesque pontifices Merciorum provinciæ illi subicerentur, quorum hæc fuere nomina; Denebertus Wigornensis episcopus, Werenbertus Legacestrensis; et episcopi Orientalium Anglorum, Albeard Helmanensis, Tūfrod Dammucensis; vocabatur autem episcopus Lichefeldensis Aldulfus. Remanserunt vero archiepiscopo Cantuariensi episcopi quatuor; Londoniensis, Wintoniensis, Rofensis, Selesiensis. Horum episcopatuum quidam adhuc manent, quidam alias translati (49), quidam venali ambitu alteris uniti; nam Legacestrensis, et Sidnacesrensis, et Dammucensis (incertum quò eventu) hodie non extant. Nec porro in his rapacitas Offæ stetit, sed multarum ecclesiarum, inter quæ Malmesbiriensis, prædia publicis expilator abrasit: sed non diu canonicas regulas hæc temeravit iniquitas; namque mox successor Offæ Kenulfus, nulli ante se regi potentia vel religione **120** impar, missa Leoni

A Adriani successori epistola, Æthelardum successorem Lanbrihti in pristinam dignitatem sublevavit; unde Albinus (50) in epistola ad eundem Æthelardum: « (51) Audita prosperitate itineris vestri, et reversionis in patriam, et quomodo ab apostolico suscepti fuistis, toto cordis affectu gratias egi Domino Deo nostro, qui magno clementiæ dono prospero itinere vestram viam direxit, et dedit vobis gratiam in conspectu apostolici, voti que compotem redire in patriam concessit, et (52) primi doctoris nostri sacratissimam sedem ad pristinam dignitatem per te iterum exaltare dignatus est. » Regalis igitur epistolæ partem, simul et pontificalis, apponere dignum reor, quamvis anticipare temporum seriem videar; sed ideo hoc faciam, quia difficilius B contexto interrupta, quam absolve instituta.

§ 88. « (53) Domino beatissimo et vere amantissimo (54) Leoni, sanctæ et apostolicæ sedis Romanæ pontifici, Kenulfus gratia Dei rex Merciorum, cum episcopis, ducibus, et omni sub nostra ditione dignitatis gradu, sincerissimæ dilectionis in Christo salutem. Gratias omnipotenti Deo semper agimus, qui ecclesiam, suo pretioso sanguine adquisitam, inter diversas mundi hujus procellas, novis semper, prioribus ad vitam sumptis, suscitit ducibus ad portum salutis attrahere, eamque nova luce infundere, quatenus nullo sit tenebrarum errore fuscata; sed viam veritatis inoffenso pede **121** gradiatur: unde merito omnis per orbem exultat ecclesia, quia cum omnium verus Remunerator bonorum gloriosissimum gregis sui pastorem Adrianum perpetuo remunerandum super æthera duxisset, suis tamen ovibus pia erexit providentia prævium, qui scit ovile Dominicum ad caulas non inferius vitæ agitare. Nos quoque merito, quos extremis orbis tenet, eodem modo præ cæteris gloriamur, quia illius sublimitas nostra salus est, illius prosperitas nobis perennis exultatio; quia unde tibi apostolica dignitas, inde nobis fidei veritas innotuit: quapropter opportunum arbitror tuis sanctis iussionibus aurem obedientiæ nostræ humiliter inclinari, et quæ tuæ pietati rite nobis sequenda videantur toto visu implenda; quæ vero rationi contrario deprehensa fuerint citius declinanda, ac interim a nobis omnimodis (55) reseranda. Sed modo ego Kenulfus, gratia Dei rex, ex-

etiam Florent. Wigorn., anno 785, et Vit. Offæ, p. 21.

(49) *Quidam alias translati.* a. s. c. d. l. m., omitt. in e.

(50) *Albinus.* a. d. e. l., *Alcuinus*, s. c. Vide § 65, not. 99.

(51) *Audita prosperitate... dignatus est.* Vide Alcuin. Op., tom. I, p. 84, epist. 63.

(52) *Primi doctoris nostri.* S. Augustini, archiep. Cantuar.

(53) *Domino beatissimo, etc.* Hanc epist. edidit. Wilkins, *Concilia*, vol. I, p. 163, ex Malmesbur.

(54) *Leoni.* Leo III., electus papa 26 Dec. 795, obiit 11 Junii 816. Vide § 68 not. 33.

(55) *Omnimodis.* a: e: d. l. m.; *omnimo. lo*, s. 3 *omnimode* e.

(46) *Règem Ethelbrihtum... capite spoliari jecti.* Æthelberhtus, Orientalium Anglorum rex, jussu Offæ interfectus est. a. d. 793.

(47) *Reliquias B. Albani.* Anno 793, monasterium ædificare cepit Offa in honorem S. Albani, cujus reliquias illic locandas curavit, quingentos et septem annos post ejus obitum. Vide Vitam Offæ, editioni Matthæi Paris annexam. Lond. 1640.

(48) *Sedem archiepiscopatus, etc.* Nondum defuncto Jaenberhto, sive ut sæpe falso vocatur *Lamberto*, Cantuaritarum archiepiscopo, a. d. 791, rex Offa, ex Adriani papæ auctoritate, Lichefeldam in archiepiscopalem sedem erexit. Jaenberthum inter et Offam de hac re contentio anno probabiliter 785 exsurrexit, siquidem juxta Saxonica Chronica hoc anno aliqua suæ sedis parte spoliatus est. Vide

cellentiam tuam humilis exoro, ut te sine offensione A
 animi vestri, de profectu nostro, ut optamus, liceat
 alloqui, quatenus nie in gremium pietatis tuæ tran-
 quilla pace percipias, et quem meritorum nulla fa-
 cultas erigit, larga benedictionis tuæ ubertas ad
 plebem suam regendam locupletet; ut una mecum
 gentem, quam vestra apostolica auctoritas fidei ru-
 dimentis imbuit, per intercessionem tuam contra
 impetus exterorum Omnipotens erigat, et per se
 regnum, quod ipse Deus dedit nobis, dilatare digne-
 tur. Hanc benedictionem omnes, qui ante me sce-
 ptro præfuerunt Merciorum, meruerunt ab antecesso-
 ribus tuis adipisci; hanc ipse humilis peto, et a
 vobis (o sanctissimi!) impetrare cupio, quatenus in
 primis adoptionis sorte me tibi filium suscipias, B
 sicuti te in patris persona diligo, et totis obedientiæ
 viribus semper amplector. Decet enim inter
 tantas personas fides sancta servari, et inviolata
 caritas custodiri; quia paterna pietas filiorum felici-
 tas in Deo esse credenda est, (56) secundum illud
 Ezechiae, « Pater filiis notam faciet veritatem tuam,
 Domine. » In quibus verbis te (amande genitor)
 imploro, ut filio tuo, tam si indigno, veritatem Do-
 mini tuis verbis sacrosanctis notam facere non
 deneges, ut per tuam sanam eruditionem, Deo ad-
 juvante, ad melioris vitæ propositum merear per-
 venire. Quin etiam, dulcissime, cum omnibus epi-
 scopis nostris, et cujuscunque apud nos dignitatis
 persona, deprecor uti nobis de multimodis inquisi-
 tionibus, super quibus maximam subtilitatem vestram
 dignum duximus perquirere, benigne respondeas, ne
 sanctorum traditio patrum, et ab illis tradita nobis
 regula, quasi incognita per aliquid vitietur in nobis;
 sed sermo tuus directus nobis in caritate et man-
 suetudine veniat, ut per Dei misericordiam profutura
 in nobis perficiat fructum. Primum namque
 est quod pontifices nostri ac peritissimi quique in
 nobis dicunt quod contra canones et apostolica sta-
 tuta, quæ nobis a patre beatissimo Gregorio diri-
 gente statuta sunt, sicut vos scitis, auctoritas Do-
 rovernenis metropolitani in duas scindatur paro-
 chias, cujus (eodem patre mandante) ditioni subja-
 cere debent episcopi duodecim, sicut per ecclesias
 nostras legitur in epistola quam fratri et coepiscopo
 Augustino direxit de duobus Londoniæ et Eboracæ D
 metropolitæ episcopis, quam etiam apud vos haberi
 non dubitamus. Sed ipse primum pontificalis apex,
 qui tunc Londoniæ sub honore et ornamento pallii
 fuerat conscriptus, pro eo Dorovernensi oblatus est,
 atque concessus. Nam 123 quia beatæ recorda-
 tionis Augustinus, qui verbum Dei, imperante Gre-
 gorio, Anglorum genti ministrabat, et gloriosissime
 ecclesiis præfuit Saxoniz, in eadem civitate diem
 obiit, et corpus illius in basilica beati Petri aposto-
 lorum principis, quam successor ejus Laurentius
 sacrauit, conditum fuisset, visum est cunctis gentis
 nostræ sapientibus quatenus in illa civitate metro-
 politanus honor haberetur ubi corpore pausat (57)
 qui his partibus fidei veritatem inseruit. Cujus ita-
 que, sicut vos scitis, dignitatis honorem primum
 rex Offa, propter inimicitiam cum venerabili Lan-
 berto et gente Cantuariorum acceptam, avertere, et
 in duas parochias dissipare, nisus; et piissimus
 coepiscopus et antecessor vester Adrianus, rogatu
 prædicti regis, facere cœpit quod prius nemo præ-
 sumpsit, et Merciorum præsullem pallio extulit.
 Neutrum tamen ex his culpavimus, quos Christus, ut
 credimus, æterna victoria triumphat. Sed tamen
 excellentiam vestram humiles exoramus, quibus a
 Deo merito sapientiæ clavis collata est, ut super hæc
 causa cum sapientibus vestris quæratis, et quicquid
 vobis videatur, nobis postea servandum, rescribere
 dignemini; ne tunica Christi inconsultis alienis
 inter nos dissensionis scisma patiat, sed per ve-
 stram sanam doctrinam, ut desideramus, ad veræ
 pacis unitatem dirigatur. Magna enim humilitate
 simul et dilectionem hæc tibi scripsimus, papa beatis-
 sime, clementiam tuam profusius precabamur quate-
 nus ad ea, quæ a nobis necessario explicita sunt,
 benigne et juste respondeas. Sed et illam epistolam,
 quam Ethelardus archiepiscopus coram concis
 provincialibus episcopis nostris multiplicibus de re, ac
 124 totius Britanniz causis et necessitatibus,
 tibi scripsit, pio amore perscrutari digneris, et quic-
 quid de rebus, quæ in ea scripta sunt, fidei nor-
 mula poscat, pagina nobis veritatis patefacere me-
 mineris: ergo præterito anno legationem meam
 etiam et episcoporum per Wadan abbatem misimus;
 at ille, accipiens illam legationem, segniter, imo
 insipienter, deduxit. Sed modo tibi modicum, amo-
 ris gratia, munus per Birine presbyterum et Fildas
 et Cheolberth ministros meos (pater amande),
 mitto, quod est centum viginti mancusæ (58), cum
 litteris, precans te ut benigne suscipias, et benedi-
 ctionem tuam nobis donare digneris. Omnipotens
 Deus te longoævo tempore ad laudem suæ sanctæ
 ecclesiæ custodiat incolumem. »

(56) Secundum illud Ezechiae. Isa. xxxviii, 19.

(57) Corpore pausat. c. d. e. w.; corpus pausat, l.; corpus ejus pausat, a. s.

(58) Mancusæ. Dubium est manci præteritum ali-
 quando idem esse ac Anglica mark videtur; alias
 triginta pence illius temporis pecuniæ, seu septem

skillings et sex pence parem esse supponitur. (Sharp, 90).

(59) Domino excellentissimo... observandum tra-
 didimus. Hæc epistola edita est apud Wilkins Con-
 cilia, vol. I, p. 165 ex Malmesburiensi.

directis, plenis fidei rectæ, magnam humilitatem vestram reperientes, omnipotenti Deo referimus grates, qui vestram prudentissimam excellentiam in omnibus ornavit ac decoravit, erga beatum Petrum apostolorum principem, et nobiscum habere dilectionem, et in omnibus apostolicis humiliter consentire censuris. Porro in **125** una ex illis epistolis reperimus qualiter gratia nostræ apostolicæ functionis, si juxta fuissetis, animam vestram pro nobis posuissetis benigne; immo et nostræ prosperitati multum in Domino congaudeatis, et quando nostræ dulcissimæ admonitionis litteræ ad vestram unanimatis perveniunt aures, cum omni suavitate cordis et gaudio spiritali, quasi filii, paternum munus suscipere fatemini. Fatebatur vero et hoc, quod aliquantulam ex vestra facultate benedictionem nobis offerri demandastis, id est centum viginti mancusas (60), quas cum magno amore pro animæ vestræ salute suscepimus. Et prædictus archiepiscopus cum sociis suis honorifice ac benigne a nobis susceptus est, et adjuvari eum in suis necessitatibus libenter fecimus. Interea credentes vestræ prudentissimæ excellentiæ, ubi ferebatur in ipsis tuis regalibus apicibus quod nostris apostolicis sanctionibus nullus Christianus contraire præsumit; iteo totis nisibus nostris ea quæ tuo regno expediunt emittere atque prædicare conamur, ut ea quæ vobis prælatus frater noster Ethelardus archiepiscopus, seu tota synodus evangelicæ atque apostolicæ doctrinæ sanctorumque patrum, nec non prædecessorum sanctorum nostrorum pontificum, canonica censura prædicante, vestræ regali excellentiæ, seu cunctis principibus gentis vestræ, et universo populo Dei, edisserit, nequaquam in orthodoxa eorum doctrina quippiam resistere debeatis, Domino ac Redemptore nostro in evangelio dicente, ubi ait. (61) *Qui vos recipit, me recipit; et qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.* Quanto magis pro ipso sæpedito archiepiscopo, quem nobis valde **126** nimisque collaudastis, sicuti et est videlicet clarissimus atque peritissimus (62), et quia illum scitis prudentem, bonis ornatum moribus, Deo et hominibus dignum; ecce (filii dulcissime et amantissime atque præstantissime, rex bone,) in his tuis assertionibus collaudamus Deum omnipotentem qui talem vobis demonstravit antistitem, qui, sicut verus pastor, indicere verbis secundum doctrinam sanctarum scripturarum dignam pœnitentiam valet, et eruere, qui sub ditione sacerdotali ejus existunt, animas eorum ex inferno inferiore, et ab igne inextinguibili deducens

(60) *Mancusas. s. c. e., manculas, a. d. l.*
 (61) *Qui vos... prophetæ accipiet.* Matth. x, 40, 41.

(62) *Clarissimus atque peritissimus. s. c. d. e.; clarissimus, dignissimus, carissimus, atque peritissimus, a. l.*

(63) *Nostrum. s. c. e.; post nostrum, a. l. legunt in ipsa sancta sede, omnia d. m. similiter legunt, omisso nostrum.*

eos et infraducens in portum salutis, et offerre pro illis hostiam dignam et immaculatam in conspectu divinæ majestatis omnipotenti Deo. Et quia multum nobis prænominatus archiepiscopus in omni sanctitate sua et vitæ conversatione ultro citroque placuit, valde nimis ei credentes, ex auctoritate ei beati Petri apostolorum principis, cuius vel immeriti vices gerimus, talem præbuimus præsulatum, ut si quippiam ex subjectis suis, tam regibus et principibus quamque universo populo, transgressus fuerit Dominica mandata, excommunicet cum usque pœniteat, et, si impœnitens fuerit, sit vobis sicut ethnicus et publicanus. De vero Ethelardo jam facto archiepiscopo Dorovernensis ecclesiæ, sicut a nobis poposcit vestrorum præsulum excellentia, ut ei justitiam faceremus de ipsis diœcesibus suis, tam episcoporum quamque monasteriorum, quibus illicite, ut vos cognovistis, expoliatus est, et a venerabili sede ejus, quas dudum tenuit, ablatae sunt, nos, per omnia enucleatius trutinantes, in sacro scrinio nostro reperimus sanctum Gregorium, prædecessorem (63) nostrum, **127** in integro ipsam parochiam numero duodecim (64) beato Augustino syncello suo archiepiscopo tradidisse, et confirmasse episcopos consecrandi. Unde et nos (veritate ipsa reperta) ordinatione seu confirmatione nostra apostolica auctoritate eas illi in integro, sicut antiquitus fuerunt, constituentes reddidimus, et privilegium confirmationis, secundum sacrorum canonum censuram, ecclesiæ suæ observandum tradidimus. »

§ 90. Offa interea, ne sibi fraudi forent dure in provinciales admissa, undique amicos reges venans, pacemque concilians, (65) Brithrico regi West-Saxonum filiam Edelburgam nuptum dedit (A. D. 787). Karolus magnum regem Francorum frequentibus legationibus amicum paravit, quamvis non facile quod suis artibus conduceret in Karoli animo invenerit: discordaverant antea, adeo ut magnis motibus utrobique concurrentibus, etiam negotiatorum comitatus prohiberentur. Est epistola Albini (66), hujusce rei index, cujus partem hic apponam, documentum ingens magnanimitatis et fortitudinis Karoli, qui omnem ætatem triverit in bellis contra paganos Deo rebelles.

§ 91. (67) Antiqui, inquit, Saxones, et omnes Fressonum populi, instante rege Karolo, alios præliis et alios minis sollicitante, ad fidem Christi conversi sunt; sed anno transacto idem rex cum exercitu irruit super Slavos, eosque subegit suæ ditioni. Avars, quos nos Hunos dicimus, exarserunt in Italiam, et, a ducibus præfati regis Christianis su-

(64) *Duodecim. a. s. c. e. l, duodecim episcoporum, d. m.*

(65) *Brithrico regi West-Saxonum filiam Edelburgam nuptum dedit.* Vide § 43 not. 100.

(66) *Epistola Albini.* Hæc epistola integre edita est ab Usshero. (*Veterum epistolarum Hibernicarum Sylloge*, 4^o, Paris, 1665) epist. 18, p. 36 et Alcuin. Op. tom. 1, p. 6, ep. 3.

(67) *Antiqui Saxones. i. e. Westphalienses.*

perati, domum cum opprobrio reversi **128** sunt. Similiter et super Baugariam irruerunt, qui et ipsi ab exercitu Christiano superati et dispersi sunt. Etiam et ejusdem Christianissimi regis duces et tribuni multam partem Hispaniæ tulerunt a Saracenis quasi trecenta millia in longum per maritima; sed heu, prohi dolor! quod iidem maledicti Saraceni (qui et Agareni) tota dominantur Africa et Asia Majori maxima ex parte. Nescio quid de nobis venturum sit: aliquid enim dissensionis, diabolico fomento inflammante, nuper inter regem Karolum et regem Offam exortum est, ita ut utrinque navigatio interdicta negotiantibus cesset. Sunt qui dicant nos pro pace esse in illas partes mittendos.

§ 92. In his verbis, præter illa quæ superius notavi, poterit curiosos animadvertere quantum jam annorum effluxerit ex quo Saraceni Africam et Asiam Majorem invaserint. Et profecto, nisi Dei elementia ingenitum robur Francorum imperatorum animasset, pridem Europam subjugassent. Adeo contemptis imperatoribus Constantinopolitanis Siciliam et Sardiniam et Baleares insulas, et pene omnes terras quæ pelago cinguntur, præter Rhodum et Cretam et Ciprum, occupaverant: sed nostris diebus per Northmannos Siciliam, per Pisanos Corsicam et Sardiniam, per Francos et omnis generis ex Europa Christianos magnam partem Asiæ, et ipsam Jerusalem, relinquere coacti sunt; de quibus quia in sequentibus (68) amplior erit narrandi locus, nunc ex verbis Karoli fœdus firmum inter eum et Offam compactum subjiciam.

§ 93. (69) Karolus, gratia Dei (70) rex Francorum et **129** Longobardorum, et patricius Romanorum, viro venerando et fratri carissimo Offæ regi Merciorum salutem. Primo gratias agimus omnipotenti Deo de catholicæ fidei sinceritate quam in vestris laudabiliter paginis reperimus exaratam. De peregrinis vero, qui, pro amore Dei et salute animarum, suarum beatorum apostolorum limina desiderant adire, cum pace sine omni perturbatione vadant, sed si aliqui, non religioni servientes, sed lucra sectantes, inveniantur inter eos, locis opportunis statuta solvant thelonia. Negotiatores quoque volumus, ut ex mandato nostro patrocinium habeant in regno nostro legitime, et si in aliquo loco injusta affligantur op-

(68) *Sequentibus. c. d. e. m., consequentibus, D a. s. l.*

(69) *Karolus... serica.* Epistola Caroli Magni edita est apud Wilkins *Concilia*, vol. I, p. 458, et in Alcuin. Op. tom. II, App. p. 618.

(70) *Gratia Dei. s. c. d. e. m.,* omitt. in a. l.

(71) *Ethelredi.* Æthelredus vel Æthelberhtus, Northanimbriorum rex, obiit 19 April. 796.

(72) *Animam in requie esse.* Adrianus obiit 25 Decemb. 795.

(73) *Egferium filium, ante mortem suam in regem inunctum.* Ecgrithus inunctus est rex, patre adhuc superstiti, a. d. 787.

(74) *Successorem dimisit.* Obiit Offa die 29^a Julii, a. D. 796, successoremque habuit filium suum Ecgridum qui eodem anno defunctus est. Quædam Sax. Chron. exemplaria, Florentius Worcester. et

A pressione, reclamant se ad nos vel nostros judices, et plenam jubebimus justitiam fieri. Cognoscat quoque dilectio vestra, quod aliquam benignitatem de dalmaticis nostris vel palliis ad singulas sedes episcopales regni vestri vel (71) Ethelredi direximus in eleemosinam domini apostolici Adriani, deprecantes ut pro eo intercedi jubeatis; nullam habentes dubitationem beatam illius (72) animam in requie esse, sed ut fidem et dilectionem ostendamus in amicum nobis carissimum. Sed et de thesauro humanarum rerum, quem Dominus Jesus nobis gratuita pietate concessit, aliquid per metropolitanas civitates direximus; vestræ quoque dilectioni unum baltheum et unum gladium Huniscum, et duo pallia serica.

§ 94. Hæc saluatum verba epistolæ decerpens, B iccirco apposui, ut posteris elucescat amicitia Offæ et Karoli; cujus familiaritate fretus, licet multorum impeteretur odio, dulci tamen vitam consumpsit otio, et (73) Egferium filium, ante mortem **130** suam in regem inunctum, (74) successorem dimisit. Ille sedulo paternæ immanitatis vestigia declinans, privilegia omnium ecclesiarum, quæ seculo suo genitor attenuaverat, prona devotione revocavit. Prædium quoque, quod pater Malmesbiriæ abstulerat, reddidit in manu Cuthberti tunc illius loci abbatis, hortatu Ethelardi archiepiscopi Cantuariæ, strenui sane et Deo digni viri, quem abbatem ibi fuisse ante Cuthbertum constans opinio asseverat (75). Itaque cum spes egregiæ indolis primis anis Egferri adoleret, sæva mors vernantis ætatis florem messuit; (76) unde Osberto patricio Albinus: Non arbitror quod nobilissimus juvenis Egferus propter peccata sua mortuus sit, sed quia pater suus pro confirmatione regni ejus multam sanguinem effudit. (77) Post quatuor ergo menses regni excedens, Kenulfum, quinto genu nepotem Pendæ ex fratre Kenwalkio, regem constituit.

§ 95. Kenulfus, in primis magnus vir et virtutibus famam supergrediens, nihil quod livor digni carperet unquam admisit; domi religiosus, in bello victoriosus, vir cujus laudes merito nitentur altum, quamdiu æquus arbiter in Anglia invenietur, laudandus tum regni sublimitate, **131** tum mentis humilitate, qua enituit amplissime quando, (78) ut supra diximus, dignitatem (79) Cantuariam labela-

alii Offæ obitum non recte in anno 794 ponunt. Caroli Magni epistola ad Offam, ante April. an. 796 scripta, Adriani mortis mentionem facit, unde sequitur Offam supervixisse summo pontifici cujus obitus die 25^a Decembris an. 795 accidit.

(75) *Asseverat. c. e.; post. asseverat, a. s. d. l. m. legunt: hoc argumenti assumens quod defunctum se eo loci tumulari fecerit.*

(76) *Unde patricio Alberto Albinus.* Observat editor Operum Alcuini (tom. I, p. 74, not.), quod epistolam de qua Malmesburiensis locum hunc sumpsit ignota est.

(77) *Post quatuor, etc.* Ecgridus obiit post aliquot tantum regni menses, et Cœnuulfus in ejus locum successor est designatus.

(78) *Ut supra diximus.* Vide supra § 87.

(79) *Cantuariam. e; Cantuariæ, a. s. c. d. l. m.*

etatam refecit; parum faciens rex mundanum in sua provincia supercilium, dummodo antiquitus statutum non transgrediretur tramitem canonum. Contra Cantuaritas successivum ab Offa suscipiens odium, regionem illam valide affixit (80); regemque eorum Ealbrithum cognomine Pren (81) victum abduxit, sed non multo post, humana miseratione mollitus, solvendum curavit: nam apud Winchelcumbam, ubi ecclesiam, quæ adhuc superest, Deo exadificaverat, ipsa dedicationis die regem captivum ad altare manumittens libertate palpavit, memorabile clementiæ suæ spectaculum exhibens. Aderat ibidem munificentiæ regiæ applausor (82) Cuthredus, quem ille Cantuaritas regem præfecerat. Sonabat basilica plausibus, platea fremebat discursibus, quod (83) in conventu tredecim episcoporum, decem ducum, nullus largitatis pateretur repulsam, omnes suffarcinatis marsupiiis abirent; nam præter illa xenia quæ magnates susceperant, inæstimabilissimicet pretii et numeri, in utensilibus, vestibus, equis electissimis, omnibus qui agros non habebant libram argenti, presbyteris mancam auri, monachis solidum unum, postremo toti populo multa erogavit. Idem monasterium cum magnis redditibus, quantum hoc **132** tempore incredibile videatur, ampliasset, (84) vicesimo quarto regni anno funere suo honoravit (85). Filius ejus Kenelmus, puer admodum a sorore Quendrida innocue cæsus, nomenque et decus martyrii adeptus ibidem pausat.

§ 96. Post illum regnum Merciorum nutabundum, et, ut ita dicam, exangue, nihil quod litera dignetur comminisci habuit (86); sed, ne quis nos arguat semimutilatam historiam interrumpere, regum succedentium nomina transeurram. (87) Ceolwulfus frater Kenulfi, uno anno regnans, altero a Bernulfo expulsus est: (88) Bernulfus, tertio regni anno ab Egbirhto rege West-Saxonum victus et fugatus, mox

Sedes Cantuariensis in pristinum statum restituta est. a. D. 798, Æthelheardo prima vice ex Roma reduce. Hanc tenuit ab anno 791 ad diem 11^m Junii 805.

(80) *Regemque eorum*, etc. Vide § 15; in nota 67, falso asseritur Cuthredum ab Offa regem Cantuaritarum esse factum. Cœnulfus Cuthredum regem fecit, non Offa.

(81) *Pren*. s. c. d. e. m, Wren, a. l.

(82) *Cuthredus*. Cuthredus factus est Cantuaritarum rex, devicto Eadbyrto Præn. an. 798, non vero 796, ut statuitur supra § 15.

(83) *Quod*. e.; quod ibi, a. s. c. d. l. m.

(84) *Vicesimo quarto regni anno funere suo honoravit*. Cœnulfus obiit a. D. 821, regni sui anno 25.

(85) *Filius ejus Kenelmus*, etc. Cenelmus, quem pater Cœnulfus regni hæredem reliquerit, cum septennis tantum esset, paulo post instigante ejus sorore. Quendrida, cæsus est a suo tutore Ascoberto. Vide Vitam S. Cenelin.

(86) *Habuit*. a. d. l. m, mervit, s. c.

(87) *Ceolwulfus*. Ceolulfus, Cenejmi patris, regno successit an. 821, depositusque est a Beornulfo, viro inter Mercios nobili, a. D. 825.

(88) *Bernulfus... fugatus*. Prælium Beornulfum inter et Egbertum commissum est Ellandune (hunc locum Wilton prope Salisbiriā, *Salisbury*) esse conjicitur a. D. 824. Beornulfus ab Orientalibus Anglis

ab Orientalibus Anglis occisus est, quod illè Orientalem Angliam, ut debitum Mercii regnum a tempore Offæ, invadere tentasset. (89) Ludecanius ab eisdem Anglis post biennem potestatem, ultionem antecessoris animo intendens, oppressus est (90) Withlacus, in initio regni ab eodem Egbirhto sub jugum missus, regnavit annis tredecim, et illi et filio capitis et pecuniarum tributâ persolvens. Eadem sorte **133** (91) Berthwulfus tredecim regnans annis, novissime a piratis Danorum ultra mare fugatus est. (92) Burhredus, accepta Ethelspida filia regis Athulfi filii Egbirhti, affinitate illjus et vectigalium pensionem et hostium deprædationem consolatus est; sed post viginti duos annos ab eisdem patria deturbatus, Romam diffugit, ibique apud Scholam Anglorum in ecclesia sanctæ Mariæ tumulatus est. (93) Uxor ejus, tunc quidem in patria residens, sed postea virum secuta, apud Papiam extremam sortem incurrit. Tunc regnum illud, a Danis cuidam (94) Chelwulfo Burhredi ministro traditum et ne ultra placitum retineret sacramento firmatum (95), post paucos annos Elfredus nepos Egbirhti obtinuit. Ita principatus Merciorum, qui per tumidam gentilis viri insaniam subito effloruit, tunc per miseram semiviri regis ignaviā omnino emarcuit, anno Dominicæ incarnationis (96) octingentesimo septuagesimo quinto.

INCIPIT DE REGNO ORIENTALIUM ANGLORUM.

§ 97. Sed quia quatuor potentissima regna hucusque non exiliter, ut arbitror, quantum lectio majorum suggestit, peraravit stilus, nunc, ut in præmio dixi, Orientalium Anglorum et Orientalium Saxonum principatum idem post **134** aliorum terga percurreret; namque posterius regno Cantuaritarum, sed prius regno West-Saxonum, pullulavit regnum Orientalium Anglorum. (97) Primus ergo, idemque maximus, apud Orientales Anglos rex fuit

eodem anno cæsus est.

(89) *Ludecanius*. Occisus est Ludeca a. D. 825, successoremque habuit Wiglafum.

(90) *Withlacus*. d. e. m.; *Withlafus* a. l.; *Withlafus* s.; *Withlavus* c. Wiglafus e Merciorum throno pulsus ab Ecgberto, a. D. 827, sed anno sequenti restitutus est. Obiit a. D. 839.

(91) *Berthwulfus*. Beorthwulfus, defuncto Wiglafa, thronum conscendit, a. D. 839. Devictus a Danis anno 851, obiit a. D. 852.

(92) *Burhredus*. Burgredus ad thronum accessit a. D. 852. Ejus connubium cum Ethelswitha, Ætelwulfi, West-Sexæ regis, filia, celebratum est Chippenham, post Pascha, an. 854. Devictus pulsusque a Danis, a. D. 874, Romam confugit ubi paulo post obiit.

(93) *Uxor ejus... apud Papiam extremam sortem incurrit*. Ethelsuitha obiit Paviæ a. D. 889.

(94) *Chelwulfo*. Ceolwulfum, pulso Burgredo, Danii regem constituerunt a. D. 874; anno 877, Augusto mense, Halfdanus Merciæ regnum scidit, cujus partem Ceolwulfus obtinuit.

(95) *Firmatum*. s. c. d. e. l. m.; adacto a.

(96) *Octingentesimo septuagesimo quinto*. a. s. d. e. l. m.; *octingentesimo quinto*, c.

(97) *Primus*, etc. Regni hujus exordium ad annum circiter 526 Pagijs refert, quando Angli, ad orientale Britannicæ littus appulsi, sedes ibi sub

Redwaldus, a Wodeno, ut scribunt, decimum genu nactus: omnes quippe australes Anglorum et Saxonum provinciarum citra Humbram fluvium cum suis regibus ejus nutum spectabant. (98) Hic est ille quem superior relatio non tacuit Ethelfridum regem Northanhimbrorum, pro Edwini favore, trucidasse. Idem, suadente eodem Elwino baptizatus, consilio uxorio potmodum (99) a fide descivit. At vero filius ejus Eorpwaldus, incorruptam Christianitatem complexus, inviolatum spiritum Deo effudit, a Ricberto gentili innocenter peremptus. (100) Huic Sigebertus successit, vir Deo dignus, frater ejus ex matre, omnemque barbariem pro Francorum nutritura exutus: namque a Redwaldo (1) in exilium actus, eorumque diu contubernio fruitus, sacramenta Christianitatis assumpserat, quæ, potestate initiatus, regno suo toti dignanter infudit, 135 scholasque etiam litterarum per loca instituit; quod pro magno certe debet prædicari, ut litterarum dulcedinem per eum experirentur homines agrestes antea et fanatici. Adjutor religionis fuit, et studiorum iucentor, (2) Felix episcopus, Burgundiæ oriundus, qui nunc Ramesiæ requiescit. Porro (3) Sigebertus, seculo renuncians monachicæque tonsuræ compos, Egrico cognato thronum reliquit; cum quo, a Penda rege Merciorum sociali bello appetitus, mortem oppetiit, cum fortior ipse malis, et professionis non immemor, virgam tantum manu gestaret. (4) Successor Egrici Anna, filius. (5) Eni fratris Red-

waldi, eodem furente Penda simili involutus exitio, gloriosæ propaginis numerositate felix emiuit, (6) sicut secundus liber suo loco insinuabit. Successit Annæ frater ejus Ethelhere, occisusque est a rege Northanhimbrorum Oswio cum Penda merito, quod ei concurreret in auxilium, et fulciret exercitum qui pessum dedisset fratrem et cognatum. (7) Hujus successor frater Ethelwaldus contiguatis successio- nibus regnum reliquit ejusdem Ethelberii filius 136 (8) Aldulfo et (9) Elcwoldo: his Beorna, huic quoque Ethelredus successit hujus fuit filius sanctus (10) Egelbrihtus, quem Offa rex Merciorum dolose interemit, (11) ut dictum est, et dicitur posterius. Pauci post eum in Orientali Anglia regnarent potentes usque ad (12) sanctum Edmundum, violentia Merciorum, qui anno regni sui sexto decimo ab Hinguar pagano peremptus est. Ex quo in Orientali Anglia desiere regnare Angli annis quinquaginta, Novennio enim siue rege, paganis vastantibus provincia subjacuit: post in ea, et in Orientali Saxonia. (13) Guthrum rex Danus regnavit annis duodecim tempore regis Elfredi. Guthrum habuit successorem, æque Danum, nomine Eohric; qui, cum regnasset annis quatuordecim, peremptus est ab Anglis quod inciviliter in eos egisset: nec tamen libertas eis assurere, Danorum comitibus vel eos prementibus, vel in 137 West-Saxonum reges acuentibus, donec Edwardus filius Elfredi ambas provincias, expulsis Danis, liberatis Anglis, suo, id

duodecim suis ducibus collocarunt. Uffa unus e duodecim, qui cæteris superstes fuit, Orientalium Anglorum regis titulum non ante annum 571 assumpsit. Cujus fuit caput, principum series Uffingarum ab eo nomen habet. Obiit Uffa a. D. 578, successoremque habuit Titulum, filium suum, qui obiisse anno 599, supponitur et successorem habuisse filium suum Redwaldum. Vide Bedam, *Hist. eccles.* lib. II, c. 15.

(98) Hic est ille quem superior relatio. Vide supra § 47.

(99) A fide descivit. Vide Bedam, lib. II, c. 15, § 135.

(100) Huic Sigebertus successit. Eorpwaldus, qui patri Redwaldo successit circa annum 624, baptizatus est a. D. 627; quo occiso eodem anno a Ricberto, qui hoc patrato scelere thronum usurpavit, tribusque annis tenuit, occisi frater Sigebertus ad thronum accedere debuit an. 631.

(1) In exilium actus . . . per loca instituit. Vide Bedam, lib. III, c. 18.

(2) Felix. Felix, primus Dunwich episcopus, an. 630, censuratus, obiit die 8 Martii, a. D. 646. Misus est ab Honorio, Cantuariensis archiepiscopo ut convertendo Sigiberto iucumberet.

(3) Sigibertus, etc. Sigibertus, abdicato regno monachum induit in Bury S. Edmond's, a. D. 634, consanguineo suo Egrico thronum relinquens. Cæsi sunt ambo a Penda, Merciorum rege, anno sequenti.

(4) Successor Egrici Anna. Accessio Annæ, Redwaldi nepotis, a. D. 635 contigisse dicitur. Cæsus est a Penda, a. D. 654, successoremque habuit fratrem suum Ethelberum qui et ipse anno sequenti occisus est.

(5) Eni. a. s. c. d. l. m.; omitt. in e.

(6) Sicut secundus liber, etc. Malmesburiensis in libro secundo de tribus regis Annæ filiarum, Ethel-

drithæ, Ethelbuhæ et Sexbuhæ, earumque posteriorum mentionem facit. Confer Bedam, lib. III, c. 7, § 18, et Smith notam in *Optimæ genitor nobilis*.

(7) Hujus successor. Defuncto frater Ethelbero, an. 655, Ethelwaldus thronum conscendit. Obiit anno 664.

(8) Aldulfo. Eadwulfus, Ethelheri filius, patre defuncto successit anno 664. Ejus mater fuit Hereswitha, Hildæ, Streaneshalch abbatissæ, filia. Obitus ejus incertus est annus, annum 680 inter 683 accidere debuit.

(9) Elcwoldo. Elewoldus fratri Eadwulfo successit, et juxta Hickes, anno 690, defunctus est. Successor illi fuit Selædus, qui anno 747 mortuus, successorem habuit eodem anno Ælfwaldum, qui et ipse anno 749, obiit. Eo defuncto, Hunbeanna et Albertus (a Matthæo Westminster. et aliis Beorna et Æthelberthus vocati) simul Orientales Angles rexisse videntur. Juxta Hickes, Beorna et Ethelredus Elwaldo successissent an. 690, Beornaque ante Æthelredum obiisset; sed verus amborum mortis annus admodum latet. Orientalis Angliæ regum successio densa involvitur obscuritate.

(10) Egelbrihtus. Æthelbertus, Æthelredi filius, cæsus est ab Offa, a. D. 793. Ut martyr habitus est, ejusque dies festus in Martyrologio Anglico 20 Maii celebratur.

(11) Ut dictum est. Vide supra § 86.

(12) S. Eadmundum. Eadmundus, ex antiquis Orientalis Angliæ regibus recto tramite descendens, coronatus est die Natalis Domini a. D. 854; cæsusque est ab Inguaro, Danarum principe, die 20, Novembris an. 870.

(13) Guthrum. Guthrum, seu Godrum, Orientalium Anglorum regis titulum assumpsit ex permissu regis Elfredi, a. D. 879; defunctoque anno 891 successit Eohricus, qui an. 905 occisus est.

est, West-Saxonico, imperio adjecit, anno post occasionem sancti Edmundi quinquagesimo, (14) regni sui quinto decimo.

DE REGNO ORIENTALIUM SAXONUM.

§ 98. Eodem fere tempore quo cœpit, regnum Orientalium Anglorum, (15) surrexit regnum Orientalium Saxonum (circiter A.D. 526); et habuere quidem Orientales Saxones reges per successionem multos, sed aliis regibus et maxime Mercii subiectos. (16) Primus igitur apud eos regnavit Sledda, a Wodenio decimus; ejus filius (17) Sebertus, nepos Ethelberti regis Cantuariorum ex sorore Ricula, fidei Christi suscepit, prædicante Mellito, qui primus Londoniæ fuit episcopus. Ea enim urbs ad Orientales Saxones spectat. Seberto mortuo, filii ejus, Sexredus et Sewardus, (18) Mellitum expulerunt; **138** (19) nec multo post, a West-Saxonibus occisi, tyrannidis in Christum pœnas pependero. Succedens eis Sigebertus cognomento Parvus, Sewardi filius, (20) reliquit regnum Sigeberto, Sigebaldi filio, qui fuerat frater Seberti. Is Sigebertus, hortatu regis Oswii, in Northanhimbria a (21) Finano episcopo baptizatus, gentem suam ad fidem quam cum Mellito abjecerant, per (22) episcopum Cheddum reduxit; quique post gloriose administratum regnum, gloriosius reliquit, a propinquis interemptis, quod, evangelici præcepti sequax, hostibus serenus parceret, nec delinquentes, si pœniterent,

(14) *Regni sui quinto decimo.* Juxta Saxonica Chronica, Orientales Angli regis Eadwardi imperio se subjecerunt an. 921, qui erat quinquagesimus primus post cœlem regis Eadmundi; quo posito, cum Eadwardus patre Ælfrædo successerit an. D. 904, Danos duodecimo ejus regni anno pulsos fuisse statuendum videtur. Apud Florentium Worcester., regnorum conjunctio sub Eadwardo primogenito anno 928 assignatur.

(15) *Surrexit.* a. s. c. l.; *successit*, d. e. m.

(16) *Primus igitur*, etc. Juxta Henricum Huntingdoniensem primus East-Sexæ rex Excenwini fuisse, quem Florentius Worcester., in regum genealogia *Æscwini* vocat. Successorem habuit an. 587, Sleddam, filium suum, qui et ipse anno 597, vita functus est.

(17) *Sebertus*, Sæbertus, Steæ filius et successor, regnare cœpit anno 597, et ad Christianismum conversus est an. 604. Obiit an. Dom. 616, successorque reliquit filios suos Sexæredum et Sigewardum.

(18) *Mellitum expulerunt.* Mellitus, Londinensis episcopus consecratus a. D. 604, in exilium pulsus est an. 617. Factus postea Cantuariensis archiepiscopus obiit die 24. Aprilis, a. D. 624. Vide Bedam, *Hist. eccles.* lib. II, c. 3-7.

(19) *Nec multo post*, etc. Sexredus et Sigewardus cæsi sunt an. 623, usque successit Sigibertus, cognomento *Parvus*, Sigewardi filius.

(20) *Reliquit regnum Sigiberto.* Sigiberto, anno 653, defuncto successit Sigibertus cognomento *Bonus*, qui Christianismum apud Orientales Saxones restituit. Cæsus est an. Dom. 660. Vide Bedam, lib. III, c. 22, § 215.

(21) *Finano.* Finanus, episcopus Lindisfarnensis, huic sedi successit defuncto Aidano, an. 651.

(22) *Cheddum.* Ceddus, consecratus episcopus Londinensis circa annum 656, obiit a. D. 664. Vide Bedam, lib. III, § 214.

(23) *Swithelmus.* Swithelmus, Sexbaldi, Sigebal-

A rugato et duro vultu suspenderet. Post eum frater (23) Swithelmus regnavit, ab eodem Cheddo in Orientali Anglia baptizatus. Eo mortuo, Sigierius filius Sigeberti Parvi, et Sebbi filius Sewardi, regnum tenuerunt. Veruntamen Sebbi, socio ante se defuncto, ipse quoque tricesimo anno voluntarie regno decessit, monachus (24) ut Beda refert) factus: filii ejus **139** Segehardus et Seufredus regnaverunt. Illis defunctis, paucis tempore (25) regnum moderatus est Offa filius Sigierii, juvenis jocundi vultus et animi, ætatis floridæ, maximi apud cives amoris, qui hortatu Kinespidæ Pendæ filiæ, cujus nuptias speraverat, cœlestes suspirare doctus amores, Romam cum Kenredo rege Merciorum et beato (26) Egwino episcopo Victiorum ivit, ibique attonus cœlica regna suo tempore subivit. (27) Illi successit Selredus, Sigeberti boni filius, triginta octo annis: quo perempto, principatus est Orientalibus Saxonibus Swithedus, (28) qui, eodem anno quo Cantuaritas Egbirhtus rex West-Saxonum debellavit, ab eodem expulsus, regnum vacuefecit. Londonia tamen, cum circumjacentibus regionibus, Merciorum regibus, quamdiu ipsi imperitaverunt, paruit.

DE PARTITIONE REGNORUM, ET PACIS ET EPISCOPATIBUS ANGLIÆ.

§ 99. Dominabantur ergo reges Cantuaritarum proprie in Cantia; in qua sunt hii episcopatus.

divi filius, fratri successit an. 660, et obiit an. 665, quo tempore Sigierius, Sigiberti Parvi filius, et Sebbi, Sigewardo filius regnum obtinuerunt. De Sebbi parentela confer D. Smith nota in Bedam, lib. IV, c. 30, et chartam Æthilredi East-Sexæ, *Cod. Dipl. Æv. Saxon.*, No. XXXV, p. 39.

(24) *Ut Beda refert.* Lib. III, c. 30, § 250, et lib. IV, c. 11, § 285. — Sebbi, resignata corona, monachus induit a. D. 693, et anno sequenti defunctus est. Ejus Vita scripta est a Capgrave ex antiquis legendis quæ inveniuntur in Act. ss. August. tom. VI, p. 516. Successores habuit filios suos Sigehardum et Suæbrædum.

(25) *Regnum moderatus est Offa.* Suæbrædus obiit post diem 13 Junii a. D. 704, successoremque habuit Offam, qui Romam cum Cœnredo Merciorum a. D. 709, profectus est, ubi ambo tonsuram e manu Constantini papæ receperunt.

(26) *Egwino.* Egwinus, Worcesteriæ episcopus, consecratus est a. D. 692, et sedit usque ad an. Dom. 747.

(27) *Illi successit Selredus.* Selædus, Suæbritusvè, Offæ successit an. 709, et obiit an. 738. Selædus, Sigiberti Boni filius, Orientalium Anglorum, non vero Orientalium Saxonum rex erat. Obiit an. 747. Vide not. 2, p. 136. Malmesburiensis et Florentii Worcesterensis textus æque obscurus in eo quod de successione regum tum Orientalium Anglorum, tum Orientalium Saxonum referunt.

(28) *Qui eodem anno . . . regnum vacuefecit.* Hic falsus omnium ms. contextus videtur. Nam, si Swithædus defuncto Suæbrito, an. 738, successit, vel etiam post Selædum Orientalium Anglorum regem an. 747 occisum, haud probabile est illum regnasse quo tempore Cantuaritæ regi Ecgberto, an. 824, se subjecerunt. Sic enim scribit Florentius Worcesterensis: « Swithædus supremam potestatem aliquos annos tenuit; post eum pauci nativi reges in East-Sexa imperarunt, nam eodem ann

140 Archiepiscopus Cantuariæ, episcopus Ro-

§ 100. Reges West-Saxonum dominabantur in Wiltshire, et Berkensi et Dorsetonsi pagis; (29) quibus est episcopus unus, cujus est modo sedes (30) Salesbirie, quondam erat (31) vel Ramesbirie vel Scireburne.

Et (32) in Suthsexa, quæ aliquanto tempore habuit proprium regem. Eratque sedes episcopalis ejus pagi antiquitus in Selesco, quæ est insula circumflua ponto, (33) ut Bela narrat, ubi etiam beatus Wilfridus monasterium construxit: nunc habitat episcopus apud Cicestram.

Et in pagis Suthantunensi et Sudreiensi, quibus est episcopus qui habet sedem Wintoniæ.

Et in pago Sumerssetensi, qui habebat olim apud Wellas episcopum, qui nunc est Bathoniæ.

Et in Domnonia quæ Devenescire dicitur, et in Cornubia quæ nunc Cornu-guallix dicitur. Erantque tunc duo episcopatus, unus in Cridentuna, alter apud Sanctum Germanum: nunc est unus, et est sedes ejus Exoniæ.

§ 101. Porro reges Merciorum dominabantur in pagis his, Glocestrensi, Wigornensi, Warwicensi: in his est episcopus unus, cujus sedes est Wigornix.

141 Et in Cestrænsi, et in Derhensi, Statfordensi: in his est episcopus unus, et habet partem Warwicensis, et Scrobberiensis pagi, et est sedes apud civitatem Legionum, vel Coventreiam; quondam erat Lichfeldæ.

Et in Herefordensi, habeturque ibi episcopus habens dimidium pagum Scrobeshiriæ, et partem Warwicensis et Glocestrensis, possidens sedem in Herefordo.

Et in Oxenefordensi, Buchingensi, Hurfordensi, Huntendunensi dimidia, Bedefordensi, Northhantu-

quo Ecgbertus Contiam invasit ejus potestate se subjecere. FLORENT. WIGORN. ad *Chronicon* append. (East-Saxonia.)

(29) *Quibus est episcopus unus . . . vel Ramesbirie vel Scireburne.* Confer hæc cum Malmesb. *De gestis pontif.* De episcopis Occidentalium Saxonum.

(30) *Sedes.* a. c. d. l. m.; omitt. in e.

(31) *Erat.* a. c. d. l. m.; omitt. in e.

(32) *In Suthsexa, etc.* Illius regni historia non adeo authentica. Fundatum esse conjicitur, circa an. 490, ab Ælli qui Britanniam an. 477 ingressus est cum suis tribus filiis Cymen, Wlenking, et

A nensi, Legacestrensi, Lincoliensi; quas regit episcopus qui modo habet sedem Lincoliæ, quondam habebat apud Dorkeestre.

Et in Legacestrensi, Snotingensi, quorum Christianitas ad archiepiscopum Eboracensem spectat; habebaturque ibi olim proprius episcopus, cujus sedes erat apud Legacestram.

§ 102. Reges Orientalium Anglorum dominabantur in pago Grantebrigensi; et est ibi episcopus, cujus sedes est apud Heli.

Et in Northfolke et Sudfolke; et est ibi episcopus, cujus sedes est apud Norwic, quondam erat apud Elman vel Tetford.

§ 103. Reges Orientalium Saxonum dominabantur in Estsexa, et dimidia Hurthfordensi; habebaturque ibi, et habetur, episcopus Londoniensis.

§ 104. Reges Northanhimbrorum dominabantur in omni regione quæ est ultra Humbram fluvium, usque ad Scotiam; erantque ibi archiepiscopus Eboracensis, episcopus Haugustaldensis et Ripensis, Lindisfarnensis, de (34) Candida Casa: Haugustaldensis et Ripensis defecerunt, Lindisfarnensis translatus est in Dunelmum.

142 § 105. Hærant partitiones regnorum, quamvis reges provicissitudine temporum, modo hi, modo illi, terminos prætergrederentur pro fortitudine, vel pro ignavia amitterent: sed has omnes regnorum varietates Egbirhtus animi magnitudine percipuit, et ea, uni conquadrans imperio, ad uniformem dominium servans unicuique proprias leges, vocavit. Quocirca quia, de recensione (35) temporum fidem placitam absolvens, ultra ejus tempora excurrit, hic sigam metam primo volumini, ut multitudine trames regnorum in unius West-Saxonici terminetur compendium.

Cissi, qui patri successit. Meridionales Saxones ad Christianam religionem conversi sunt a Wilfrido, episcopo Eboracensi, regnante Æthilwalho, a. D. 681. South-Sexæ regnum aliquando Cantuariæ, aliquando vero West-Sexæ, cui tandem unitum est ab Ecgberto, a. D. 824, tributarium fuisse videtur.

(33) *Ut Beda narrat.* Hist. ecclesiast. lib. IV. c. 13, § 289.

(34) *Candida Casa.* Whithern, in Galloway.

(35) *Recensione.* s.; recensitione, c. d. e. l. m.

143 PROLOGUS IN LIBRUM SECUNDUM.

Diu est quod, parentum cura, et meapte diligentia, libris insuevi. Hæc me voluptas jam inde a pueritia cepit; hæc illecebra mecum parilibus adolevit annis: nam et ita a patre institutus eram, ut, si ad diversa declinarem studia, esset animæ dispendium, et famæ periculum. Quocirca memor sententiæ,

Cupias quodcumque necesse est, extorsi iuramenti meæ ut libenter vellem quod non velle hominem non possem. Et multis quidem litteris impendi operam, sed aliis aliam. Logicam enim, quæ armat eloquium, solo libavi auditu: physicam, quæ medetur valetudini corporum, aliquanto pressius conce-

pi: jam vero ethicæ partes medullitus rimatus, illius majestati assurgo, quod per se studentibus pateat, et animos ad bene vivendum componat: historiam præcipue, quæ, jocunda quadam gestorum notitia mores condiens ad bona sequenda, vel mala cavenda, legentes exemplis irritat. Itaque, eum domesticis sumptibus nonnullos exterarum gentium historicos conflassem, familiari otio quærere perexi si quid de nostra gente memorabile posteris posset reperiri. Hinc est quod, ab antiquo scriptis non contentus, ipse quoque 144 scripturire (36) incepti; non ut scientiam meam, quæ pene nulla est, proponerem, sed ut res absconditas, quæ in strue vetustatis latebant, convellerem in lucem. Quapropter opiniones volaticas despuens, Chronica longe lateque corrogavi, sed nihil propemodum hac, fa-

teor, profeci industria; omnibus enim decursis, inops remansi scientiæ, quippe ante non inveniens quod legerem, quam lecturire desinerem. Quæcunque vero de quatuor regnis ad liquidum edidici, primo libro indidi; in quibus, ut spero, non erubescet veritas, etsi forte alicui suboriatur dubietas. Nunc usque ad adventum Normannorum regni West-Saxonici monarchiam, per succedentium invicem regum genesim, deducam. Quæ si quis oculo bono videre dignabitur, hanc sub fraterna caritate regulam teneat: « Si ista tantum ante noverit, non fastidiat quod scripserim; si plura didicerit, non succenseat quod non dixerim: » immo, dum vivo, mihi cognoscenda communicet, ut meo stylo apponantur saltem in margine quæ non occurrerunt in ordine.

145 LIBER SECUNDUS.

§ 106. Superiori volumini hic terminus obvenit, qui quatuor regna Britannicæ in unum coarctaret. Cujus potentia auctor (37) Egberhtus, regis Inæ de fratre Inegildo abnepos, amplo apud suos loco natus, et ingenue educatus a pueritia, inter West-Saxones emicuit. Continuatio virtutum incendit invidiam; et, quod fere a natura comparatum est ut reges iniquo intuitu aspiciant si quos in spem regni adolescere videant, Brihtricus, (38) ut prædictum est, suspectum habens memorandæ indolis juvenem, e incendio tollere cogitabat. Quod Egberhtus præsentiens, ad Offam regem Merciorum fuga lapsus est; quem dum ille sedula diligentia obumbraret, consecuti sunt Brihtrici nuncii qui perfugam ad supplicium repeterent, habentes in manibus traditionis pretium. Accedebat quod suo regi (39) filia ipsius postulabant nuptias, ut genialis thori sædus perpetuas inter eos contineret amicitias (A.D. 787). Ita Offa, qui bellicis minis non cederet, ad blanditias connivente, 146 Egberhtus, transnavigato mari, (40) Franciam venit (A.D. 798); quod Dei consilio fa-

ctum intelligo, ut vir ille, ad tantum regnum electus, regnandi disciplinam a Francis acciperet. Est enim gens illa et exercitatione virium, et comitate morum cunctarum occidentalium facile princeps. Hac igitur contumelia Egberhtus (41) ut cote usus est, qua, detrita inertia rubigine, aciem mentis expelleret, et mores longe a gentilitia barbarie alienos indueret. Itaque, (42) defuncto Brihtrico, frequentibus suorum nunciis Britanniam reversus, moxque imperare jussus, patriæ desideriis satisfacit, (43) anno Dominicæ incarnationis octingentesimo; regnante in Francia Karolo magno anno tricesimo quarto, qui etiam duodecim annis supervixit. Interea Egberhtus, cum clementia et mansuetudine subjectorum amorem redemisset, (44) prima virium documenta in Britannos, qui eam insulæ partem (45) habitant quæ Cornugallia dicitur, dedit; quibus 147 subjugatis, (46) Aquilonales Britannos, qui a prædictis brachio maris dividuntur, tributarios fecit. Harum victoriarum fama cum reliquos territaret, Bernulfus rex Merciorum, tumidum quid spirans,

(36) Quoque scripturire. s. c. e. l.; quæque scripturire, d.; quoque scriptitare, a.

(37) Egberhtus. Egbertus filius erat Ealhmundi, filii Eafæ, filii Eoppæ, filii Ingildi, fratris Inii occidentaliū Saxonum regis. Vide infra, § 116.

(38) Ut prædictum est. § 43.

(39) Filia ipsius postulabant nuptias. Vide § 43, not. 100.

(40) Franciam venit. Juxta Saxon. Chronica Egbertus, antequam rex esset, in Franciam ab Offa Merciorum et a Beorhtrico occidentaliū Saxonum rege pulsus est, ubi tres annos remansit. (Sax. Chron. a. D. 836.)

(41) Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.
(Hor. Ars poet. 304.)

(42) Defuncto Brihtrico. Vide § 43, not. 4.

(43) Anno, etc. Hic Malmesburiensis in anachronismum incidit, sequendo Sax. Chronica quæ

Egberhti accessionem anno 809, pro 802 ascribunt. Juxta communem computandi modum Carolus Magnus regnare cœpit die 24 Septembris, a. D. 768, quo tempore Francorum monarchiæ parti accessit; unde sequitur tricesimum quartum ejus regni annum completum fuisse mense Septembri an. 802 (quo anno Egberhtus procul dubio thronum conscendit). Obiit die 28 Januarii 814, cum. est Malmesburiensis observat, Egberti accessionis duodecim annis supervixisset. Vide § 45, not. 5.

(44) Prima virium, etc. Juxta Sax. Chron., Egbertus Occidentaliū Walensium regionem ab oriente ad occidentem depopulatus est a. D. 817. Matthæus Westmunst. Cornugalliam ab Egberhto victore an. 808 occupatam esse refert.

(45) Habitant. d. e. m.; inhabitant, a. s. l.

(46) Aquilonales Britannos, etc. Juxta Saxonica Chronica Florentium Worcest., et alios, hoc evenit an. 828.

gloriosumque arbitratus si audacia sua cæterorum metum dæmeret, bellum Egberhto indixit. Ille, gloriæ damnum ducens si cederet, occurrit alacriter; consertaque pugna fugit Bernulfus, victus miserabiliter. Factum est hoc bellum apud Hellendune, anno Domini (47) octingentesimo vicesimo sexto. Hoc eventu West-Saxo elatus, animumque ad aliora extendens, fervente adhuc victoria, Ethelwulfum filium, cum Alstano episcopo Scireburniæ et electa manu, Cantiam misit, qui provinciam, seu longosopitam otio, seu virtutum suarum exanimatam, nuncio dominatui West-Saxonico adjicerent.

§ 107. Missi efficaciter imperatis institerunt, regionemque, quaquaversum finibus suis cingitur, pervagati; minimoque labore Baldredo rege ultra Tamesim fluvium expulso, Cantiam, Sudreiam, **148** Australes et Orientales Saxones, qui quondam ad antecessorum suorum jus pertinebant, suæ parti subdidere anno regni ejus vicesimo quarto. Nec multo post Orientales Angli, auxilio Egberhti animati, (48) reges Merciorum Bernulfum et Ludecanum; continuatis exceptos insidiis, trucidarunt. Causa cædis fuit, quod ipsi solita contumacia fines externos inquietarent. Eorum successor (49) Withlafus, primo ab Egberhto regno fugatus, mox in fidem tributariam acceptus, principatum West-Saxonum ampliavit. (50) Eodem anno Northanhimbri, qui se solos remansisse, et omnium digito notari, cernerent, timentes ne diu conceptam iram

(47) *Octingentesimo vicesimo sexto.* Prælium apud Ellandune commissum est a. D. 824, ut recte legit unus ex ms. nostris. Quoad hujus prælii tempus ab auctoribus melioris notæ recedit ms. codex ex quo textum nostrum constituimus, juxta quem duobus annis serius commissum fuisset et jam peractis quæ hujus prælii felici successu contigisse narrat Malmesburiensis. Ex his enim quæ in textu afferuntur Egberhtus Cantiam sibi subjecit anno 834, qui tricesimus quartus erat ejus regni annus; sed juxta rectiorem computationem qua regnum Egberhti mense Januario an. 802 initium cœpisset, Beornulfi Merciorum regis cladem, et Baldredi e Cantuaritarum throno expulsionem vicesimo secundo Egberhti regni anno occurrisse oportet, a. D. 824 Malmesburiensis tamen sumpto anno 800 quasi Egberhti accessionis anno, incorrecti, etsi consequenter juxta suum sensum, probabiliter scripsit et habuit annum 824, vicesimum quartum fuisse regni Egberhti annum.

(48) *Reges Merciorum.* Cæsus est Beornulfus a. D. 825, eodemque anno Ludeca.

(49) *Withlafus...* regno fugatus Wiglafus, ab Egberhto a. D. 827 pulsus, anno sequenti regno restitutus est, quod tamen West-Saxonum tributarium tenuit.

(50) *Eodem anno Northanhimbri, etc.* Exercitum Egberhtus Doram adversus Northanhimbros direxit qui ipsi obsequium et submissionem ibi obtulerunt a. D. 827. (*Sax. Chron.* et *FLOR. WIGORN.*)

(51) *Ita tota Britannia potitus.* Egberhtus coronatus est Britannia rex in magno concilio, Wincestriæ a. D. 829 habito, universe totius gentis consensu; juxta Wincestr. Annales (Dom. an. 13) ibi decrevit Egberhtus ut deinceps Britannia vocaretur Anglia, et qui antea Jutorum aut Saxonum nomine fruebantur, id posterum Angli denominarentur.

A in ipsos effunderet, tandem vel sero dat's obsidibus faverunt deditio. (51) Ita tota Britannia potitus, reliquum vitæ per annos novem tranquille cucurrit, nisi quod extremis fere diebus (52) manus Danorum piratica, litoribus ejus appulsa, otium regni sedavit. Ita versatur humanarum rerum alea, ut, prius omnibus Angli imperitians, cognatorum obsequium posset parvi pendere, dum externus hostis se suæque hæredes non (53) desineret **149** incessere; contra quos cum copiarum Anglorum constitisset, non solito lenocinio fortuna regem adulata, in ipso cœnatu destituit: siquidem cum meliore parte diei victoriam pene occupasset, jam prono in oceanum sole palmas amisit; sed tamen, beneficio tenebrarum (54) adjutus, victi dedecus evasit. (55) Sequenti plane prælio ingentem multitudinem parva manu fudit. Postremo (56) post annos triginta et septem et menses septem decessit, sepultusque est Winoloniæ, magnas laudum occasiones filio relinquens, felicemque fore pronuncians si regnum, quod multa texerat industria, ille consueta genti illi non interrumperet ignavia.

DE REGE ÆTHELWULFO.

§ 108. Anno Dominicæ incarnationis (57) octingentesimo tricesimo septimo Ethelwulfus, (quam quidam Athulfum vocant,) filius Egberhti, regnavit (58) viginti annis et mensibus quinque; natura laeta, **150** et qui sub quiete degere, quam multis pro-

(52) *Manus Danorum piratica, etc.* (A. D. 833, triginta quinque piratarum Danorum navis advennerunt quos Egbertus apud Carrum (Charmonth in Dorsetshire) aggressus est, sed post ingentem stragem Dani castris potiti sunt.) (*Sax. Chron.*)

(53) *Desineret. s. c. d. e.; sineret, a. l.*

(54) *Tenebrarum. a. s. d. e. l.; noctis vel tenebrarum, c.*

(55) *Sequenti prælio, etc.* In prælio juxta Hengston, in Cornu-Gwallia, a. D. 835 commissio, ubi Danorum classis, incolarum auxilio freta, ab Egberhto devicta et in fugam propulsa fuit.

(56) *Post annos 37 et menses 7 decessit. c. e. l.; post annos, a. s. d. legunt regni.* — Vide regis Egberhti Chartam (*Cod. dipl. ævi Sax.*, n. CCXL, p. 218) an. D. 838 insignitam, et ab ejus filio Ethelwulfo, a. D. 839, confirmatam, qui primus ejus regni defuncto patre annus inscribitur. Si regni Egberhti tempus recte hic et in Saxonica Chronica exprimitur, ejus obitus non ante mensem Augustum a. D. 839 accidere debuit. Simeon Dunelmensis triginta sex tantum annos regno Egberhti assignat, et Florentius Worcester asserit eum in tricesimo septimo regni sui anno defunctum esse.

(57) *Octingentesimo tricesimo septimo. a. s. d. e. l.; c. omittit septimo.* — Æthelwulfi accessio circa mensem Augustum a. D. 839 ponenda est. Malmesburiensis, Saxon. Chron., adhærens hic etiam duobus annis ab aquilonaribus chronicis recedit.

(58) *Viginti annis et mensibus quinque.* Quo in numero Malmesburiensis probabiliter includit annos quibus Æthelwulfus, superstite adhuc patre, regnavit. Decem et octo annos cum sex mensibus ejus regno assignant Saxonica Chronica, quos si ab ejus accessione mense Augusto an. 839 numerare cœperis, ejus obitum anno 858 accidisse recte constabit. *Idibus Januarii* (die 13^a Jan.), juxta Florentium Worcester.

viciis imperitare, mallet : denique, avito West-Saxonum regno contentus, cetera quæ pater subjugaverat appendicia filio (59) Ethelstano contradidit, qui quando et quo sine defecerit incertum. (60) Burhredum regem Merciorum additamento (61) exercitus contra Britones juvit, et (62) filia nuptiis immane quantum exaltavit. Piratas Danorum per totam insulam vagantes, et inopinatis appulsionibus litora omnia infestantes, (63) non semel per se et duces suos contudit; quamvis, ut est tessera bellorum, ipse in iisdem frequentes et insignes calamitates acceperit, (64) Londonia et omni pene Cantia vastata. Obsistebat tamen semper ærumis consiliariorum regis vivacitas, qui nihil unquam hostes impune delinquere paterentur, quin communi umbone in eos ulciscerentur. Habebat enim duos suo tempore præcellentes præsules, (65) beatum Swithunum dico Winthoniæ, et (66) Alstanum, Scireburniæ : hi, videntes regem crassioris et hebetis ingenii, sedulis 151 admonitionibus ad scientiam regnandi stimulabant. Swithunus, in terrenis nauscans, dominum ad cœlestia informabat; Alstanus, forensia quoque non negligenda ratus, eundem contra Danos animabat, ipse pecunias fisco sufficiens, ipse exercitum componens. Multa per illum in talibus, et inchoata constanter et terminata feliciter, (67) qui annales legerit, inveniet. Vixit in episcopatu annis

(59) *Ethelstano.* Ethelstanus a patre rex creatus est Cantia, East-Sexæ, Surrigiæ et South-Sexæ, an. 859.

(60) *Burhredum.* Burgredus, Merciorum rex, Æthelwulfi opem adversus Walenses anno 853 obtinuit, annoque sequenti, post Pascha Æthelwulfus ei filiam suam Ethelswitham in matrimonium dedit.

(61) *Additamento.* d. e. m.; et *additamento*, a. s. c. l.

(62) *Filia nuptiis, etc.* Narrat Asserus matrimonium hoc magna cum solemnitate Chippenham in Wiltshire celebratum fuisse.

(63) *Non semel, etc.* Anno 845 Dani profligati sunt juxta fluvium Parret in Somersetshire, et iterum an. 851 apud Wiggamheorg in Devonshire.

(64) *Londonia, etc.* Quod contigit, juxta Sax. Chron. an. 851, sed postquam Dani trajecto Thamesi flumine Surrigiæ ingressi sunt, eos cum exercitu suo congressus Æthelwulfus apud C'ckley debellavit.

(65) *B. Swithunum.* S. Swithunum Eggherhtus rex filio suo Æthelwulfo præceptorum adixit, qui postea Wintoniæ episcopus an. 858 creatus, die 2^a Julii 862 obiit.

(66) *Alstanum Scireburniæ.* Ealstanus an. 817 Scireborniæ (Sherborne) episcopus creatus an. 867 diem supremam obiit.

(67) *Qui annales legerit.* Consule Saxon. Chron., a. D. 823-845.

(68) *Raptus.* d. e.; *raptatus*, a. c. l.; *captatus* s.

(69) *Usque ad nostrum tempus, etc.* Illic alludit Malmesburiensis ad usurpationem sui monasterii quod anno 1118 Rogerus, episcopus Salisburiensis, apprehendit.

(70) *Ita sacra fames.* Virg. *Æn.* III, 56.

(71) *Decimam omnium hydarum, etc.* Decimarum concessio a rege Æthelwulfo facta multarum controversiarum fomes exstitisset. Vide Chartam Wilton die sancto Paschæ (die 22^a April.), indict. II, a. D. 854 datam. (Ms. Cust. *Claudius* c. IX.) Charta, quæ postea § 114 occurrit, invenitur etiam apud

A quinquaginta, beatus qui tanto tempore in prociectu bonorum operum fuerit; quem libenter laudarem, nisi quod, humana cupiditate raptus (68), indebita usurpavit quando monasterium Malmesbiriense suis negotiis substravit. Sentimus ad hunc diem impudentiæ illius calumniam, licet locus idem statim, eo mortuo, omnem illam electatus fuerit violentiam (69) usque ad nostrum tempus, quando in idem discrimen recidit. (70) Ita sacra fames avaritiæ mortalia pectora exedit; ita magnificos, et illustres in cæteris, viros in Tariara trulit.

§ 109. Ethelwulfus duobus sustentatoribus fretus, et exteriora bene providere et interiora non despuere, post triumphatos scilicet hostes, ad D. I cultum versus, (71) decimam omnium hydarum infra regnum suum Christi famulis concessit, liberam 152 ab omnibus functionibus, absolutam ab omnibus inquietudinibus. Sed quantum est hæc ejus gloria? Romam, composito regno, abiit; ibique (72) tributum, quod Angliæ hodieque præstat, sancto Petro obtulit (73) coram quarto Leone papa, qui etiam antea (74) Ælfredum filium ejus ad eum missum honorifice suscepit, et regem inunxerat. Ibi ergo anno integro moratus, (75) Scholam Anglorum, 153 quæ (ut fertur) ab Offa rege Merciorum primitus instituta proximo anno conflagraverat, reparavit egregie. Inde domum per Gallias repa-

Matthæum Westminst. et Ingulphum. Conjecit Spelman ejus concessionem bis factam; prima vice an. 854, et a summo pontifice confirmatam quando Æthelwulfus Romam adiit; deinceps autem, eo in patriam reverso, in magno lotius regni concilio.

(72) *Tributum...* S. Petro obtulit. Illic evidenter agitur de *Rome-scot*, sive S. Petri denario tanquam tributo quod hac adhuc ætate Romæ ab Angliæ solvebatur. Hujus tributi origine et usu pariter ambigitur. Spelman asserit annuale esse unius penny tributum, quod Romæ in die festo B. Petri, ab unaquaque familia solvebatur. Hanc concessionem, Æthelwulfo in Angliam reduce, factam esse videtur, commendatitia Epistola, ut eam vocat Asserus, in qua rex trecentas mancusas singulis annis Romam mittendas jubet; quarum tertia pars ipsi Romano pontifici cessura, reliquum vero aquabiliter S. Petri inter et S. Pauli ecclesiam ad providendam in vigilia Paschæ luminaria dispartendum erat. Tributum hoc in generali gentis concilio concessum esse conjecit Spelman.

(73) *Coram quarto Leone papa.* Æthelwulfi ad Romam peregrinatio, quo comitem habuit filium suum Ælfredum, anno 855 ascribitur. Si nomen pontificis qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, recte hic exprimitur, Æthelwulfus ante diem 17^m Julii ejusdem anni, qua die Leo papa e vita migravit, profectus est: quod tamen dubium moveret quo ad tempus Æthelwulfi *Decimarum* chartæ (qualis apud Ingulphum occurrit) inscriptum, quam plerique auctores ante ejus ad Romam protectionem concessam affirmant. Vide p. 172, not.

(74) *Ælfredum filium ejus.* Ælfredi prima ad Romam missio anno 853 contigit quo tempore Leo papa eum regem inunxit in successionem paterni regni, et ut Romanæ Ecclesiæ filium adoptavit. Asserus papam Ælfredum inunxisse in prophetica futuræ ejus regni dignitatis signum, sponsoremque pro eo stetisse, asserit.

(75) *Scholam Anglorum, etc.* Si fides Matthæo Westminst. (a. D. 727), Anglorum schola Romæ ab

trians, (76) Judith filiam Karoli regis Francorum in A uxore natum arctius exosculabatur, a Lothario inclementer exagitatus. (83) Pippinus, alter filius Lodowici, regnavit in Aquitania et Wasconia. (84) Lodowicus, tertius filius Lodowici, (85) præter Noricam quam habebat, tenuit regna quæ pater suus illi dederat, id est Alemanniam, Turingiam, Anstragiam, Saxoniam, et Avarorum, id est (86) Ilonorum, regnum. (87) Karolus vero medietatem Franciæ ab occidente, et (88) totam Neustriam, Britaniam, et **155** maximam partem Burgundie, Gothiam, Wasconiam, Aquitaniam, (89) submoto inde Pippino filio Pippini, et in monasterio sancti Medardi attonso : qui postea inde per fugam elapsus, et Aquitaniam regressus, multo tempore fugiendo ibi latuit; iterumque, a Ranulfo (90) præfecto (91) perfide deceptus, comprehensus est, et ad Karolum adductus (92) Silvanecto, perpetuo est

(77) DE SUCCESSORIBUS KAROLI MAGNI.
 § 110. Siquidem (78) Lodowicus Pius, Karoli magni filius, quatuor filios habuit : Lotharium, Pippinum, Lodowicum, Karolum cognomento Calvum; quorum (79) Lotharius, etiam patre vivente, nomen imperatoris usurpans, (80) regnavit annis quindecim in ea quæ jacet juxta Alpes parte Germaniæ, et nunc Lotharingia (quasi regnum Lotharii) dicitur, et in tota Italia cum Roma. In extremo vitæ adversa valetudine vexatus, seculo renunciavit; **154** vir omnium ante se longe immanissimus, quippe qui (81) propriam patrem crebro captivatum in ergastulis vinxerit. Erat sane ille mansueti animi et simplicis; sed quia mortua Ermengarda, de qua priores liberos tulerat, (82) Karolum ex Judith

Ini, Occidentalem Saxonum rege, consentiente approbanteque Gregorio papa condita est. Cujus institutionis nullam existere antiquam authenticam relationem creditur. Anglorum schola in S. Petri vicino ubi Anglici peregrini Romæ degebant sita erat; incendio consumpta est, juxta Saxon. Chron., anno 816; sed de qua hic conflagratio alia probabiliter non est quam illa quæ, juxta Anastasium, Romæ, via Saxonum, paulo post Leonis IV promotionem exarsit. Ab anno 847 usque ad diem 17^m Julii 855 Leo sedit : linis igitur magis quam ejus pontificatus initium cum eis quæ in textu asstruuntur congruit. (ANASTAS. BIBLIOTHECÆ. in *Vitis Pontificum*.)

(76) *Judith filiam, Karoli, e.c. Æthelwulfi cum Judith. Caroli Calvi filia comitum in Verbirienſi palatio, die 1^a Octobris an. 856 celebratum est.*

(77) *De successoribus Karoli Magni.* Malmesbirensis, videtur, magnam hujus relationis partem sumpsit ex Chronicis Synchronis (ex libro monasterii S. Wandregisili), quæ ad annum 877 producentur; Chronica etiam adhibuit Adonis Viermensis archiepiscopus (a. D. 865-875), nec non et Hariulf, si Richarii monachi, qui a. D. 1088 scripsit. (Fragmentum ex lib. Mon. S. Wandreg. exstans in cod. ms. abbatix S. Victoris, Paris. Num. 419; Bouquet, VII, 44.—Chron. Adonis, edit. Paris. 1522 et 1561; Lugdun. 1677, in Bibliothecis Patrum.—Chron. Hariulf, apud Acherium, tom. III *Spicilegii*; fol. Paris. 1725.)

(78) *Lodowicus Pius.* Patri Carolo Magno in Occidentis imperio consociatus est Septembr. a. D. 813, eique tanquam solus imperator et Francorum rex successit die 28^a Januarii a. D. 814. Obiit die 20^a Junii 840.

(79) *Lotharius.* Natu major Ludovici I filius, etiam vivente patre Francorum rex declaratus fuerat eique in imperio, mense Jul. a. D. 817, consociatus. Italiæ rex an. 820, atque in die sancto Pascha (5 Apr.) 823 imperialem coronam de manu patris accepit.

(80) *Regnavit annis quindecim.* Regnavit Lotharius quindecim annis et tribus mensibus, a patris obitu, an. 840, quando solus Occidentis imperator factus fuerat. Obiit in abbatia Prumiæ in Ardenna, die 20^a Septem. 855, ubi monachicam vestem sex tantum diebus ante amplexus fuerat.

(81) *Proprium Patrem,* etc. Ludovicus I, imperator, bis a filiis in monasterio S. Medardi Suessionensis prima vice anno 830, et iterum an. 853 relegatus est.

(82) *Karolum,* etc. Lotharius, Ludovicus et Pippinus, filii Ludovici Pii ex priori ejus uxore Ermengarda, comitis Ingrami filia; qua defuncta (die

3^a Octobris 848) imperator uxorem duxit Judith, Guelfi, Ravinsping ducis filium. Carolus Calvus ex hoc conjugio natus est.

(83) *Pippinus.* Pippinus I, regnum Aquitanie ab anno 814 gubernabat; sed hujus regionis rex non est agnitus ante Aquisgranensem conventum, mente Julio 817 habitum. Obiit die 13^a Decembris a. D. 838.

(84) *Lodowicus.* Ludovicus cognomento Germanicus, imperatoris Lotharii frater. Bavarie rex factus est a. D. 817, Francofurti die 28^a Aug. 876 obiit.

(85) *Præter Noricam* Loca quæ incipiunt *Lodowicus præter Noricam*, et desirunt exilio detrusus, occurrunt in Chronicis undi sumpsit Malmesbiensis post *diviserunt inter se Francorum imperium*, pro verbis *ut supra diximus*. (Fragment: ex lib. non: S. Wandregisili.)

(86) *Hunorum.* Hunorum seu Ungarorum, Frag. S. Wandregisili.

(87) *Karolus.* a. s. c. e. l.; *Karolus quartus* (Calvus?) d. m. — Carolus Calvus patri successit Ludovico Pio in regno Francorum die 20 Junii 840. Frater ejus Lotharius de successione cum eo contentendi, sed an. 843 Franciæ regimini, conventionione facta, Carolus potitus est.

(88) *Totam Neustriam, Aquitaniam.* Franciæ partitiones non parvis obnoxæ erant varietatibus satis sit tamen observare quod Aquitania Garumnam inter et Ligerim jacebat, Vasiona a Garumna usque ad Pyrenæos montes secus litus orientem versus; Austrasia, seu Orientalis Francia, præter varios terræ tractus ultra Rhenum, hoc flumen inter et Mosam; Neustria vero seu Occidentalis Francia ab Oceano Gallo-Britannico ad Ligerim, Armorica tamen excepta. (SHARPE p. 114.) Neustria regnosum includebat quæ postea Normania dicta est.

(89) *Submoto inde Pippino.* Defuncto Pippino I, Aquitanie rege, mense Decembre 838, Ludovicus imperator regnum hoc filio suo natu minori Carolo Calvo dedit : at Pippinus, ultimus regis filius, qui tunc parvulus erat, de corona cum eo contendit, regis Aquitanie titulum retinens. Anno 852 Pippinus monachus factus est in monasterio S. Medardi Suessionensis, sed inde cum in Aquitaniam anno 855 aufugisset, proditus est a Rainulfo, Pictorum comite, anno 864, et ad Karolum ductus qui cum in carcerem Silvanecti (*Sentis*) detrudit, ubi paulo post obiit. Vide *Chron. Adonis Archiep. Niemensis*.

(90) *Præfecto.* Malmesb. et Frag. S. Wandreg. præfato, Chron. Adon.

(91) *Perfide.* s. d. m. et Frag. S. Wandreg. præfide, a. c. e. l. et Chron. Adon.

(92) *Adductus.* a. d. e. l., *adductus*, s. c.

exilio (93) detrusus. (94) Post mortem vero Lodowici piissimi imperatoris, Lotharius, ante obitum patris decem et octo annis unctus ad imperatorem, contra fratres suos, id est, Lodowicum (95) piissimum regem Bajoariorum, et Karolum, exercitum duxit; adjuncto sibi Pippino cum Aquitanorum populo in pago Autisiodorensi (96), in 156 loco qui vocatur Fontanetum: in quo loco cum Franci, cum omnibus nationibus sibi subjectis, nutua se cæde prosternebant, ad ultimum Lodowicus et Karolus, Lothario fugato, (97) triumphum adepti sunt (A. D. 844). (98) Post cruentissimum vero prælium, pace inter eos facta, dividerunt inter se Francorum imperium, (99) ut supra diximus, Lotharius vero, ex (100) Ermengarda filia Hugonis, tres filios habuit, (1) id est, (2) Lodowicum, cui regnum Romanorum et Italiam tradidit; alterum autem (3) Lotharium, cui 157 sedem imperialem reliquit; tertium vero (4) Karolum, cui Provinciam gubernandam (5) dimisit. De-

A cessit quoque Lotharius anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi (6) octingentesimo quinquagesimo quinto, imperii sive regni (7) sui (8) tricesimo tertio. Post ejus obitum Karolus filius ejus, qui gubernabat Provinciam, (9) octavo anno moritur. Dehinc (10) Lodowicus imperator Romanorum, et Lotharius, fratres, regnum ejus, hoc est Provinciam, inter se dispartiunt. Lodowicus autem rex Noricorum, id est Bajoariorum, (11) Lodowici imperatoris filius, anno incarnationis Domini octingentesimo sexagesimo quinto, post festivitatem paschalem (12) regnum suum inter filios suos divisit, et (13) Karolomanno quidem dedit Noricam, id est Bajoariam, et Marcas contra Sclavos et Longobardos; (14) Lodowico vero Turingiam, Austrasios Francos, et B Saxoniam dimisit; (15) Karolo quoque 158 Alemanniam et Curwalam, id est comitatum (16) Cornu-guallia, reliquit. Ipse tamen Lodowicus super filios suos feliciter (17) regnavit in omni potestate

(93) *Detrusus. Damnatus*, Frag. S. Wandreg.

(94) *Post mortem vero Lodowici piissimi imperatoris*. a. c. d. e. l. m.; omitt. in s. — Textus ex hoc loco ad relationem obitus Caroli Calvi imperatoris, « tertio Nonas Octobris, indictione decima, anno Domini nostri octingentesimo septimo, » verbatim ex Chron. S. Wandregisili sumptus est. (Fragm. ex lib. mon. S. Wandreg.)

(95) *Piissimum*. Probabiliter interpolatum in mss. Vocabulum istud non occurrit in fragmento Chronicorum de quo superius, neque cognomen est vulgo datum Ludovico, Bavarie regi. Ludovicus imperator, ejus pater cognomen *Pius* obtinuit.

(96) *Autisiodorensi*. Auxerre.

(97) *Triumphum adepti sunt*. c. d. e.; *triumphaverunt*, a. s.; *triumphati sunt* l.

(98) *Post cruentissimum vero prælium*. Memorabile Fonteniacense prælium, die 23^a Junii a. D. 844, commissum est. Imperator Lotharius et ejus nepos Pippinus II, Aquitanie rex, devicti sunt a Carolo Calvo, ope et auxilio fratris sui, Ludovici Bajoariensis. Anno 845, Ludovici imperatoris possessiones unanimi consensu inter tres ejus fratres divisæ sunt. Lotharius imperium, et Italiae, Lotharingie, Provincie Burgundieque regna retinuit; Ludovicus, Bajoariam, Germaniam, Thuringiam, Saxoniam, Pannoniam seu Hungariam habuit; Carolus vero Francie regnum, Neustriam, Armoricam, Burgundie partem, Gothiam, Vasconiam et Aquitaniam. Vide Chron. Adon. Arch. Vienn., et Hariulli Chron. lib. III, c. 6.

(99) *Ut supra diximus*, Fragmentum Chron. S. Wandregisili hic legit. « Et Lotharius quidem accepit regnum Romanorum, et totam Italiam, et partem Francie Orientalem, totamque Provinciam. Ludovicus vero præter Noricam, » etc. Usque ad « perpetuo est exilio detrusus. »

(100) *Ermengarda*. Comitiss Hugonis filia, imperatori Lothario nupsit mense Octobree a. D. 821, obiitque die 20^a Martii 831.

(1) *Id est*. a. c. d. e. l., *primum*, s.

(2) *Ludowicum*. Ludovicus II, rex Italiae a Sergio papa an. 844 coronatus, patri Lothario in imperio consociatus est post mensem Febr. an. 849, a Leone papa a. D. 850 imperialem coronam recepit, Occidentisque solus imperator an. 855 remansit. Obiit absque virili prole die 6^a Aug. 855, successorem qui habuit patrum suum Karolum Calvum.

(3) *Lotharium, cui sedem imperialem reliquit*. i. e. Lorraine, regnum Lotharii — Vide Adonis Chron.

« Lotharius imperator, infirmari se conspiciens, regnum inter filios dividit. Carolo, minori, Provinciam et partem Burgundie; Lothario, medio filio, sedem suam; Lodowico imperatori Italiani assignari jubet. Confer etiam Metenses Annales et Mariani Scoti Chronica. Lis mota est utrum Lotharingia ab imperatore Lothario vel ab ejus filio nomen haberit. Lotharius rex obiit Placentie die 8 Aug. a. D. 869.

(4) *Karolum*. Karolum, natu minorem imperatoris Lotharii filium, Provincie regem.

(5) *Dimisit*. a. d. e. l.; *commissit*, s. c.

(6) *Nostri Jesu Christi*. a. d. e. l.; omitt. in s. c.

(7) *Sive regni*. a. d. e. l., omitt. in s. c.

(8) *Tricesimo tertio*, Triginta duobus annis cum sex mensibus, ex quo imperialem coronam a Pascale papa I acceperat.

(9) *Octavo anno moritur*. Carolus in Provincia regnare cepit a. D. 855, obiit vero absque liberis anno 863.

(10) *Lodowicus... dispartiant*. Ludovicus II, imperator, et Lotharius Lotharingie rex fratris regnum inter se partiti sunt. Ludovicus Provinciam et Burgundie partem ultra Jurassum habuit; reliquum vero Lotharius obtinuit. Vide Chron. Adon. archiep. Viennens.

(11) *Lodowici*. Ludovici Pii

(12) *Regnum suum inter filios suos dividit*. Hujus divisionis an. 865 nullus e cæteris antiquis Francie scriptoribus meminit, excepte Hariullo, qui, ut probabile videtur, narrationem suam ex eodem fonte hausit ac Malmesbiriensis, scilicet Chron. S. Wandregisili. Tres Ludovici Bajoariensis filii, defuncto patre an. 876, ejus possessionibus cuncti simul successerunt.

(13) *Karolomanno*. Bavarie regi, qui obiit an. 880, 22 Martii.

(14) *Lodowico*. Germanie, Saxonie et Austrasie rex, patri suo Ludovico Germanico, a. D. 876, successit, obiit vero die 20^a Jan. 888.

(15) *Karolo*. Carolus, Suevie rex, cognomento Crassus, postea Occidentis imperator et Francie rex factus est.

(16) *Cornu guallie*, a. d. e. l.; *Gallie*, s. c. — « Ad litteram, *Gallie cornu*, ex Armorice in Oceanum projectione. » (SHARPE, 116.)

(17) *Regnavit*, etc. Fragmentum S. Wandregisili hic ita legit: « Nunc principatum tenet anno incarnationis Domini octingentesimo sexagesimo nono. » Inde inferri potest qua ætate scripsit auctor.

sua annis decem (18). Et post hæc obiit (19) Lodowicus rex anno (20) Dominicæ incarnationis octingentesimo septuagesimo sexto, cum regnasset annis (21) quinquaginta quatuor. (22) Karolus autem rex Occidentalium Francorum, anno tricesimo sexto regni sui in Italiam pergens orandi causa (23), ad limina apostolorum pervenit; ibique a cuncto populo Romano imperator eligitur, et a Johanne papa in imperatorem consecratur, octavo kalendas Januarii, anno Dominicæ incarnationis octingentesimo septuagesimo quinto. Inde in Galliam prospere (24) ingressus est. (25) Anno quoque regni sui tricesimo octavo, et (26) imperii tertio inchoante, in Italiam iterum perrexit; et colloquio Johannis papæ usus, in Galliam revertens, (27) transcenso Ciniso monte, **159** præsentis luminis caruit visu, (28) tertio nonas Octobris (29), indictione decima, anno Domini nostri octingentesimo septuagesimo septimo: cui successit in regno (30) filius ejus Lodowicus. Deinde, anno regni sui secundo necdum expleto, idem Lodowicus obiit Compendio (31) palatio, (32) sexto idus Aprilis, indictione duodecima, anno Domini

(18) *Decem. Undecim, Chron. Hariulf.*

(19) *Lodowicus rex. a. d. e. l. m.; Lodowicus c.; omitt. in s.*

(20) *Dominicæ incarnationis. s. c. d. e. m.; incarnati Verbi a.; omitt. in l.*

(21) *Quinquaginta quatuor. Ludovicus, Bajoariz rex, annum sui regni quinquagesimum nonum ab accessione sua an. 817 ferme compleverat.*

(22) *Karolus, etc. Carolus Calvus, Francorum rex, Ludovico II, fratris ejus filio, in Occidentis imperio successit, imperialemque coronam e manibus Joannis papæ VIII, Romæ, die Natalis Domini, an. 875, recepit.*

(23) *Orandi causa. a. d. e. l.; orationis gratia, s. c.*

(24) *Ingressus est. a. d. e. l.; reversus est, s. c. et Frag. Wandreg.*

(25) *Anno quoque regni sui. a. d. e. l.; anno autem regni, s. c.*

(26) *Imperii tertio inchoante. Carolus secundum suum annum nondum compleverat: Die 25^a Decembr. 875, coronatus, die 6^a Octobr. 877 obiit.*

(27) *Transcenso Ciniso monte. Carolus hausto e manibus medici sui, Judæi, Sedecia nomine, veneno, occubuisse dicitur die 6^a Oct. 877, apud Brios, qui est pagus ad occidentem Cinisi montis situs.*

(28) *Tertio nonas Octobris. Ita etiam apud Hariulfum. Quædam ex Francorum Chronicis legunt nonas Octobris, quædam, melius, pridie nonas.*

(29) *Domini nostri. a. e. l.; Domini, s.; Domini nostri Jesu Christi, d. m.*

(30) *Filius ejus Lodowicus. Ludovicus II, ut Francorum rex, et III, ut imperator, cognomento Balbus Compendii coronatus est rex die 8 Decembris 877, et imperator an. D. 878.*

(31) *Compendio. c. d. e. l.; in Compendio, a. s.*

(32) *Sexto Idus Aprilis. Chron. Hariulf, quinto Idus. Posterioris fidei auctores Ludovicum Balbum Compendii obiisse asserunt die 10 Apr. (quarto Idus Aprilis), an. Dec. 879.*

(33) *Ludov. et Karlom. Ludovicus III et Carlomanus, defuncto Ludovico Balbo, patri eorum successerunt. Prior Franciam et Neustriam habuit, Burgundiam aliter et Aquitaniam. Carolus Crassus, Ludovici Bajoariensis filius, imperiales infulas*

octingentesimo septuagesimo nono. Deinde filii ejus, (33) Lodowicus et Carlomanus, regnum ejus inter se dispartiant. Prædictus vero rex Lodowicus in (34) pago Vinnico, (35) cum Normannis bellum gerens, triumphum adeptus est; et non nullo post obiit, (36) pridie nonas Augustas, anno Domini octingentesimo **160** octogesimo primo, indictione quinta decima. Regnavit annos duos, menses tres (37) dies viginti quatuor. Cui successit in regno frater ejus Carlomanus. Regnavit tribus annis et (38) diebus sex; deinde in (39) Ewellino saltu, in mole Aerico, a (40) fero singulari percussus est. Obiit anno Dominicæ incarnationis octingentesimo octogesimo quarto, indictione secunda, octavo idus Decembris. Deinde (41) Karolus rex Suavorum, filius Lodowici regis Noricorum, monarchiam totius imperii Francorum et Romanorum assumpsit anno Verbi incarnati octingentesimo octogesimo quinto, indictione tertia. Cujus visionem, quia memorabilem puto, hic dignum duco intexere.

(42) *visio karoli.*

§ 111. « In nomine Dei summi Regis regum! Ego

obtinnit.

(34) *Pago Vinnico. Le Vinnet.*

(35) *Cum Normannis bellum gerens. Normannos devicit Ludovicus, an. D. 881, in loco qui dicitur Saulcourt, ubi eorum dux Guorm cæsus est. Ab hujus prælii die, ut refertur, interna Ludovicus læsione laboravit, ex qua postea mortuus est.*

(36) *Pridie non. Aug.... quinta decima. Hariulfum sequitur Malmesburiensis Ludovici III Francorum regis obitum diei 4 Aug. an. D. 881 ascribens; indeque regnum Ludovici et Carlomani tempus ab utroque historiographo computatur; sed observandum est quintam decimam indictionem non ante diem 25 Decembris, ann. 881 initium cepisse. Ludovici obitus diei 5 Aug. an. 881, coronatio vero Carlomani diei 9 Septembris sequentis vulgo ascribuntur; unde Sequitur Ludovicum tres annos et quatuor menses, Carlomanum autem (qui die 6 Decembris 884 obiit) duos tantum annos et tres menses, quinque solummodo annos et octo menses a defuncto patre Ludovico, regnavisse.*

(37) *Tres. a. s. d. e. l., quatuor, c.*

(38) *Diebus. Ita in omnibus mss., sed probabiliter falso positum pro « menses. » Hariulfus scribit « tribus annis et dimidio. »*

(39) *Ewellino saltu. Silva Evelina prope Parisios.*

(40) *Fero. Juxta quosdam annalistas Gallorum, Carlomanus, dum venationi in saltu Baisiensi indulgeret, a Bertholde, uno ex comitibus, casu vulneratus est; atque ut a pœna tutaretur, feri singularis commentum perlatum est (Annal. Mettens. et Fuldens continuat., Annal. Vedasini, et Chron. de Gest. Norman. in Francia); sed Malmesburiensis textus cum Saxonice Chronicis, Assero et aliis Anglicis scriptoribus congruit.*

(41) *Carolus Crassus. Carolus Crassus coronatus est Occidentis imperator die Natalis Domini an. 880, regnoque Francorum potitus est defuncto Carlomano die 6 Decembr. 884, non sine Caruli simplicis detrimento qui Ludovici Balbi filius posthumus erat. Rex Francorum agnitus est desinens mense Januario 885.*

(42) *Visio Karoli. Visio Karoli Crassi a Malmesburiensis verbatim hausta est ex Hariulf Chronica lib. III, c. 21 (t. II. Spicilegii, p. 525, in-fol. Paris. 1725.). Albericus Trium Fontinium illam quoad*

Karolus imperator, gratuito Dei dono rex Germanorum et patricius Romanorum, atque imperator **161** Francorum, sacra nocte Dominici diei, post celebratum nocturnarum horarum divinum officium, dum irem repausationis cubitum, et vellem dormitionis carpere somnum, venit vox ad me terribiliter dicens: *Karole, exiit a te modo spiritus tuus in hora non modica*: statimque fui raptus in spiritu, et qui me sustulit in spiritu fuit candidissimus, tenuique in manu sua (43) glomerem lineum clarissimi (44) jubar luminis emittentem, sicut solent comete facere quando apparent; coepitque illum dissolvere, et dixit ad me: *Accipe filum glomeris micantis, et liga ac nodi* (45) *firmiter in pollice tuæ dextræ manus, quia per illum duceris in labyrinthas infernorum pœnas*; et hoc dicto præcessit me, velociter distorquens filum incisui glomeris; duxitque me in profundissimas valles et igneas, quæ erant plene puteis ardentibus pice, et sulphure, plumboque, et cera, et adipe. Ibi inveni pontifices patris mei et avunculorum meorum; quos cum pavens interrogarem quid tam gravia paterentur tormenta, responderunt mihi: *Fuimus episcopi patris tui et avunculorum tuorum, et dum debuimus illos, et populum illorum, de pace et concordia admonere et predicare, seminavimus discordias, et incensores malorum fuimus; unde* (46) *nunc incendimur in istis Tartareis suppliciis, et nos, et alii homicidiorum et rapinarum amatores: huc etiam* **162** *tui episcopi et satellites venient, qui similiter amant nunc facere.* Et dum hæc tremebundus auscultarem, ecce, nigerrimi dæmones advolantes cum uncis igneis volebant apprehendere filum glomeris quem in manu tenebam, et ad se attrahere; sed, reverberantibus radiis illius glomeris, non valebant filum contingere. Deinde, post tergum meum currentes, voluerunt me adoncinare, et in ipsos puteos sulphureos præcipitare: sed ductor meus, qui portabat glomerem, jactavit super scapulas filum glomeris, et duplicavit illum, traxitque fortiter post me (47); sicque ascendimus super montes altissimos igneos, de quibus oriebantur paludes et flumina ferventia, et omnia metallorum genera bullientia, ubi reperi innumeras animas hominum et principum patris mei et fratrum meorum (48) præcipitatas, alias usque ad capillos, alias usque ad mentum, alias usque ad umbilicum; clamaveruntque ad me substantiam narrat, ad Malmesburiensem referens: « Sequitur mirabilis visio quæ facta est hoc anno 889 (rectius 886), eidem Karolo, secundum Willelhum Malmesburiensem. » Annales falso attributæ Assero, sub anno 886, visionem quoque Karoli Crassi recitant: « Carolus tertius imperator, filius Hlodwici regis Noricorum sive Boiarorum, hoc tempore vidit visionem, quam, ita ut hic constat, scriptam referebat, dicens: Ego Karolus, etc. » In Francicis S. Dionysii chronicis, & in quibusdam Latinis mss. visio non recte Carolo Calvo attribuitur. (BOUQUET, IX, 60).

(43) *Glomerem.* Sic omnes. mss. Vide infra, n. 67 ad § 1:2 init.

(44) *Clarissimi.* a. a. d. e. m., clarissime, c. l.

A ejulando: *Dum vicinus, amavius tecum, et cum patre tuo, et cum fratribus tuis, et cum avunculis tuis, facere prælia, et homicidia, et rapinas pro cupiditate terrena; ideo in ista bullientia flumina, et metallorum diversa* (49) *genera, sustinemus tormenta.* Et cum ad hæc timidus intenderem, audivi retro me animas clamare: *Potentes potenter tormenta patientur.* Et respexi, et vidi super ripas fluminis bullientis fornices piceas et sulphureas, plenas magnis draconibus et scorpionibus et serpentibus diveri generis; ubi etiam vidi aliquos patris mei principes, et in eos et fratrum meorum, necnon et avunculorum meorum, dicentes mihi: *Hæc nobis, Karole! vides quam gravia habemus tormenta* **163** *propter nostram malitiam et superbiam, et mala consilia quæ regibus nostris et tibi dedimus propter cupiditatem.* Cumque hæc (50) dolendo congemiscerem, cucurrerunt ad me dracones, apertis et plenis faucibus igne et sulphure et pice, volentes me inglutire; at ductor meus triplicavit super me filum, a cujus radiis claritatis superata sunt orillarum ignea, et pertraxit (51) me validius. Et descendimus in unam vallem, quæ erat ex (52) una parte tenebrosa, ardens velut clibanus ignis; ex alia vero parte tam amœnissima et splendidissima ut nulla ratione dicere valeam. Vertique me contra tenebrosam et flammivomam partem, vidi que ibi aliquos reges mei generis in magnis suppliciis: et tunc, nimis constrictus (53) angustia, putavi me statim in ipsis demergi suppliciis a gigantibus nigerrimis, qui ipsam vallem inflammabant cunctis generibus ignium; et valde tremens, glomeris filo illuminante oculos meos, vidi e latere vallis paulisper albescere lumen, ibique duos fontes fluere. Unus erat nimium calidus; alter vero clarus et tepidus: et erant ibi duo dolia. Cumque illuc irem, filo glomeris regente gressus meos, intuitus super unum ubi erat fervens aqua, vidi ibi genitorem meum Lodovicum (54) stare usque ad femora; et nimis dolore aggravatus, et angore percussus, dixit ad me: *Domine meus Karole, noli timere.* Scio quia revertetur rursus spiritus tuus ad corpus tuum; et permisit te Deus huc venire, ut videres propter quæ peccata ego, et omnes quos vidisti, talia toleramus supplicia. Uno enim die **164** sum in isto ferventis dolii balneo, et altero die transmutor in isto suavissimo ultero aquæ dolio; et hoc fit precibus

(45) *Nodi.* a. c. d. e. l., nota, s.(46) *Unde.* s. c. d. e. l., inde, a.(47) *Me. e., se, a. s. c. d. l.*(48) *Fratrum meorum.* a. s. c. d. e. meorum, post legit et meorum, et in margine, cognatorum probabilius pro avunculorum.(49) *Diversa.* a. s. c. e. l., diversorum, d. m.(50) *Hæc.* c. d. e. l., ad hæc, s., hoc, a.(51) *Pertraxit.* s. c. e. l., protexit, d. m., protrazit, a.(52) *Ex.* a. s. c. e. l., in, d. m.(53) *Constrictus.* a. d. e. l., perterritus et constrictus, s. c.(54) *Lodovicum.* Bojarionsem.

sancti Petri et sancti (55) Remigii, *cujus patrociniis hactenus genus nostrum regale regnavit. Sed, si mihi subvenieris cito, tu, et mei fideles episcopi et abbates, et omnis ordo ecclesiasticus, missis, oblationibus* (56), *psalmodiis, vigiliis, eleemosynis, velociter liberatus ero de isto aquæ bullientis dolio; nam frater meus Lotharius, et ejus filius Lodowicus, sancti Petri sanctique Remigii precibus exempti sunt de istis pœnis, et jam ducti sunt in gaudium paradisi Dei. Dixitque ad me: Respice sinistrorsum: Cumque respexissem, vidi ibi duo dolia altissima bullientia. Ista, inquit, sunt tibi præparata, nisi te emendaveris, et penitentiam egeris de tuis nefandis delictis; cœpique tunc graviter horrere. Cumque cerneret comes (57) meus in tanto pavore esse spiritum meum, dixit ad me: Sequere me ad dexteram luculentissimæ vallis paradisi. Et, cum graderemur, contemplatus sum ingenti claritate eum gloriosis regibus sedere Lotharium avunculum meum super lapidem topazium miræ magnitudinis, coronatum diademate pretioso, et juxta eum filium ejus Lodovicum similiter coronatum (58). Videns me, cominus accersivit (59), blanda voce dicens: Karole, successor meus nunc (60) tertius in imperio Romanorum, 165 veni ad me. Scio quod per pœnalem locum venisti, ubi est pater tuus, frater meus, positus in thermis sibi destinatis; sed per misericordiam Dei clementissime de illis liberabitur pœnis, sicut et nos liberati sumus, meritis sancti Petri. sanctique precibus Remigii, cui Deus magnum apostolatam dedit super reges et super gentes Francorum; qui nisi quisquiliis nostræ propaginis suffragatus fuerit et adjuverit, jam deficiet genealogia nostra regnando et imperando: unde scito quoniam tolletur ocus potestas imperii de manu tua, et postea parvissimo*

(55) Remigii. Remensis archiepiscopi, Francorum apostoli, qui Clodoveum baptizasse creditur. Ejus episcopatus initium ad annum 457, obitus vero an. D. 530 vulgo referuntur. (Bouquet, IV, 51, n. a.)

(56) Oblationibus. c. d. e. l., orationibus, a. s.

(57) Comes. a. c. d. e. l., ductor, s.

(58) Coronatum. a. s. c. e. l., corona coronatum, d. m.

(59) Accersivit. a. d. e. l., accersivit me, s. c.

(60) Tertius. Imperatori Lothario successit filius ejus Ludovicus II, quem secutus est Carolus Calvus, cui filius suus Ludovicus III, cognomento Balbus successit. Carolus IV Crassus; quartus igitur erat a Lothario in ordine successionis.

(61) Lodovicus filius filię meæ. Ludovicus, cognomento Cæcus, Bosonis, Provinciæ regis, et Hermengardæ, Ludovici II, imperatoris filię, natuſ erat. Defuncto Carolo Crasso, an. 888, regnum in quinque partes divisum est, Ludovicusque Arelatis rex factus, an. 890, Burgundiæ rex coronatus est. Italiam adiit, an. 899, unde pulsus est a Berengario, pseudo imperatore; sed cum, despecto quo obstructus erat juramento, Romam iterum ivisset, a Berengario captus et oculis orbatus est, ann. 902. Anno 900 desinente, vel ineunte an. 901 imperator a Benedicto papa IV coronatus erat. Adhuc superstes erat Ludovicus post diem 6 Januarii 923, cum diploma hac die insignitum concesserit in vicesimo tertio imperii sui anno. Obiit circa annum 929.

(62) Avus. Lotharius imperator proavus erat Ludovici.

vives tempore. Tunc, conversus contra me, Lodowicus dixit mihi: Imperium quod hactenus tenuisti, jure hæreditario debet recipere (61) *Lodowicus filius filię meæ; et, hoc dicto, visum est mihi affere in-præsentiarum infantulum. Tunc, intuens eum, Lotharius (62) avus ejus dixit mihi: Talis videtur esse infans, qualis ille puer fuit quem statuit Dominus in medio discipulorum, et dixit (63): « Talium est regnum cælorum: dico vobis, quia angeli eorum vident faciem Patris mei qui in cælis est. » Tu vero redde illi potestatem imperii per illud filum glomeris quod in manu tenes. Disnodans ergo filum de pollice dextræ meæ, donavi illi monarchiam omnem imperii per ipsum filum; statimque 166 ipsum (64) glomus fulgidum sicut jubar solis coadunatum est totum in manu illius: sicque, post hoc factum mirabile, reversus est spiritus meus in corpore meo valde fessus et conterritus. Denique sciunt omnes (velint an nolint) quoniam secundum destinationem Dei in manu illius revertetur totum imperium Romanorum: et quod super ipsum non prævaleo agere, præripiente me articulo vocationis meæ, Deus, qui vivorum dominatur et mortuorum, illud perficiet et confirmabit; cujus æternum et sempiternum regnum permanet sine fine in secula seculorum. Amen. »*

§ 112. (65) Visionem istam, et regnorum partitionem, verbis quibus scripta (66) inveni, hic (67) apposui. Hoc ergo Karolo (68) vix duobus annis potestate integra imperii et regni functo (69), successit in regno Karolus, filius illius Lodovici qui apud Compendium obiit. Hic est Karolus qui filiam Edwardi regis Anglorum uxorem duxit (70), deditque Normanniam Rolloni cum filia sua Gisla, quæ esset vas pacis (71), pigneratrix Frederici. At

(63) Talium... cælis est. Matth. xviii, 10.

(64) Glomus. Hac excepta vice « glomus » masculino genere scribitur per totam visionem. Vide infra not. 67.

(65) Visionem istam... verbis quibus scripta inveni. Vide supra not. 42.

(66) Scripta. s. c. e. l., scriptam, a. d. n.

(67) Apposui. s. c. d. e. l. — Post apposui, a. Addit: Unde et glomerem masculino genere, sicut in exemplari corrupte habebatur, posui.

(68) Vix duobus annis. Duobus annis non supervixit Carolus, quippe qui obiit die 12 vel 13 Jan. an. D. 888.

(69) Successit, etc. Carolus cognomento Simplex, Ludovici Balbi posthumus filius, rex Francorum Remis die 27 Jan. 893 coronatus est. Uxorem duxit Eadgavam, seu Eadgyfu, Eadwardi primogeniti, Anglorum regis, filiam, an. D. 919; de qua filium habuit, postea Ludovicum IV, Francorum regem, cognomento Ultramarinum. Mense Junio 925 ab Herberta, Campaniæ simul et Veromandorum comite captus, Peronæ in carcere obiit die 7 Octobris, an. D. 929.

(70) Deditque Normanniam Rolloni. Circa an. 912 Normanni in Neustria consedere, Carolusque filiam suam Gislam, seu Gisellam Rolloni primo Normannorum duci ea conditione dedit ut religionem Christianam amplecteretur.

(71) Pigneratrix Federici. Alludendo, ut probabile videtur, ad nomen filię Caroli Gisla, quod pignus sonat.

vero in imperio successit **167** (72) Karolo isti Arnulfus rex, de genere imperatorio (73), tutor Ludowici pueri de quo superior visio narrat. Arnulfo ergo post (74) quindecim annos defuncto, successit (75) Lodowicus idem; quo mortuo (76), Conradus quidam, rex Teutonicorum, imperavit. **168** Huic successit (A. D. 919) (77) filius Henricus, qui misit ad Athelstanum regem Anglorum pro duabus sororibus suis Aldgitha et Edgitha (78); quarum posteriorem filio suo Othoni collocavit, (79) alteram cuidam duci juxta Alpes nuptum dedit. Ita hodieque imperium Romanorum et regnum Francorum ab antiqua unione scissum, alterum imperatores, alterum reges habet. Sed quia multum a proposito excessi dum me juvat illustrium Francorum seriem lineatim protendere, nunc, jam inceptam viam repetens, ad Athelwulfum regrediar.

§ 143. Ille, ubi post annuam peregrinationem domum venit, (80) filia Karoli Calvi in matrimonium ducta, aliter quam putabat animos quorundam offendit: siquidem Ethelbaldus filius ejus, et Scirebornensis episcopus (81) Alstanus, et Eanulfus **169** Somersetensis pagi comes, (82) in ejus contume-

(72) Karolo isti Arnulfus rex. Carolo Crasso in imperio successit Arnulfus, Carlomani Bavariz regis filius sparius. In regem Germaniz mense Novembri 887 electus, consecratus est imperator a Formoso papa ante diem 4 Aprilis, A. D. 896.

(73) Tutor Ludowici pueri, etc. Boso, quem Carolus Calvus Papiz ducem creaverat an. 876, eodem anno uxorem duxerat Hermengardam, Carolo in Franciam reduce, obiitque die 11 Januarii, A. D. 887. De hoc conjugio ortus est Ludovicus, qui igitur anno quo pater ejus obiit, quo visio Caroli Crassi locum habuisse conjicitur, quo etiam Arnulfus in regem Germaniz electus est, annos fere novem natus erat. Hac ætate Ludovicus Arnulfi curæ committi potuit, sed hoc nullius antiqui Francorum scriptoris auctoritate nititur. Hermengarda, Bosonis vidua, Arnulfum Forchemii an. 890 inivit, ea mente, juxta Mabillonii conjecturam, ut illum induceret ad sauciendam inaugurationem filii sui Ludovici, eodem anno Burgundiz regis in concilio Valentino electi. (MABILLON, lib. II. *Annal. Bened.*, num. 47.) Defuncto Bosone, Ludovicus, juxta Francicas Annales, imperatorem Carolum Crassum Kirchmii adiit, qui ejus homagium lubens admisit, et in filium adoptavit. A summo pontifice imperialem coronam accepit Ludovicus.

(74) Quindecim annos. Ex quo hi quindecim anni computandi sunt non apparet. Arnulfus imperator obiit die 29 Novembris, A. D. 899, in quinto imperii sui anno, regni duodecimo prorsus completo.

(75) Lodowicus idem. Ludovicus IV, Arnulfi filius, falso hic pro Ludovico Bosonis filio sumitur. Prior enim est qui a Germanis principibus in imperatorem electus est, defuncto patre, anno 899. Quamvis nunquam ut imperator sit habitus, eo defuncto Conradus electus est, qui in Germania usque ad mortem die 23 Decembris, A. D. 918, regnavit. Ludovicus imperator Bosonis filius, Conrado, Germaniz regi, plures annos superstes fuit.

(76) Conradus... imperavit. Defuncto Ludovico IV, Conradus, Franconiz comes, et imperatoris Arnulfi gener Germaniz imperator electus est A. D. 912; sed ejus auctoritas in Italia non agnita. Contendunt quidam Conradum ejusque successorem

etiam conjurati, regno eum proturbare nitebantur; sed, maturiori mediante consilio, regnum inter parentem et prolem divisum. Injusta ea fuit partitio. Adeo malignitas obtinuerat ut pars occidentalis melior filio, deterior orientalis patri, daretur. Verumtamen ille incredibili clementia (plusquam civile bellum formidans) æquanimitè filio cessit; provinciales; qui dignitatem ejus asserturi conveniant, leni oratione cohibens. Ita quamvis omnis controversia pro alienigena uxore fuerit, magna illam dignatione habitam throno etiam, contra morem West-Saxonum, juxta se locabat; non enim West-Saxones reginam vel juxta regem sedere, vel reginæ appellatione insigniri, patiuntur, (83) propter malitiam Edburgæ filiz Offæ regis Merciorum. Ea, (84) ut prædiximus, Brihtrico regi West-Saxonum nupta, benignum (ut aiunt) virum in perniciem insontum nequam consiliis armare; quos vero insimulare nequibat, potionibus noxis intercipere (A. D. 787-802). Compertum in quodam adolescentulo regi dilectissimo, quem Hla veneno sustulit; confestimque Brihtricus decubuit, et recessit, quod ex potu sine reginæ nimirum conscientia prægustaverat. Effusus ergo rumor in

Henricum nunquam fuisse imperatores, quia his temporibus mos erat eos solos imperatores haberi qui a summo pontifice imperialem coronam acceperant; primus igitur, extincto Germanico Carolo Magni stirpis ramo, dignitatem hanc adeptus est Otto Magnus, Henrici filius, qui anno 962 imperator est creatus.

(77) Filius Henricus. Henricus Germaniz imperator, cognomento Auceps, filius erat Ottonis, Saxoniz ducis, ex Liutgarda, imperatoris Arnulfi nata. Vide supra § 68, ubi persimilis error occurrit cum Otto Magnus Conradus nepos vocatur. Obiit Henricus die 2 Julii, A. D. 936, successorumque per electionem habuit filium suum Ottonem.

(78) Quarum, etc. Edgitha, Eadwardi Primogeniti nata, A. D. 950. Ottoni Germaniz posthac regi et posterius imperatori, nupsit. Obiit die 26 Jan. A. D. 947. (*Chron. Ethelwerd.*)

(79) Alteram, etc. Dnas filias de quibus hic agitur, Eadweardus suscepit ex Etheda, Athelmi comitis filia, et consequenter Athelstani semi filia. Aldgitha, seu Elfgiva (in Franca historia Adela dicta), Eblo seu Eble, Rainulpho, Pictonici agri comiti et Aquitaniz duci nupsit. (BOUQUET, IX, 21, not. c.) Falso a quibusdam modernis scriptoribus sumitur pro Eadgiva, alia Eadweardi filia (Eadredi et Eadmundi sorore) quæ conjugio juncta est Ludovico Cæco, Bosonis Arelatis regis filio, quia a Malmesburiensi, § 126, tanquam Ludovicus Aquitaniz princeps describitur.

(80) Filia Karoli Calvi, etc. Judith Ethelwulfo, mense Julio, sponsalibus vincata die 1 Octobris an. 856 matrimonio jungitur. (BOUQUET, VII, 72.) Hac ætate sedecim vix tantum annos nata esse poterat, quippe quod Carolus Hermengardam non ante diem 12 Dec. 842 in conjugium sibi junxerat.

(81) Alstanus et Eanulfus. Ealhtanus, Sciroburnensis episcopus, et Eanulfus eodem anno obierunt, A. D. 867. (*ETHELWERD., Chron.*)

(82) In ejus contumeliam, etc. Confer totam hanc sectionem cum Assori Vita Alfredi, sub anno 855.

(83) Propter malitiam Edburgæ. Asserit Asserus hanc historiam sibi ab Alfredo fuisse relatam.

(84) Ut prædiximus. § 43.

vulgus veneficam regno excedere coegit. Illa, ad Karolum magnum profecta, forte cum uno filiorum stantem invenit; oblati xenitis, imperator, ludibundus et joci plenus, eam quem mallet, vel se vel filium, eligere præcepit. Tum Edburga, contuitu viridis pulchritudinis, ephœbum eligente, Karolus nonnihil motus respondit: « Si me elegisses, filium meum haberes; sed, quia filium meum elegisti, nec me nec illum habebis. » **170** Itaque in monasterio locatam, quo vitam opulenter transigere posset, (85) non multo post depulit stupri ream. Hujus malignitate percussa, Saxones decretum quod dixi protulerunt; sed id Ethelwulfus benignitate sua infirmavit. Paucis vero ante mortem mensibus (86) testamentum fecit, in quo, post divisionem regni inter Ethelwaldum et Ethelbirctum filios, filia quoque dotem emancipavit; semperque ad finem seculi in omni (87) suâ hæreditatis decima lida pauperem vestiri et cibari præcepit, omnique anno trecentas auri mancas Romam mitti, quarum centum beato Petro et centum beato Paulo ad luminaria, centum apostolico ad donaria expenderentur. Biennio ergo postquam a Roma venerat supervivens (88) defungitur, et Wintoniæ in episcopatu sepelitur. Ego vero, ut ad seriem postliminio revertar, apponam (89) scriptum libertatis ecclesiarum quod toti concessit Angliæ.

§ 114. « Regnante Domino nostro in perpetuum; dum in nostris temporibus bellorum incendia, et direptiones opum nostrarum, necnon et vastantium **171** crudelissimas deprædationes hostium, barbararum paganarumque gentium multiplices tribulationes, ad affligendum usque ad internecionem, tempora cernimus incumbere periculosa. Quamobrem ego Ethelwulfus rex Occidentalium Saxonum, cum consilio episcoporum ac principum meorum, consilium salubre atque uniforme remedium affirmavi ut aliquam portionem terrarum hæreditariam ante a possidentibus omnibus gradibus, sive famulis et famulabus Dei Deo servientibus, sive laicis (90), semper decimam mansionem ubi minimum sit, tamen partem decimam, in libertatem perpetuam perdonari didicavi, ut sit tuta atque munita ab omnibus secularibus, servitutibus, nec-

(85) *Non multo post depulit, etc.* Eadburha, a Carolo Magno pulsa, Papiæ miserrime obiit, ubi multis, quibusdam confabulatus erat Asserus, quotidianum victum mendicans obvia fuit.

(86) *Testamentum fecit.* Vide supra § 109, not. 72.

(87) *Omni, d. e. m.; omnis, a. s. c. l.*

(88) *Defungitur.* Obiit Ethelwulfus a. D. 858 (*Ann. Bertin.* BOUQUET, VII, 73; SIM. DUNELM., et *Chron. de Mailros.*) 15 Jan.; in quibusdam mss. Jun. (Flor. Wigorn.)

(89) *Scriptum libertatis eccles.* Concessio ab Ethelwulfo facta pariter apud Ingulphum invenitur, ubi die 3 Novembris, indict. III, a. D. 855, insignita est. Sensus deficere videtur in duobus exemplaribus, qualia apud Malmesburiensem et Ingulphum occurrunt. Confer chartam die sancto Pascha datam, a. D. 854. (Vide § 109 et 114, not.) Ilanc tamen concessionem factam scribit Ingulphus reverso Roma

A non regalibus tributis majoribus et minoribus, sive taxationibus, quod nos dicimus Witereden; sitque libera omnium rerum, pro remissione animarum et peccatorum nostrorum, Deo soli ad servendum, sine expeditione et pontis instructione et arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis ad Dominum (91) preces sine cessatione fundant, quo eorum servitum in aliqua parte levigamus.) Placuit autem tunc postea episcopis Alstano Scireburnensis ecclesiæ, et Swithuno Wintancestrensis ecclesiæ, cum suis abbatibus et servis Dei consilium inire, ut omnes fratres et sorores nostræ ad unamquamque ecclesiam omni hebdomada, Mercurii die, hoc est Wodnesteg, omnis congregatio cantet quinquaginta psalmos, et unusquisque presbyter duas missas, unam pro rege Ethelwulfo, et aliam pro ducibus ejus huic dono consentientibus, pro mercede et refrigerio delictorum suorum: pro rege vivente, « Deus qui justificas; » pro duobus viventibus, « Prætede, Domine; » postquam autem **172** defuncti fuerint, pro rege defuncto singulariter, pro principibus defunctis communiter: et hoc sit tam firmiter constitutum omnibus Christianitatis diebus, sicut libertas illa constituta est, quamdiu fides crescit in gente Anglorum. Scripta est autem hæc donationis cartula anno Domini incarnationis (92) octingentesimo decimo quarto, indictione quarta, die quinto (93) nonas Novembris, in (94) civitate Wentana, in ecclesia sancti Petri ante altare capitale: et hoc fecerunt pro honore sancti Michaelis archangeli, et sanctæ Mariæ reginæ gloriosæ Dei genitricis; simulque et beati Petri apostolorum principis, necnon et sancti patris nostri Gregorii papæ, atque omnium sanctorum. Et tunc, pro ampliore firmitate, rex Ethelwulfus posuit cartulam supra altare S. Petri; et episcopi pro fide Dei acceperunt, et postea per omnes ecclesias transierunt in suis parochiis, secundum quod prædictum est.

§ 115. (95) Ab hoc Anglorum Chronica sursum versus usque ad Adæm lineam generationis repunt texunt, sicut Lucam evangelistam a Domino Jesu factitasse cognovimus; quod si ego etiam fecero, fortasse non erit supervacaneum, quanquam timen-

D Ethelwulfo, unde non rediit ante autumnum anni 856. Tunc tantum confirmatam esse satis probabile est. Decimarum concessionem anno 855, antequam rex Romam adiret, ascribit Asserus; quod Simeoni Dunelm., Chron. de Melros., et aliis auctoribus convenit.

(90) *Laicis.* Ingulph. Laicis miseris.

(91) *Dominum.* E.; Deum, a. s. c. d. l.

(92) *Octingentesimo decimo quarto.* D. e. m.; octingentesimo quadragesimo quarto, a. s. c. l. Temporis nota, ut videtur, in omnibus mss. corrupta est. In charta, qualis apud Ingulphum occurrit, Burgredus, Merciorum rex, et Eadmundus Orientalium Anglorum, tanquam testes nominantur; prior thronum conscendit a. D. 852; posterior coronatus est die Natalis Domini 854. Vide p. 170, not.

(93) *Quinto.* s. c. d. e. m.; quoque, a. l.

(94) *Civitate Wentana.* Winchester.

(95) *Ab hoc.* a. d. e. l. un.; ab hoc rege, s. c.

dum sit ne barbaricorum nomihum hiatus vulneret A aures desnetorum in talibus.

§ 116 (96) Ethelwulfus fuit filius Egbirhti; Egbirhtus Elmundi; Elmundus Eafæ; Eafa Eoppæ; **173** Eoppa Ingildi fratris Inæ regis, qui ambo filii fuere Chenredi; Chenredus Chelwaldi; Chelwaldus Cudæ; Cuda Cudwini; Cudwinus Cheaulini; Cheaulinus Chinrici; (97) Chinricus Cherdicii, qui fuit primus rex West-Saxonum; Cherdicius Elesii; Elesius Eslii; Eslius Giwii; Giwius Wigii; Wigius Frewini; Frewinus Fridegarii; Fridegarius Brondii; Brondius Beldegii; Beldegus Wodenii; de isto, ut sæpe diximus, processere reges multarum gentium: Wodenius fuit filius Fridewaldi; Fridewaldus Frelaßi; (98) Frelaßus Finni; Finnus Godmæ; Godulfus Getii; Getius Tetii; (99) Tetius Beowii; (100) Beowius (1) Sceldii; (2) Sceldius Sceaf. (3) Iste, ut ferunt, in quamdam insulam Germaniæ Scandzam (de qua (4) Jordanes, historiographus Gothorum, loquitur) appulsus, navi sine remige, puerulus, posito ad caput frumenti manipulo, dormiens, ideoque Sceaf nuncupatus, ab hominibus regionis illius pro miraculo exceptus, et sæculo nutritus: adulta ætate regnavit in oppido quod tunc Slawic, nunc vero Hatthebi appellatur. **174** Est autem regio illa Anglia Vetus diæta, unde Angli venerunt in Britanniam, inter Saxones et Gothos constituta. (5) Sceaf fuit filius Heremodii;

(96) Ethelwulfus fuit filius Egbirhti. Hæc genealogia occurrit in Sax. Chron., A. D. 855, et in Assero, C Æthelweardo, et Florent. Wigorn.

(97) Chinricus. Quidam manuscripti, Asserus et Florentius Wigorn. legunt « Chinricus Creodingii (Creod), Creodingius Cherdicii. »

(98) Frelaßus. Saxon. Chronica legunt « Frelaßus filius Frithuwulfi, Frithuwulfus Finni. »

(99) Tetius. Saxon. Chronic., *Tætwa*; glossa *Phillis* in l.

(100) Beowius. Glossa *Assaricus* in l.

(1) Sceldii. Glossa *Ebrauci* in l.

(2) Sceldius Sceaf. Saxon. Chron. hic legunt: « Sceldiwea Heremod, Heremod Istermonis, Istermon Hathra, Hathra Hwala, Hwala Bedwigii, Bedwigius Sceaf, id est filius Noe. »

(3) Iste. e. l.; iste Sceaf, d. m. — « Ipse Sceaf eum uno dromone advectus est in insula oceani quæ dicitur Scani, armis circumdatus; eratque valde recens puer, et ab incolis illius terræ ignotus; attamen ab eis suscipitur, et ut familiarem diligenti animo eum custodierunt, et post in regem eligunt. » D (Chron. Ethelwerdi, lib. iii.)

(4) Jordanes. Seu Jornandes, regibus Gothicis qui erant in Italia a secretis, Ravenensis postea episcopus, duo historica opera conscripsit, quorum unum titulus: *De rebus Gothicis*; alteri vero: *De regnorum ac temporum successione*. Sexto sæculo vivebat.

(5) Sceaf fuit filius Heremodii... Strepthii. Vide hujus § not. 2.

(6) Stermonii. Sax. Chron. et Florent Wigorn., Istermon.

(7) Strepthii. Nomen hoc non occurrit in Sax. Chron., Assero, Æthelweardo, neque in Florent. Wigorn.

(8) Regnum paternum, etc. Defuncto fratre, mense Januaria 856, Æthelbaldus in West-Sexam, et Æthelbertus in Cantiam, Surregiam et South Sexam regnaverunt. Prior obiit circa mensem Jul., A. D. 860, quo tempore frater ejus integro patris regno successit.

Heremodius (6) Stermonii; Stermonius Hadræ; Hadra Gwalæ; Gwala Bedwegii: Bedwegius (7) Strepthii; hic, ut dicitur, fuit filius Noe in arca natus.

§ 117. Anno Dominicæ incarnationis octingentesimo quinquagesimo septimo (858) duo filii Ethelwulfi (8) regnum paternum partientes, Ethelbaldus in West-Saxonia, Ethelbirhtus in Cantia, regnaverunt. Ethelbaldus, ignavus et perfidus patri, ejus thorum polluit, (9) in conjugium Judith novercæ post parentis obitum devolutus; sed (10) post quinquennium eo defuncto, et Scireburniæ condito, totum regnum ad alterum derivatum. (11) Hujus tempore manus piratarum, oppulsa Hantuniam, Wintoniam urbem populosam direptioni dedit; sed mox a ducibus regis impigre fugata, **175** multis suorum amissis, ultra mare velivolavit, et, pelago circumgyrato, Tanatum insulam, quæ in Cantia est, elegit ad hiemandum. Cantariæ, (12) datis obsidibus, pecuniaque promissa, quieti indulissent, nisi, fracto fœdere, nocturnis excursionibus piratæ totam regionem popularentur; quapropter, coacto cæto, fœditragos expulere. (13) Ethelbirhtus, strenue dulciterque regnum modulatus (14), naturæ debitum solvit post regni quinquennium, Scireburniæ sepultus.

§ 118. Anno Dominicæ incarnationis (15) octingentesimo sexagesimo septimo Ethelredus filius Ethelwul-

(9) In conjugium Judith novercæ. Annales Wintoniæ (*Angl. sacra*, vol. I, p. 204) referunt, admonente sancto Swithuno, Æthelbaldum incestus sui prænituisse, eumque a noverca sua discussisse. Judith in Franciam circa annum 861 rediit, non ante tamen Æthelbaldi obitum. Vide *Annal. Bertin.* an. 862. (Bouquet, VII, 77.) Baldwino nupsit Flandriæ comiti, cognomento *Bras de fer*, an. 865.

(10) Post quinquennium. Æthelbaldus, superstite patre, duobus annis et dimidio regnavit, videlicet a tempore quo Æthelwulfus Romanum profectus est an. 855; anni vero duo et dimidius a mense Januario 858 ad Julium 860 quo obiit quinque efficiunt annos ejus regno a Malmesburiensi et Sax. Chron. ascriptos.

(11) Hujus tempore manus piratarum. Wintoniam depopulati sunt Dani anno 860.

(12) Datis obsidibus. Anno 864 (*Sax Chron.* A. D. 865), Dani, ut refert Asserus, hieme in insula Thaneto transacta, inducias cum Cantuariis pepigerunt qui pecuniam promittebant; sed fidem datam continententes, plurisque depredatione quam servata pace se consecuturos arbitantes, orientalem Cantia partem totam diriperunt.

(13) Ethelbirhtus. Æthelbertus annos fere octo integros regnavit, id est duos, et dimidium in Cantia antequam Occidentalis Saxonie throno succederet, et ultra quinque defuncto fratre. Obiit circa mensem Februar. A. D. 866, successoremque habuit fratrem suum Æthelredum.

(14) Modulatus e., moderatus, a. s. c. d. l.

(15) Octingentesimo sexagesimo septimo. Malmesburiensis promotionem Æthelridi anno 867 ascribendo, uno anno tardior est quam Saxon. Chronica, Asserus et Florentius Wigorn. Thorne eandem temporis notam ac Malmesburiensis admittit. Si tamen annorū numerus a Malmesburiensi Æthelredi et prædecessoris ejus Æthelberhti regno assignatus, sit correctus; illum thronum conscendisse circa mensem Februar. 866, et die 25 Aprilis 871 obiisse statuendum esset.

in regnum patriam (16) obtinuit, eodem numero (17) a pedibus salutem committentes, fugere. (27) Cæsus ibi rex Osceg, comites quinque, vulgus innumeram.

§ 120. Meminerit interea lector quod interim reges Merciorum et Northankimbrorum, captata occasione adventus Danorum, quorum bellis Ethelredus insudabat, a servitio West-Saxonum respirantes, dominationem pene suam asseruerant. Arlebant ergo cunctæ sævis (28) populatibus provinciarum; unusquisque regum inimicos magis in suis sedibus sustinere, quam compatriotis laborantibus opem porrigere, curabat: ita, dum maluit vindicare quam prævenire injuriam, socordia sua exanguem reddere patriam. Dani sine obstaculo succrescere, dum et provincialibus timor increceret, et proxima quæque victoria, per additamentum captivorum,

§ 119. Memorabilis præ cæteris pugna fuit quam apud (24) Escendune fecit (A. D. 871); congregato namque eo loci Danorum exercitu, et in partes diviso, hinc duobus (22) regibus, illinc omnibus ducibus, rex cum fratre Elfredus adventavit. Itaque sortito par pari retulere ut Ethelredus contra reges, Elfredus contra duces consisteret. Utrorumque exercituum animis erectis, vesper jam occidens bellum in crastinum protelavit. Vix ergo repente diluculo Elfredus paratus aderat: (25), frater, divino intentus officio, remanserat in tentorio; stimulatusque nuncio paganos esseratis meatibus irruere, negavit se quoquam progredi quoad esset finis officii. Quæ fides regis multum fratrem adjuvit, (24) immaturitate juventutis præproperum 177 etiam (25) progressum: namque jam (26) acies Anglorum declinabant, et, urgentibus ex alto adversariis, fugam meditabantur, quod iniquo Christianis loco pugnaretur; cum ille, Dei cruce consignatus, ex insperato advolat, hostem proturbans, civem in arma ciens; cujus virtute simul et Dei miraculo Dani territi,

B instrumentum sequentis fieret. Orientalium Anglorum pagi, cum urbibus et vicis, a prædonibus possessi: (29) rex eorum sanctus Eadmundus, ab eisdem 178 (30) interemptus, temporanea mortis compendio regnum emit æternum. Mercii, non semel obtriti, obsidatu miseras suas levaverunt. Northankimbrum, jamdudum civilibus dissensionibus fluctantes, adventante hoste correxerunt discordiam. Itaque (31) Osbirhtum regem, quem expulerant, in solium reformantes, magnosque moliti paratus, obviam predeunt (A. D. 867), sed facile pulsi intra urbem Eboracum se includunt; qua mox a victoribus succenas, cum laxos crines effusior flamma produceret, tota depascens mœnia, ipsi quoque conflagrati patriam ossibus texere suis. Sic Northankimbrum, bellico jure obtenta, barbarorum dominium multo post tempore pro conscientia libertatis ingemit. At vero rex Ethelredus multis laboribus infractus obiit, et Winburnæ sepultus est.

§ 121. Anno Dominicæ incarnationis (32) octingentesimo septuagesimo secundo, Elfredus, filius

In Danorum vero historia Ivarus dicitur. (Tit. lib. v, p. 275).

(28) *Populatibus*. d. e. l., *popularibus*, s., *populantibus*, a., *populationibus*, c.

(29) *Rex . . . Eadmundus*. Eadmundus, orientaliū Anglorum rex, ab Inguaro, Ragnari Lothbri filio, (seu juxta quosdam, Ivari filio, et Ragnari nepote) die 20 Novembris 870, capite truncatus est. Confer acta SS. (tom. VII, pp. 465-472, edil. Colob. 1575), et Matth. Werim. *Flores hist.* p. 314.

(30) *Interemptus*. c. d. e. l. m., *interemptus anno Dominicæ incarnationis octingentesimo septuagesimo, duodecimo kalendas Decembris*, a. s.

(31) *Osbirhtum regem*, etc. Verno tempore an. 867 Normanni vela solverunt regem Ellam aggressuri, qui Deiræ thronum, deturbato Osberhto, usurpaverat. Corrivales Reges ambo æmuli adversus communem hostem opes conjungere; sed in prælio apud Eboracum inito, Northankimbrum plane devicti, Osberhtusque et Ella cæsi sunt. Post hac, Northankimbrum Saxonium esse regnum desiit.

(32) *Octingentesimo*, etc. Æthelredus mortali plaga vulneratus est in uno ex præliis adversus Danos initis, ante Pascha (die 15 April.), et paulo post obiit, die 24 Apr. an. 871. Throno tunc successit Æthelredus, in quo triginta annis et sex mensibus seduit. Ex annis viginti octo et dimidio Ælfridi regno Malmesburiensi et Sax. chronicis assignatis, etsi etiam a die 24 Apr. 872 computarentur, non perficitur

(16) *Patrium*. c. c. l., *paternum*, a. s. d. m.

(17) *Anorum*. a. s. d. e., omitt. in a. c. l.

(18) *Proditum*. a. s. e. l., *traditum*, c. d.

(19) *Rex novies*, etc. Novies cum Danis armis conflixit Æthelredus ante Pascha A. D. 871. (*Sax. Chron. et Asser. De gest. reg. Ælfredi.*)

(20) *Comites novem*. Inter comites qui ex parte Normannorum ceciderunt, Sidrocus erat, natu major, qui tot et tantas in Francia, regnante Carolo Calvo vastationes commiserat. Alii, quorum nomina in Sax. Chron. inseruntur, Sidrocus natu minor erant, Osbearn, Frana, Haraldusque comites, et Bachsecgus rex. Æthelwulfus, Berkshireensis comes et Heahmundus, Scirelurnensis episcopus, ex parte Anglorum cæsi sunt.

(21) *Escendune*. Aston, in Berkshire.

(22) *Regibus*. a. s. c. l., deest in d. e. m. Nomina regum erant Halfdanus et Bachsecgus (qui idem esse ac Ivarus conjicitur), uterque ex numerosa Ragnari Ludbrolii progenie.

(23) *Frater divino intentus officio*. Vide Asser Vitam Ælfridi, A. D. 871.

(24) *Immaturitate*. a. s. c. e. l., *intemeritate*, d. m.

(25) *Etiam*. d. e. m., et jam, a. s. c. e. l.

(26) *Namque jam*. a. s. c. e. l., *jam jamque*, d. m.

(27) *Cæsus ibi rex Osceg*. Apud Sax. Chron. et Asserum, rex iste Bachsugus et Burgsugus vocatur.

Æthelwulf junior, qui unctionem regiam et coronam (33) primus a papa Leone (34) quarto (35) olim Romæ 179 suscepit, ut prædiximus, regnum accepit, et viginti octo (36) et semis annos laboriosissime sed fortissime tenuit. Laborum ejus inextricabiles labyrinthos sigillatim evolvere non fuit consilium; propterea quod sit legentium quædam confusio, gestorum per omnes annos recensitio: nam quia (37) exercitus hostilis per eum vel satellites ejus ab una parte regionis fugatus in alteram secedebat, rursusque inde pulsus alia loca petebat, omnia rapiis et cædibus complens, eum quoque scripto sequi, et, ut ita dicam, cum eo insulam circuire, forsitan quis dixerit extremæ esse dementiae; summam igitur omnia exponam. Continuis novem annis cum hostibus compugnans, modo incertis foederibus illusus, modo in illudentes ultus, ad hoc tandem inopie coactus est, ut, vix tribus pagis (38) in fide regentibus, id est, Hamptescire, Wiltescire, Sumerseta, etiam in insulam quamdam palustri uligine vix accessibilem, vocabulo (39) Adelingia, (40) refugerit. Solebat ipse postea, 180 in tempora felicitiora reductus, casus suos jocunda hilarique comitate familiaribus exponere, qualiterque per beati Cuthberti meritum eos evaserit; sicut plerumque mos est mortalibus ut eos illa juvet meminisse quæ olim horruerint excepisse. Nam cum quadam die inclusus in insula solus domi esset, sociis per oram fluminis ad piscandum dispersis, corpus curis ægram sopori commisit; et ecce, Cuthbertus, Lindisfarnensis quondam episcopus, his dormientem alloquitur: « Ego sum Cuthbertus, si audisti; misit me Dominus ut tibi prospera annunciem: quia enim Anglia jamdudum peccatorum pœnas enormiter luit, modo tandem (41), indigenarum sanctorum meritis, super eam misericordiae suæ oculis respicit. Tu quoque, tam miserabiliter regno extorris, gloriose post paucum tempus in solio reponeris, atque inde

(42) signum eximium tibi dabo: venient hodie piscatores tui, magnam vim grandium piscium corbis evohentes; quod eo erit mirabilis, quia hodiebus, gelante aqua, fluvius asperatus nihil laesperari promittit; super hæc, hodie gelido rora stillans aer omnem piscantium artem eludit: verum tu, fortunæ secundæ compos, regaliter feceris si adiutorem tuum Deum, et me ejus nuncium, competenti devotione demerueris. » Hæc dicens sanctus, regem soporatum (43) sollicitudinibus exiit; matremque etiam prope cubantem, tenuisque somnos propter levamen curarum ad durum cubile invitantem, ejusdem nuncii lætitia confortavit. Experrecti (44) ambo unum et idem se somniasse frequenti verborum recursu iterabant, 181 cum piscatores ingressi tantam piscium copiam exhibuere ut cuiusvis magni exercitus ingluviem saturare (45) posse videretur. Nec multo post, ergastulum exire ausus, magnæ astutiæ periculum fecit. (46) Regis enim Danorum, sub specie mimi, subiens tentoria, unius tantum fidelissimi fruebatur conscientia: ibi, ut joculariæ professor artis, etiam in secretiora tricliviæ admissus, nihil fuit arcanum quod non exciperet tum oculis tum auribus; pluresque dies ibi moratus, cum ex omnibus quæ nosse desiderarat animo satisfecisset suo, Adelingiam rediit, congregatisque comitibus exponit inimicorum otium leveque vincendi negotium. Cunctis ad audendum (47) erectis, ipse, contractis undecunque auxiliis, exploratoribusque præmissis, de sede barbarorum certior redditus, eosque repente adorsus, (48) incredibili strage cecidit: residui, cum rege suo, dederunt obsides quod Christianitatem susciperent et ab Anglia (49) discederent, quod et factum est: namque (50) rex eorum Gudram, quem nostri Gurmundum vocant, cum triginta proceribus et omni pene populo, baptizatus, et in filium a rege Elfrido susceptus est. (51) Datæ ei provinciæ Orientalium Anglorum et 182 Nor-

annus 901, cui Malmesburiensis Ælfridi obitum, et Eadwardi Primogeniti in regnum promotionem recte refert.

(33) *Primus*. d. e. m., omitt. in a. s. c. l.

(34) *Quarto*. d. e. m., omitt. in a. s. c. l.

(35) *Olim Romæ suscepit*. a. d. 853. Vide supra § 109, not. 73.

(36) *Octo*. s. c. d. e. l., *novem*, a.

(37) *Exercitus hostilis*. Danorum vel normannorum. Quisquis eorum progressus discere cupit, saxon. chronica consulat.

(38) *Pagis*. s. c. d. e., *plagis*, a. l.

(39) *Adelingia*. a. e. l., *Adelingham*, c., *Etherelindia*, d. m., — (*Athelney*, in Somersetsshire.)

(40) *Refugerit*. Ælfridus retrocedere et in silvam Selwood confugere coactus est A. D. 878, quo anno, post Pascha, Adelingiæ arcem construxit. Huic temporis videtur ascribenda historia seu legenda de Bubulci conjuge, quæ refertur in Annal. Assero attributis (et in quibusdam ejus Ælfridi Vitæ exemplaribus insertum est); sed hæc probabiliter historia anonyma cuidam S. Neoti Vita scriptori debetur. Quemadmodum quæ tunc temporis adversa rex sustinuit, ea ab S. Neoto Ælfridi amico et, ut fertur, consanguineo, in castigationem regi prædicta narratur, ita etiam ejus liberatio ejusdem

sancti interventui ascribitur qui postea se regi manifestavit animoque ejus erigendum curavit. Hæc et S. Cuthberti historia, mera pariter commenta videntur. S. Cuthberti legendam reperire est in fragmento ad Ecclesiam Dunelm. pertinente, quod editum est in Act. SS. (die 19 Martii). Vide etiam Vitam S. Cuthberti. (ms. Coll. Nero A. II.)

D (41) *Tandem*. c. d. e. l., *tandem Deus*, a. s.

(42) *Inde*. e. d. m., *adeo*, a. s. c. l.

(43) *Soporatum*. a. s. c. d. k. l. m., omitt. in e.

(44) *Experrecti*. a. s. d. e. l., *experti* c.

(45) *Saturare*. e., *exsaturare*, a. s. c. d. l.

(46) *Regis enim Danorum*, etc. Hoc non invenitur in Asseri Vita Ælfridi. Prope simile quid de Olafo, Danico principe refertur, castra Æthelstani sub specie tibicinis ingrediente, in § 131.

(47) *Audendum*. a. d. l. m., *audiendum*, s. c. e.

(48) *Incredibili strage cecidit*. In loco Ethandum dicto, A. D. 878. (Asser. *De reb. gest. Ælfridi*.)

(49) *Anglia*. i. e. Wessex.

(50) *Rex eorum Gudram*. Guthorm baptizatus est Aller, prope Adelingiam, A. D. 878, ejusque baptismale nomen Æthelstanus est.

(51) *Datæ ei provinciæ*, etc. Hoc erroneum videtur, quod ad Northanimbriam spectat. Saxonica Chronica habent *Notherna*, et Florentius Wigorn.

thanhimbrorum, ut eas sub fidelitate regis jure so-
 veret hæreditario quas pervaserat latrocinio. Verum,
 quia non mutabit Ethiops pellem suam, datas ille
 terras tyrannico fastu undecim annis proterens, (52)
 duodecimo vitam finivit, posteris quoque perfidiae
 successionem transmittens; donec, a (53) nepote istius
 Elfredi Ethelstano subjugati, regem unum Angliæ
 fieri vel invitæ concesserint, sicut hic dies invenit.
 Cæteri ex Danis, qui Christiani esse recusassent,
 (54) cum Hastengo mare transfretaverunt [A. D.
 853], ubi, quæ mala fecerint, indigenæ norunt;
 tota enim ora maritimâ usque ad mare Tyrrhenum
 grassati, Parisius, et Turonis, et multas alias urbes
 quæ vel super Sequanam vel Ligerim, nobiles Galliæ
 fluvios, sitæ sunt, civibus vacuarunt. Tunc corpora
 multorum sanctorum ab antiquæ requietionis sedi-
 bus eruta, et ad tutiora loca delata, peregrinas ec-
 clesias, 183 usque ad hoc tempus, cineribus nobili-
 tarunt suis. Tunc et (55) beati Martini corpus, ut
 (56) Sidonius ait,

Totis venerabile terris,

In quo post vite tempora vivit honos,

Autiodorum a clericis suis portatum, et in ecclesia
 beati Germani locatum, inauditis signis circumja-
 centium regionum homines excitabat. Cumque ad-
 ventantes pro remediorum gratia plurima conferrent,
 quæ bajulorum onera palpant, ut fieri solet, ex pecu-
 niæ partitione iis commissa; Turonicis totam
 vendicantibus, quod eorum herus oblatores mira-
 bilibus invitasset; indigenis contra referentibus (57),
 Germanum non disparem merito, æqualem officio,
 et videri quidem amborum esse potentiam, sed præ-
 ponderare prærogativam ecclesiæ. Ad laxandum

rex Northmannicus, quod primo visu in *Northan-*
mbriam converti facile potuit (SHARPE, 152). Vide
 supra § 97, not.

(52) *Duodecimo vitam finivit.* Guthorm obiit A. D.
 891. « Mortuus est itaque anno quartodecimo post-
 quam baptismum suscepit, mansoleatusque est in
 villa regia quæ vocatur Headleaga, apud Orientales
 Anglos. » (*Annal. male Asserio* tribut.)

(53) *A nepote*, etc. Dani ex Orientali Anglia
 pulsî, et eorum regnum West-Saxoniam annexum,
 sub Edwardo Primogenito, A. D. 918. Hic Malmes-
 buriensis referre videtur ad tempus mortis Sihtricæ,
 Northanmborum regis, A. D. 926, quo Æthelstanus,
 pulso Guthfertho, an. 927, Northanmbriam reg-
 num obtinuit.

(54) *Cum Hastengo mare transfret.* Ambigitur
 utrum dux qui tunc temporis Danos adversus Æl-
 fredum conduxit idem sit Hastings qui regnante
 Carolo Calvo Franciam et Europæ meridionalem
 partem depopulatus fuerat. Hic a quibusdam ut
 prioris filius habitus est. Prior Hastings, ut fer-
 tur, ad Christianam religionem conversus fuerat,
 et, tanquam Caroli Simplicis cliens, regio exercitu
 se conjunxit quando Normanni Rollone duce Fran-
 ciam invaserunt, an. 898. Ex tempore quo Hastin-
 gus, funditus ab Alfredo, an. 896, devictus, Ang-
 lia pulsus est, unus et idem Hastings forte sta-
 tuendus.

(55) *B. Martini corpus.* S. Martinus episcopus
 Turonensis, obiit an. 395 inter et 400. Aquilonar-
 es invasores, Hastengo duce, mense Novembri 853,
 Ligerim ingressi, Turonas adnavigare, civitatemque
 cum ecclesia S. Martini destruxerunt. Sancti Mar-

A dubietatis nodum quaeritur, et ponitur inter duorum
 sanctorum corpora, leprosus, vix solo anhelitu pal-
 pitans, cætera tabidus, et in vivo cadavere jam præ-
 mortuus; arcetur tota nocte humana custodia, vigi-
 lat tantam Martini gloria. Nam postera die apparuit
 cutis hominis (58) a parte illius splendida, a parte
 vero (59) Germani solita deformitate 184 lurida. Et
 ne darent eventui miraculum, obvertunt Martino hanc
 morbidum: jam vero cum primo (60) aurora in le-
 com proreperet, a festinantibus ministris invenitur
 vir tota cute integer, tota (61) incolumis, prædicans
 benevolentiam domestici præsulis, qua cessit honori
 gratis imi hospitis. Ita Turonici, ex tunc et deinceps,
 per patroni suffragium tuto familiare enutrabant
 marsupium, donec pacis aura clementior propriis
 eos penatibus invexit. Latrunculi enim, tredecim
 annis Gallias infestantes, ad extremum ab (62) Er-
 nulfo imperatore et Britannis multis præliis victi,
 in Angliam opportunum scilicet tyrannidis suffi-
 gium, convolvere. Quo spatio Elfredus totam insu-
 lam, præter quod Dani habebant (63), animo subdi-
 derat suo; volentes enim Angli in ejus potestatem
 concesserant, gaudentes se talem virum edidisse,
 qui possessillos in libertatem evehere. (64) Londoniam,
 caput regni Merciorum, cuidam primario, Eheredo,
 in fidelitatem suam cum filia Ethelfreda (65) conce-
 sit. Ille magna virtute et fide agere, commissa tutari
 sæculo, Orientales et Northanimbros, jamdudum
 discessionem a rege partientes, in statu continit,
 obsides præbere compellens. Quod quantum profe-
 cerit, sequens occasio probavit. Nam cum, illis qua-
 tuordecim (66) annis, pacis serenitate et 185 gloriæ
 ubertate Anglia gauderet (67) rediit aquilonalis lues

tini corpus primum Cormeriacum, deinde Autio-
 dorum translatum est. Civium animos hac tempestate,
 visu reliquiarum S. Martini, civitatis patroni, mi-
 rum in modum excitatos fuisse traditum est. (*An-
 nal. Bertin.; Tractat.* Odonis abbat. Cluniac.; Bou-
 quer, VII, 69, 371, VIII, 300.)

(56) *Sidonius.* Caius Solfius Sidonius Apollinaris,
 Claromontis in Arvernia, episcopus, unus ex illu-
 strioribus quinti sæculi prælati. Obiit die 25^a Aug.
 A. D. 482. Opera ejus jam anno 1473 edita. (Sua
 op. ed. Sismondi, Paris, 1632.)

(57) *Germanum.* Germanum Antissiodor. episc.
 sæculo v. Vide § 22, not.

(58) *A parte illius splendida.* a. s. c. d. k. l. m.;
 D omitt. in e.

(59) *Vero.* a. s. c. d. k. l. m.; omitt. in e.

(60) *Primo.* e.; prima, a. s. c. d. l. :

(61) *Tota.* c. e. l.; totus, a. s. d. m.

(62) *Ernulfo imp.* etc. Normanni, bis in Britanni-
 censi, Arnulfi imperatoris exercitum profligaverunt
 juxta Leodium die 26 Junii, A. D. 891, sed paulo
 post ipsi ab imperatore magna cum strage prostrati.
 (Bouquet, VIII).

(63) *Animo subdiderat suo.* Sax. Chron. A. D. 886.

(64) *Londoniam*, etc. Alfredus, reparata urbe Lon-
 doniensi, quam Dani, an. 886, ingenti clade et ruina
 affecerant, ejus custodiam commisit Ætheredo, seu
 Æthelredo, generi suo, Merciorum comiti. (*Asser.
 De reb. gest. Alfridi.*) Obiit Ætheredus an. Dom. 913.

(65) *Ethelfreda.* a. s. c. d. l., *Ethelfreda*, e.

(66) *Quatuordecim.* d. e. m., *tredecim*, a. s. c. l.

(67) *Rediit aquilonalis lues ista barbarorum.* Dani
 iterum in Angliam appulerunt anno 893.

illa barbarorum. Iterum bella, iterum cædes, denuo Northanhimbrorum et Orientalium Anglorum conjurationes; sed nec advenæ, nec indigenæ, pari quæ superioribus annis sorte perfuncti. Illi, transmarinis præliis immixti, segniores erant ad invadendum: isti, usu bellorum, et hortamenti regis animati, promptiores erant (68), non solum ad resistendum, sed et ad (69) lacessendum. Rex ipse impigre in omnibus necessitatibus aderat, nota suæ virtutis specie alienos territans et suos corroborans; solus adversum pectus hostibus inferre, solus inclinatam aciem restituere. Ostenduntur ab accolis loca singula, in quibus vel malæ fortunæ copiam, vel bonæ persensit inopiam. Cum Elfrædo enim etiam victo, etiam jacente, luclandum erat; adeo, cum omnino contritum putares, « velut anguis lubricus de manu tenentis elapsus, » e cavernis subitus emergebat, sponte insultans inimicos adoriens: plerumque post fugam importabilis, et memoria repulsæ circumspicitur, et ardore vindictæ auclacior. Ex (70) Egelswitha, filia Egfredi comitis, tulit liberos, (71) Ethelswidam, et Edwardum, qui post se regnavit; Ethelstedam, quæ nupta fuit Ethelredo comiti Merciorum (72); Ethelwardum, quem literatissimum **186** perhibent (73); Elfredam et (74) Elfgifam, virgines. Valetudinis adversæ fuit (75), ut qui semper (76) vel fero, vel aliquo interaneorum morbo, ageretur; sed hoc eum a Deo precibus exegisse aiunt, ut, incommoꝝdum admonitu (77), segnius illecebras mundanas amplecteretur (78).

§ 122. Verum inter hæc, miranda, et insigni præ-

conio prosequenda, vita regis Interior. Licet enim, ut quidam ait, (79) leges inter arma sileant, ille inter fremitus (80) armorum leges tollit, quibus sui et divino cultui et disciplinæ militari assuescerent. Et quia occasione barbarorum etiam indigenæ in rapinas anhelaverant, adeo ut nulli tutus commæatus caset sine armorum præsidio, centurias quas dicunt hundrez, et decimas quas thethingas vocant, instituit, ut omnis Anglus, legaliter dumtaxat vivens, haberet et centuriam et decimam. Quod si quis alicujus delicti insimularetur, statim ex centuria et decima exhiberet qui eum vadarentur; qui vero hujusmodi vadem non reperiret, severitatem legum horreret. Si quis autem reus, vel ante vadationem vel post, transfugeret, omnes ex centuria et decima regis **187** multam incurrerent. Hoc commento pacem infulsit provinciæ; ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ in quadrivium finduntur, armillas aureas juberet suspendi, quæ viantium aviditatem riderent, dum non essent qui eas abriperent. Eleemosynis intentus privilegia ecclesiarum, sicut pater statuerat, roboravit; et trans mare Romam, et (81) ad Sanctum Thomam in India, multa munera misit. (82) Legatus in hoc missus Sigelinus, Scireburnensis episcopus, cum magna prosperitate, quod quivis hoc sæculo miretur, Indiam penetravit; inde rediens, exoticos splendoros gemmarum, et liquores aromatum, quorum illa humus ferax est, reportavit. Præterea munus omni obrizo pretiosius, partem Dominici ligni, a papa (83) Marino regi; missam. Monasteria ubi opportunum videbat construxit; (84) unum

(68) *Erant.* a. s. c. d. l. m., omitt. in e.

(69) *Ad.* a. s. c. l., omitt. in d. e. m.

(70) *Egelswitha.* Alfredus uxorem duxit Æthelwitham, Æthelredi comitis et Eadburhæ filiam, ex regia Merciorum domo, A. D. 808, quæ obiit A. D. 903.

(71) *Ethelswidam.* Id est *Ethelstedam.* Nullam Alfredi filiam Æthelswitha nomine designat Asserus. *Ethelstæda* Æthelredo, Merciorum comiti nupserat.

(72) *Ethelwardum, quem literatissimum perhibent.*

Æthelward, omnibus junior, ludis literariæ disciplinæ, divino consilio et admirabili regis providentia, cum omnibus pene totius regionis nobilibus infantibus, et etiam multis ignobilibus, sub diligenti magistrorum cura traditus est; in qua schola utriusque linguæ libri, Latine scilicet et Saxonice, assidue legebantur: scriptio quoque vacabant, ita ut, antequam aptas humanis artibus vires haberent, venatoris scilicet et cæteris artibus quæ nobilibus conveniunt, in liberalibus artibus studiosi et ingeniosi viderentur. (Asser, *De reb. gest. Alfredi.*)

(73) *Elfredam.* Ælfthrytha Baldwinio Calvo, Flandriæ comiti nupserat, sed hujus comubii annus non indicatur. Obiit ipse die 2 Jan. 918, ex ea duos adultos filios relinquens.

(74) *Elfgifam.* Elgiva, seu Æthelgeofu, monasticam vitam professæ, Shaftesburiensis abbatissa facta est.

(75) *Fuit.* a. s. c. d., omitt. in e. l.

(76) *Qui semper... ageretur.* a. s. c. d. quæ semper... agerentur, e.

(77) *Admonitu.* a. s. c. d. l., *admonitæ,* e.

(78) *Amplecteretur.* a. s. c. d. l., *amplectentur,* e.

(79) *Silent leges inter arma.* Cicero, pro Milone,

iv.

(80) *Inter fremitus.* d. e., *inter stridores lituorum,*

inter fremitus, a. s. c. l.

(81) *Ad S. Thomam in India.* Apostolum Thomam Evangelium apud Indos prædicasse traditum est. De S. Thomæ Christianis, confer Lacroze, *Histoire du Christianisme dans les Indes*, 2 vol. in-12, La Haye, 1752. Jussu sancti Augustini eorum historia scripta est, et in Francicum sermonem translata. (*Histoire orientale des grands progrès de l'Eglise Catholique en la réduction des anciens chrétiens dits de Saint-Thomas*, Bruxelles, 1609).

(82) *Legatus,* etc. Hæc missio ad an. 883, refertur. Qui tunc regis eleemosynas Romam et in Indiam perulerunt, hos Sigilmus et Æthelstanum Saxorum chronica vocant absque titulo. Malmesburiensis tamen et Florentius Wigornensis Sigilmum comitem, qui a Danis, an 915 cæsus ut, falso non alium esse existimant ac Sigilmum Scireburnensis episcopus, quem nonnulli hæc circiter ætate vixisse arbitrantur. In opere cui titulus: *Gesta Pontificum* episcopus hic vocatur Sigilmus, et Assero successisse dicitur (an. 883); et Florentius (a quo omnino omittitur in suo sodis illius episcoporum catalogo), de missione ad Romam et ad S. Thomam in India, an. 883, loquens sic fatur: « Assero Scireburnensi episcopo defuncto succedit Suithelmus, qui regis Alfredi eleemosynam ad S. Thomam Indiam detulit, indeque prospere rediit. » Si Suithelmus Scireburnensis unquam episcopus existit, Assero defuncto (an. Dom. 909) succedere pro certo non potuit.

(83) *Marino. e., Martino. d.* Marinus, seu Martinus II papa factus est mense Decembri 882, annoque 884 supremum diem obiit.

(84) *Unum in Adelungia.* Benedictin. cœnobium Adelungia, in *Somersetshire*, ab Alfredi fundatum est anno 888, et Salvatori, S. Petro sanctoque Paulo

in Adelingia, **188** ubi eum laicis superior re-
latio meminit, ibique abbatem (85) Johannem con-
stituit, ex antiqua Saxonia oriundum; (86) alterum
in Wintonia, quod dicitur Novum Monasterium, ubi
(87) Grimbaldum (88) abbatem constituit, qui, se
evocante, et (89) archiepiscopo Remensi mittente,
Angliam venerat, cognitus quod se puerum olim
(ut ferunt) Romam euntem benigno hospitio (90)
confererat. Causa evocationis **189** ut literarum
studium, in Anglia sopitum et pene emortuum, sua
auscultaret industria. (91) Scoftoniense etiam mo-
nasterium sanctimonialibus complevit, ubi et abba-
tissam filiam suam Elfgivam instituit. Habebat (92)
ex Sancto Dewi Asserionem quemdam, scientia non
ignobili instructum, quem Scireburniæ fecit episco-
pum. (93) Hic sensum librorum Boetii De Consola-
tione planioribus verbis enodavit, quos rex ipse in
Anglicam linguam vertit. Præterea, quia nullus in
suo regno literarum erat peritus, evocavit ex Mer-
cia (94) Wicciorum episcopum Werefriþum, qui
jussu regis (95) Dialogorum libros in Anglicum ser-
monem convertit. Hoc tempore creditur fuisse (96)

dedicatum. Fundationis charta, in Reyneri *Apost. Benedict.* in Angl. tom. II, pp. 132 et 133, non recte
an. 852 inscribitur. Hic auctor monasterii founda-
tionem ante Alfredi avum actam esse supponit.

(85) *Joannem.* De quo Joanne hic agatur incertum.
Asserus illum innuit ex veterum Saxonum genere
oriundum, id est ex Germana origine (*De genere
Eald-Saxonum*); et quæ de ejus morte ab illo nar-
rantur Malmesburiensis ad Joannem Scotum refert,
sed nullo modo insinuare videtur unum atque eun-
dem fuisse virum. Joannem Adelingiæ abbatem, e
Gallia, probabiliter Corbeiensi cœnobio, cum Grim-
baldo, invitante Alfredo, venisse conjicit Mabillonius
an. 883, (*Mabillon.*, lib. xxviii, *Annal. Benedict.*, num.
68); dum e contra, si fides sit habenda Chronicis e-
ditis in opere cui titulus: *Scriptores Franciæ* (ex
bibliotheca Thuana), tom. III, p. 359, conjici potest
Joannem Scotum, ab Alfredo, accersitum Francia,
ubi in curia Caroli Calvi degebat, reversum esse
anno 872. Vide etiam Anastasii Bibliothecarii epis-
tolam ad Carolum Calvum (editam in *Ussheri Syl-
loge Epistol. Vet. Hib.*, epist. 24, p. 45.)

(86) *Alterum in Wintonia...* Angliam venerat. s. c.
d. e. l. *Intimum vero Grimbaldum sanctissimum mo-
nachum et curiorem, et hostelarium ecclesiæ sancti
Bertini, qui se evocante et archiepiscopo Remensi Ful-
cone mi tente, Angliam venerat, a.*

(87) *Grimbaldum.* Grimbaldus monachus erat in
cœnobio Sith. u. S. Bertini, unde in Angliam, invitante
Alfredo, venerat. Obiit die 8 Julii, A. D. 903.

(88) *Abbatem.* s. c. d. e., *patronum ecclesiæ, l.*

(89) *Archiep.* Rem. Vide epistolam Fulconis, Rem-
ensis archiepiscopi ad Alfredum, Grimbaldi in
Angliam adventus occasione scriptam. (*ASSERUS Annal. rer. gest. Ælfredi*, ex recens. Fr. Wise, p. 123,
in-8°, Oxon. 1722.) Archiepiscopus occisus est a
Baldwino II, cognomento Calvo, die 17 Junii, A. D.
900.

(90) *Confererat.* s. c. d. e. l.; *confortaverat, a;*
Dein e in famosa civitate Wenta sibi gratissima,
facto interim monasteriolo, collocavit, ubi frequen-
tius visitando et commorando ejus melliflua exhor-
tatione pasceretur, donec illum eminentiori dignita-
ti, quod mire optabat, inthronizaret. Asserit Tanne-
rus Ælfredum hic primo donum et sacellum Grim-
baldi causa condidisse, quem e Flandria accersivcrat;
sed postea testamento cavisse ut insignis domus in

A Johannes Scottus, **190**, vir perspicacis ingenii et
multæ facundiæ, qui, dudum concrepantibus undi-
que bellorum fragoribus, in Franciam ad Karolum
Calvum transierat, cujus rogatu Hierarchiam (97)
Dionysii Areopagitæ in Latinum de Græco verbum
e verbo transtulit; composuit etiam librum quem
περι φύσεων μερισμού, id est De naturæ divisione,
titulavit, propter perplexitatem necessariarum qua-
stionum solvendam bene utilem, si tamen ignoscatur
ei in aliquibus, in quibus a Latinorum tramite devian-
dum in Græcos acriter oculos intendit. Succedenti-
bus annis munificentia Ælfredi allectus venit Angliam,
et apud monasterium nostrum a pueris quos Jobebat
graphiis, ut fertur, perforatus, etiam martyr æsti-
matus est; quod sub ambiguo ad injuriam sanctæ
aninæ non dixerim, cum celebrem ejus memoriam
sepulchrum in sinistro latere altaris, et epitaphii
prodant versus, scabri quidem et moderni tempo-
ris lima carentes, sed ab antiquo non adeo de-
formes.

*Clauditur in tumulo sanctus sophista Johannes,
Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro;*

aquilonari Veteris Monasterii cathedralis ecclesiæ la-
tere ædificaretur.

(91) *Scoftoniense etiam monast.* — Benedicti-
monialium cœnobium Scoftoniæ (*Shafterburg*) circa
annum 888 fundatum est. Observat etiam Camden
ex manuscripto Willelmi Malmesburiensis exemplari,
in bibliotheca D. Burleigh tunc asservato, Ælfredum
universam etiam Scoftoniensium civitatem de inte-
gro ædificasse.

(92) *Ex S. Dewi, etc.* Asserum, Ælfredi amicum et
biographum; hic ex ecclesia (*S. Davidi*) assumptus
Suteburiensis episcopus creatus est, ut videtur,
circa an. 884, annoque 909 vita functus est. Cuncta
fere quæ authentica de vita Ælfredi privata ad au-
num usque 894 nobis tradita sunt, debemus accepta
referre Assero; at multa quæ a Malmesburiensi de
hoc rege referuntur, apud Asserum desunt.

(93) *Hic sensum, etc.* Quam ab Assero opem Æl-
fredus accepisse hic narratur, cujusdam auctor Pra-
lectionis in Statum Scientiæ sub Anglo-Saxonum re-
gimine, singulari modo ad Sighelmum transtulit,
quem nulla chronologiæ ratione liabita, singularem
Ælfredi amicum appellat. Id relatu dignum non esset,
nisi Malmesburiensis tanquam auctoritas citaretur.

(94) *Wicciorum episc.* Werefriþum, seu Will-
frithum, Wigorn. episcopum de quo scribit Asserus:
*In divina scilicet Scriptura bene eruditum. A die 7
Junii, A. D. 873, sedit usque ad an. 915, quo obiit.*

(95) *Dialogorum libros.* a. c. d. e. l.; *Dialogorum
Gregorii libros, s. (Paris, 4 vol. in-fol., 1705.)* Ass-
erus, loquens de Saxonice versionis auctore ait:
Aliquando sensum ex sensu ponens, elucubratum
et elegantissime interpretatus est. Dialogi jam ab
anno 1458 prelo subiecti sunt.

(96) *Joannes Scottus.* Joannes Scotus Erigena,
origine Scotus, Franciam circa noni sæculi medium
adit, ubi celeberrimum transtulit S. Dionysii opus
De divinis nominibus vel cœlestibus ordinibus. De isto
mentio sit a Nicolao papa I in epistola ad Carolum
Calvum; at obitus ejus dies incertus est. (*Usserius,
Sylloge Veter. Epist. Hibern.* xxii, 40.)

(97) *Dionysii Areopag.* Joannes Scotus discedit ab
opinione Hincmari, Anastasii aliorumque Vite S.
Dionysii Areopagitæ translatorum qui primum Par-
siorum episcopum unum et eundem cum Atheniensium
martyre inducere conati sunt.

Martyrio tandem Christi conscendere regnum, Quo, meruit, regnant sancti per secula cuncti.

§ 123. His collateralibus (98) rex frotus, liberales artes totis medullis indidit, in tantum ut nullus Anglorum fuerit vel in intelligendo acutior vel in interpretando elegantior; quod eo magis erat 191 mirum, quia (99) jam duodennis omnis literaturæ expertus fuit. (100) Tunc vero ludo benignæ matris invitatus ut pro munere libellum, quem præ manibus tenebat, acclperet si cito addisceret, joco literas ingressus, aviditate siticulosa combibit. Denique plurimam partem Romanæ bibliothecæ Anglorum auribus dedit, opimam prædam peregrinarum mercium civium usibus convectans; cujus præcipui sunt libri (1) Orosius, Pastoralis Gregorii, Gesta Anglorum Bedæ, Bocetius De consolatione Philosophiæ, liber proprius quem patria lingua (2) Encheridion, id est manualementum, appellavit. Quin et provincialibus grandem amorem studiorum infudit, hos præmiis, illos injuriis hortando; neminem illiteratum ad quamlibet curiæ dignitatem aspirare permittebat. Psalterium transferre aggressus, vix prima parte explicata vivendi finem fecit. In (3) prologo Pastoralis dicit se idcirco ad interpretandos Anglice libros animatum, quod ecclesiæ, in quibus numerosæ a prisco bibliothecæ continebantur, cum libris, a Danis incensæ sint; propterea in tota insula studium literarum abolitum, quod quisque magis vereretur capitis periculum quam sequeretur librorum exercitium. Quapropter se in hoc Anglis suis consulere ut nunc prælibarent tumultuarie, quod postea, si forte pax rediret, 192 Latino edicerent sermone. Ad omnes principales sedes librum hunc suo jussu conscriptum velle transmittere, cum pugillari auro

A in quo esset manca auri; nihil in ista vel aliis interpretationibus ex suo dicere, sed omnia a spectabilibus viris Pleimundo archiepiscopo, Asserione episcopo (4), Grimbaldo et Joanne presbyteris, hausisse. Postremo, ut omnem vitam ejus breviter elucidem, viginti quatuor horas quæ inter diem et noctem jugiter rotantur ita dividebat, ut octo horas in scribendo et legendo et orando, octo in cura corporis, octo in expediendo regni negotia, transigeret. Erat in capella sua candela viginti quatuor partium, æditusque, cui hæc delegabatur providentia, ut per combustionem candelæ regem de singulis admoneret officiiis. (5) Dimidiam portionem omnium censuum, juste duntaxat adquirentium, monasteriis suis delegavit; cunctos præterea redditus in æquas duas partes dividebat. Rursusque primam in tres, quarum primam ministris suis curialibus, secundam operatoribus, quos jugiter in novarum ædium constructionibus, mirabili et ignoto Anglis modo, habebat; tertiam advenis. Secunda pars reddituum ita dividebatur ut prima portio daretur pauperibus regionis suæ, secunda monasteriis, tertia scholasticis, quarta transmarinis ecclesiis. (6) Judiciorum a suis 193 hominibus factorum inquisitor, perperam actorum asperrimus corrector. Illud insolens et inauditum, quod semper sinu gestabat libellum in quo diurni cursus Psalmi continebantur, ut, si quando vacaret, arriperet, et vigilantibus oculis percurreret. Ita vitam egit magna cum finitimis gratia; et Baldwinus comiti Flandriæ (7) Ethelswitha filia in conjugium data, ex qua ille genuit Ernulfum et Adulfum. Iste a patre comitatum Bononiæ suscepit, ex altero sunt hodie comites (8) Flandriæ.

§ 124. Elfredus, (9) naturæ functus munere, se-

(98) *Collateralibus*, s. e. l., *lateralibus*, e. d. k. m. (99) *Jam duodennis omnis literaturæ expertus fuit*, id est usque ad annum 887. (ASSERUS, *De gestis Ælfredi*.)

(100) *Tunc vero ludo benignæ matris invitatus*. Confer Asserum ad an. 866.

(1) *Orosius*, Paulus Orosius, Tarracoenensis, presbyter Hispanus, S. Augustini Hipponensis amicus, a. d. 417 florebat. Anglo-Saxonica ejus universalis Historia versio a Daines Barrington cum Anglica translatione edita fuit (Londini, 1773).

(2) *Encheridion*, a. d. e. l. m., *Handboec*, id est *Manuale*, s. c. k. Vide quæ de hoc libro ab Assero referuntur, et Malmesburiensem *De gest. pontif.* (GALE, vol. III, p. 342).

(3) *Prologo Pastoralis*. Editio in Wise editione Asseri, p. 81, Oxon. 1722.

(4) *Episcopo*, s. e. l., *archiepiscopo*, d. m. Asser. S. David episcopus fuerat.

(5) *Dimidiam portionem*, etc. Affirmat Asserum eam dimidiam partem censuum suorum Deo vovisse; quam deinceps iterum partitus est inter pauperes, in duo monasteria ab ipso condita, in scholam quam instituerat, ac in alia monasteria et ecclesias sive domesticas sive alienas (ASSERUS, *De reb. gest. Ælfredi*).

(6) *Judiciorum a suis*, etc. In *Justitiæ Speculo*, cap. 2, asseritur Ælfredum anno uno non minus quam quadraginta quatuor inferiores judices ad suspendium damnasse, qui sive condemnantes, sive absolventes, judicia absque juratorum sententia

prave protulerant.

(7) *Ethelswitha*. Vide supra § 122, not., ubi Ælfredi filia, Baldwinus II, Flandriæ comiti nupta, Elfreda, seu Ælfthrytha dicitur: In Francica historia Elstruda vocatur. Baldwinus, Calvus in memoriam avi sui materni dictus, ex hoc conjugio duos reliquit filios, Arnulfum et Adulfum, seu Adalolfum, quorum a priore (Arnulfo Magno, Flandria comite. A. D. 918) originem trahebat Mathilda, Willelmi I uxore. Adulphus absque progenie obiit a. d. 953.

(8) *Flandriæ*, s. e. d. e. f. l., post *Flandriæ*, s. h. « Commendatio et obitus Ælfredi regis. — Famosus, bellicosus, victoriosus; viduarum, pupillarum, orphanorum, pauperumque provisor studiosus; poetarum Saxoniorum peritissimus, suæ genti charissimus, affabilis omnibus, liberalissimus; prudentia, fortitudine, temperantia, justitia præditus; in infirmitate qua assidue laborabat patientissimus, in exequendis judiciis indagator discretissimus, in servitio Dei vigilantissimus et devotissimus; Angul-Saxonum rex Ælfredus, piissimi regis Athulfi filius, viginti et novem annis sexque mensibus regni sui peractis, mortem obiit, indictione quarta, quinto Kalendas Novembris, feria quarta, et Wintoniæ in novo monasterio sepultus, immortalitatis stolam et resurrectionis gloriam cum justis expectat. — Hæc ad verbum occurrit in Chron. Florent. Wigorn. ad an. 901.

(9) *Naturæ functus munere*. Ælfredus obiit 26 Octob., A. D. 901.

pultus est Wintoniæ in monasterio suo. (10) Ad A
cujus officinas instruendas, (11) Edwardus filius ejus
sufficiens spatium terræ ab episcopo et canonicis
tunc temporis nundinatus, ad unumquemque pedem
maneam auri publico pondere pensavit. Stupenda
perfecto regis abstinencia, 194 ut tanta se patere-
tur emungi pecunia, nolens scilicet de rapina pau-
perum offerre Deo sacrificium. Et erant ambe ec-
clesiæ sic vicinæ parietibus contiguæ, ut voces
camentium (12) aliæ obstreperent aliis. Unde tum
propter hoc, tum propter cætera, plurimas infelix
divor effoliebat causas quibus non modicas invicem
exculperent offensas. Quapropter nuper illud cœno-
bium extra urbem translatum sanius incolitur, libe-
rius insignitur. Aiunt Elfredum prius in episcopatu
sepultum, quod suum monasterium esset imperfec-
tum (13), mox pro deliramento canonicorum, di-
centium regios manes resumpto cadavere noctibus
per domos oberrare, filium successorem (14) geni-
toris tulisse exuvias, et in (15) novo monasterio
quieta sede composuisse. Has sane nœnias sicut cæ-
teras, ut credant nequam hominis cadaver post
mortem dæmone agente discurrere, (16) Angli pene
innata credulitate tenent, a gentilibus nimirum mu-
tuantes, (17) sicut ait Virgilius :

Morte obita quales fama est voltare figuras.

§ 125. Anno Dominicæ incarnationis nongente-
simo primo regnum obtinuit Edwardus, filius Elfredi,
et tenuit (18) annis viginti tribus; literarum 195
scientia multum patre inferior, sed regni potestate
incomparabiliter gloriosior; siquidem ille duo regna
Merciorum et West-Saxonum conjunxerit, Mercio-
rum nominatenus, quippe commendatum duci Ethe-
redo, tenens. Iste primum, (19) mortuo Etheredo,
Mercios omnifariam, mox (20) Occidentales et
Orientales Anglos, et Northanhimbros, qui cum Dan-
is jam in unam gentem coaluerant, et Scottos, qui
aquilonalem insulæ partem inhabitant, et Britones
omnes, quos nos Walenses dicimus, bellis profliga-
tos, suæ ditioni subegerit; nec unquam in aliqua

(10) *Ad cujus officinas instruendas. s. c. d. e. l.,
ad cujus prædicti monasterii novi officinas instru-
endas, a.*

(11) *Edwardus filius ejus. a. s. d. m., omitt. in
c. e. l.*

(12) *Cantantium. c. d. e. l. m., cantantium, a. s.*

(13) *Quod suum monasterium esset imperfectum.
s. c. d. e. l. m., omitt. in a.*

(14) *Successorem. c. d. e. l. m., successorem Edwar-
dum, a. s.*

(15) *Novo monasterio. Cui postea Hyde Abbey.
(SHARPE, 140.)*

(16) *Angli... credulitate. Vulgaris erat opinio dæ-
monem cadavera iterum animari atque ejus ope
diversas præstigijs agere; nec ullum adesse reme-
dium nisi corpus effoderetur et igne consumeretur.
Vide Willel. Neubrig. V, 22. (SHARPE, 140.)*

(17) *Sicut ait Virgilius. Æneid. x, 641.*

(18) *Annis viginti tribus. Eadwardus Primogeni-
tus non ante diem Pentecost. (15 Maii A. D. 902)
coronatus est; si igitur initium ejus regni huic diei
inscribendum sit, vicesimum tertium regni sui annum
adhuc agebat quando vita functus est; sed annuum*

pugna humiliorem manum habuerit. Invenit Inge-
nium quo excursus talleret Danorum; urbibus enim
per loca opportuna multis, vel veteribus reparatis
vel novis excogitatis, replevit eas manu militari,
quæ incolas protegeret, hostes repelleret. Nec fru-
stra: adeo virtutes provincialium in præliis occul-
luerant, ut si audirent inimicos adventantes, regi
etiam et ducibus inconsultis, in certamine ruerunt;
eisque semper numero et præliari (21) scientia præ-
starent. Ita hostes militibus contempti, regi rami
erant. Denique novi, qui ductu cujusdam (22) Æ-
thelwoldi filii patris regis advenerant, omnes ad
unum cum eo interfecti, veteres vel perempti, vel
sub nomine Anglorum reservati. Æthelwoldus sane,
primis diebus hujus regis multa molitus, ejus domi-
nium dedignabatur, asserens se non inferiorem vel
genere vel virtute: sed a proceribus, qui fide obstric-
ti 196 fuerant, in exilium trusus, piratas ad-
ducerat; cum quibus, ut dixi, cæsus, fecit docu-
mentum stultum esse contra potentiores recalcitrare.
De his licet merito Edwardus laudetur, palma tamen
potissima debetur patri per meum arbitrium, qui
tantæ potentæ fecit auspiciam. (23) Inter hæc non
prætermittatur soror regis Æthelwolda, Ætheredi re-
lictæ, non mediocre momentum partium, favor ci-
vium, pavor hostium, immodici cordis scæmina, quæ
pro experta difficultate primi partus, vel potius
unius (24), perpetuo viri complexum horruerit (25),
protestans non convenire regis filiz ut illi se volu-
ptati inneceteret, quam tale incommodum post tem-
pus urgeret. Virago potentissima multam fratrem
consiliis juvare, in urbibus exstruendis non minus
valere; non discernas potiore fortuna an virtute ut
mulier viros domesticos protegeret, alienos terreret.
(26) Decessit ante germanum quinquennio, sepulta-
que in monasterio Sancti Petri Glocestre, quod
ipsa cum viro Ætheredo ingenti cura exstruxerat,
eoque ossa beati Oswaldi ex Bardenia translulerat;
sed, illo tempore Danorum destructo, aliud, quod
nunc in eadem civitate præcipuum habetur, (27) Al-
dredus archiepiscopus Eboracensis instauravit.

vicesimum tertium compleverat, die 26 Octobris
a. d. 924, si a patris obitu computetur.

(19) *Mortuo Etheredo. Ætheredus, Mercie comes,
obiit, A. D. 912.*

(20) *Occidentales. Essex vel Orientalium Saxonum
regionem videtur innuere.*

(21) *Præliari. a. d. e. l. m., præliandi, s. c.*

(22) *Æthelwoldi filii patris regis. Æthelwoldus,
Æthelberhti filius, frater Ælfredi primogenitus, A.
D. 905 occisus est.*

(23) *Inter hæc non prætermittatur... Æthelwolda.
De Æthelwolda, Merciorum domina, consule Saxo-
n. Chronic., A. D. 912-919.*

(24) *Vel potius unius. a. c. d. e. l. m., omitt. in s.*

(25) *Horruerit. c. d. e. m., horruit, a. s. l.*

(26) *Decessit, etc. Æthelwolda Tamworth decessit
die 12 Junij A. D. 919. Filiam reliquit ex Ætherede
comite, quæ Ælfwyn vocabatur (FLORENT. WIGORI;
Sax. Chron.)*

(27) *Aldredus archiepiscopus Eboracensis instau-
ravit. s. c. d. e. l. m., omitt. in a., uli contra legi-
tur: « Tunc quidem quomodocumque remansit, tem-
pore vero Normannorum per Serlouem abbatem*

197 DE LIBERIS EDWARDI PRIMI.

§ 126. Rex, quia multas filias habebat, dedit Edgifam (28) Karolo regi Francorum, filio Ludovici (29) filii Karoli Calvi, cujus filiam, (30) ut sæpe dixi, Ethelwulphus rex Roma rediens acceperat : et quia se occasio ingessit, uxores ejus et liberos nominatim persequi non indignum ducet benignus auditor. Primogenitum (31) Ethelstanum habuit ex Egwinna illustri scemina; et filiam, (32) cujus nomen scriptum non in promptu habeo : hanc ipse frater Sihtrico Northanhimbrorum regi nuptum dedit. Secundus filius Edwardi fuit (33) Ethelwardus ex Edfleda filii Ethelini comitis, literis apprime institutus, multumque Elfredum avum vultu et moribus præferens, sed cita post genitorem morte subtractus. Ex eadem uxore habuit Edwinum, cujus interitus quæ opinio sit, (34) posterius non constanter sed titubanter efferam. Tulit quoque ex illa sex filias Edfledam, Edgivam, Ethelildam, Ethildam, Edgitham, Elfgivam; prima et tertia cœlibatum Deo voventes, Edfleda in sacro, Ethelilda in laico tegmine, terrenarum nuptiarum voluptatem fastidiere : jacent amhæ Wiltoniæ, 198 juxta matrem tumulatae. (35) Edgifam dedit pater Karolo regi, ut dixi; (36) Ethildam frater Ethelstanus Hugoni, (37) Edgitham et Elfgivam idem (38) germanus misit Henrico Alamannorum imperatori, quarum secundam Othoni filio ille locavit, alteram cuidam duci juxta Alpes. Susecepit etiam ex tertia uxore, Edgiva vocabulo, filios duos, Edmundum et Edredum, qui ambo post Ethelstanum regnarunt : filias duas, Edburgam et Edgivam. Edburga, sacrata Christo

caput extulit. Aldredus, Wigornensis episcopus, an. 1046, defuncto archiepiscopo Kinsino, Eboracensi sedi suffectus est, a. d. 1061, ut ambas sedes simul teneret, sed supremus pontifex illi pallium denegavit quoadusque Wigornensem sedem dimitteret (MALMESB. in Vita S. Vulstani). Obiit die 11 Septembris, A. D. 1069.

(28) Karolo regi Francorum. Carolo simplici. Vide supra § 112.

(29) Ludovici. c. d. e. l. Ludovici Balbi, a. s.

(30) Ut sæpe dixi. § 109, 113.

(31) Ethelstanum ex Egwinna. Egwinna, Æthelstani regis mater, Eadwardi concubina fuisse dicitur; at Malmesburiensis ambigendo de supposita hac generis Æthelstani labe loquitur. Vide infra § 131.

(32) Cujus nomen, etc. Eadwardi filia nomen, quæ a fratre suo Æthelstano in matrimonium data est Sihtrico, Northanhimbrorum regi (30 Januarii 925) nusquam in antiquis Anglicis chronicis occurrit. *Beatrix* apud Scotos historiographos audit.

(33) Ethelwardus. Ethelwardus Oxonii decessit paucis post patrem diebus, et Wintoniæ tumulo conditus est. Vide infra § 131.

(34) Posterius... efferam. Vide infra § 139.

(35) Edgifam dedit pater Karolo regi. Vide supra § 112. Defuncto Carolo Simplice, Eadgiva regina Herberto, Trecensi comiti, Herberti Veromandueusis comitis filio nupsit, A. D. 951 (BOUQUET, IX, 126).

(36) Ethildam... Hugoni. Parisiensis comiti, cognomento Magno, Roberti I, Francorum regis, filio, regis Eldi fratri. Obiit A. D. 956, sed ex Eadilda prolem non reliquit. Pater fuit Hugonis Capeti,

A virgo, Wintoniæ quiescit : (39) Edgivam, speciositatis eximia mulierem, conjunxit frater Ethelstanus Lodowico Aquitanorum principi. Filias suas ita instituerat ut literis omnes in infantia maxime vacarent, mox etiam colum et acum exercere consuescerent, ut his artibus pudice impubem virginitatem transigerent; filios (40), ut primum eruditio plena literarum in eos conflueret, et deinde quasi philosophi ad gubernandam rempublicam non jam rudes procederent.

DE NORMANNIS, QUOMODO FRANCIAM INFESTAVERINT; ET QUOD ROLLO ACCEPIT FILIAM REGIS FRANCORUM.

§ 127. At vero Karolus iste gener Edwardi, multis calamitatibus a Rollone coactus, partem illi 199 Gallia, quæ nunc Normannia vocatur, concessit. Longum est persequi quot annis et quanta audacia omnia inquietaverint Northmanni ab oceano Britannico, (41) ut ante commemoravi, usque ad Tyrhenum mare. Primo Hasieng, mox (42) Rollo, qui nobili sed per vetustatem obsoleta prosapia Noricorum ortus, (43) regis præcepto patria carens, multos, quos vel æs alienum vel conscientia scelerum exagitabat, magnis spebus sollicitatis secum abduxit. Itaque piraticam aggressus, cum ubique libera spatiaretur insania, (44) apud Carnotum hæsit; siquidem cives, nec armis nec muris confisi, beatæ dominæ Mariæ suffragium adorant. (45) Camisiam quoque ejusdem virginis, quam (46) Karolus Calvus cum aliis reliquiis a Constantinopoli advexerat, in modum vexilli super propugnacula, custodum tris pectoribus, ventis exponunt: hostes visam ridero,

Francorum regis.

(37) Edgitham et Elfgivam... juxta Alpes. Vide supra § 112.

(38) Germanus misit. s. c. d. e. l.; germanus, ut præfatus sum, misit, a.

(39) Edgivam... Lodowico, etc. Edgiva nupsit Ludovico Cæco, imperatori et Arelatensi regi. Ex illo filium habuit Carolum Constantinum nomine, Viennensem comitem (BOUQUET VIII, 186).

(40) Filios. d. e. m.; filius ita, a. s. c. l.

(41) Ut ante commemoravi. a. d. e. l.; omitt. in c.; ut ante commemoravi, s. — Vide § 121.

(42) Rollo, etc. Rollo filius erat Rognualdi, Mærensensis comitis, (A. D. 893 occisi) qui materna linea ex famoso Sigurd Ring, Danorum Suevorumque rege, originem traherat.

(43) Regis præcepto, etc. Cum in exercendo *Strandhuc*, seu cogendis comæatibus, quod apud Danos tunc sub gravissimis pœnis prohibebatur, detectus fuisset Rollo e nativo solo jussu regis Harald Harfageri pulsus est A. D. 896. (SNORÆ, *Haralds Saga ens Harfagra*, c. 24, tom. I, p. 100; ed. Haunniæ 1777).

(44) Apud Carnotum hæsit. Rollo Carnotum obsedit an. 911.

(45) Camisiam quoque, etc. Waltelmus episcopus manibus suis tunicam beatissimæ Virginis pertulisse dicitur, et mox obsidentes in fugam versos.

(46) Karolus Calvus, etc. Quod etiam narratur in anonymis quibusdam Francicis duodecimi sæculi chronicis; sed nullo modo constat Carolum Constantinopolim unquam adiisse.

et in eam per inane sagittas dirigere; non impune. A nam mox, oculis obnubilatis, nec retro regredi nec ante tendere valere. Id (47) oppidani lætis animis conspicati, multa eorum cæde, quantum fortuna aspirabat, 200 gaudium suum satiarunt. Evasit tamen Rollo, quem suæ fidei Deus reservabat. Nec multo post Rotomagum et confines urbes armis obtinuit, anno Domini (48) octingentesimo septuagesimo sexto, anno uno ante obitum Karoli Calvi: (49) cujus filii Lodowicus, (50) ut supra lectum est, Northmannos vicit quidem, sed non expulit. At vero (51) Karolus frater istius Lodowici, nepos Karoli Calvi ex filio Lodowico, ut prius tetigi, multotiens adversis bellis expertus, nihil sibi fortunam restituere, quod aliis abstulisset: cum magnatibus librato consilio bonum esse liberalitatem ostentare regiam, cum non posset propulsare injuriam, Rollonem pacifice accersivit. Erat ille jam grandævus, et facile ad concordiam inclinatus est. (52) Ita fœdus ictum est ut baptisma susciperet, et terram illam de rege sicut de domino suo cognosceret. Ubi considerari potuit ingenita et effrænis barbaries 201 viri siquidem cum, dono concesso, astantes suggererent (53) ut pedem largitoris oscularetur,

(47) *Id.* a. c. d. e. l.; quod, s.

(48) *Octingentesimo septuagesimo sexto.* a. s. c. l.; *octingentesimo sexto.* d. e. m. — Francorum simul et Anglorum chronographi Rollonis in Neustriam invasionem anno 876 alligant; viginti annis prius aquilonares scriptores evenisse narrant, id est anno post Rollonem e Norwegia pulsum. Ex quibusdam quoque Francorum chronicis discimus Neustriam an. 896 occupatam fuisse, et non duce Rollone. Quidquid sit, utraque invasio multo ante Carnoti obsidionem et quæ superius narrata sunt manifeste contigit. Memorabile Rollonis somnium quod tanquam ejus in Francia concessiōnem prænuntians interpretatum est, anno 876, refertur. Vide Annales Assero attributas, Gale III, 165.

(49) *Cujus filii,* etc. Ludovicus III, Ludovici Balbi filius, cujus pater Carolus Calvus.

(50) *Ut supra lectum est.* a. c. d. e. l.; *dictum,* s. — A. D. 884. Vide supra § 110.

(51) *Karolus.* Simplex.

(52) *Ita fœdus ictum est.* Cujus pacti conditiones, ut creditur, nusquam in authentica forma exstant, valdeque dubium est utrum unquam scripto sit traditum. Insulsa quædam apud Francos invaluit opinio, scilicet originale chartam a quodam Anglicorum ex genere Normannico regum sublatam atque in Londinensi turre depositam; quæ etiamsi vera essent cuncta talis documenti vestigia jam dudum perierunt.

(53) *Ut pedem* etc. Insolens hic et protervus agendi modus. Rolloni hic attributus, a Willelmo Gemeticensi cuidam ex Normannicis militibus ducem comitantibus ascribitur (Bouquet, VIII, 257). Robertus Wace tamen Normannicum ipsum ducem adeo proterve in Francorum regem egisse asserit. (*Roman de Rou.*)

(54) *Ibique diem clausit.* Rollo abdicavit in gratiam filii sui Willelmi an. 927. Obiit A. D. 931 (Bouquet, IX, 12, not.).

(55) *Lodowicus.* Ludovicus IV, cognomento Ultramarinus, ex Anglia rediit, comite Willelmo, Senonensi archiepiscopo, anno 936, atque die 19 Junii ejusdem anni coronatus est. Remis ex equo dejectus obiit die 10 Sept. A.—D. 954.

dedignatus genubus advolvi, apprehensum pedem regis ad os suum stans attraxit. Illo resupinato, secutus risus Northmannorum; Francis reprehendentibus factum, excusat Rollo impudentiam, abrogans provincie suæ morem: ita rebus compositis Rotomagum rediit, (54) ibique diem clausit.

DE HUGONE CAPET, QUOMODO FACTUS EST REX FRANCIE.

§ 128. Filius hujus Karoli fuit (55) Lodowicus: (56) is a quodam Isambardo, qui ad paganissimum versus fidem luserat, irritatus, proceres suos de suffragio convenit; quibus nec responsum referentibus, (57) Hugo quidam, non magni nominis tyro, filius Roberti 202 comitis Montis Desiderii, ultro (58) pro domino (59) duellum expetiit, et provocatorem interemit. Lodowicus cum toto exercitu apud Pontivum subsecutus, omnibus barbaris quos ille adduxerat vel occisis vel elapsis, opimam lauream obtinuit. Sed non multo post, pro labore illius expeditionis extrema valetudine debilitatus, hæredem regni Hugonem illum instituit, prædicandæ fidei et virtutis juvenem. (60) Ita prosapia Karoli magni in illo cessavit, seu quod uxor ejus sterilis fuerat, seu quod pro brevitate vitæ absque prole decesserat. (61) Hugo alteram filiam Edwardi duxit uxorem,

(56) *Is a quodam Isambardo.* Quæ in hac sectione narrantur valde sunt intricata. Quod hic de Lodovico IV referuntur, ad regnum ejus patris, Lodovici III, spectare videtur. Normanni, anno 884, Vinemacum Pontivumque (*le Vimex et le Pontiken*) deprædati sunt, suadente, ut dictum est, Isambardo, cui Ludovicus patruus erat, quique cum in patriam odium incidisset, et ab illo e regno pulsus, ad Guorundum, seu Guorinum, Danorum ducem confugerat. Insignis clades quam eo anno Salcorti (*Saultcourt*) passi sunt Normanni, ubi eorum dux interfectus cecidit, in plerisque Francorum chronicis narratur, quædamque in Teutonico dialecto existant adhuc carmina in laudem regis Ludovici (Bouquet, VIII, 273; IX, 58, 99-101).

(57) *Hugo quidam,* etc. Non clare patet de quo hugone hic agitur. Auctor innuere videtur sive Hugonem Capetum, sive patrem ejus, Hugonem Magnum, Roberti I, Francorum regis, filium; sed hoc manifeste in iis quæ sequuntur confundit Malmesburiensis. Hugo Conradi filius, Antissiodorensis comes, et Roberti Fortis germanus, Hugonis ipsius avus, inclaruit in prælio adversus Normannos a Ludovico an. 884 inito: ad illum igitur, juxta temporum seriem, quæ cum Isambardo, si non vera commenta, acciderunt, referri magis quam sive ad pronepotem sive ad abnepotem, forsan possent. Obiit quo tempore Parisii obsidione cingebatur, an. 886.

(58) *Pro domino duellum expetiit, et provocatorem interemit.* Hujus rei nulla mentio in *Recueil des Historiens de France.*

(59) *Duellum.* a. s. c. d. l.; *duellum,* e.

(60) *Ita prosapia,* etc. Carolina stirps in Lodovico V, Ludovici Transmarini filio, defecit. Lodovicus IV prolem e Gerberga, Ottonis imperatoris filia, reliquit Lotharium qui ei successit die 12 Novemb. A. D. 954, obiitque die 2 Martii 986, et Carolus Lotharingæ ducem, qui de Francia corona cum Hugone Capeto contendit, defuncto Ludovico V, Lotharii filio, et postea in carcere vita functus est, a. D. 994.

(61) *Hugo alteram filiam Edwardi duxit uxorem.* Malmesburiensis hic loqui videtur de Hugone Ca-

et genuit (62) Rodbertum; Rodbertus (63) Henricum; **203** Henricus (64) Philippum; Philippus (65) Lodowicum, qui nunc in Francia regnat. Sed, ut ad nostrum Edwardum revertar, quid ejus tempore de renovandis episcopatibus a papa Formoso præceptum sit, jocundum puto memoratu: itaque (66) verbis eisdem quibus inveni scripta intereram.

§ 129. Anno quo a nativitate Domini transacti sunt anni nongenti quatuor, misit papa Formosus in Angliam epistolas, quibus dabat excommunicationem et maledictionem regi Edwardo, et omnibus subiectis ejus, pro benedictione quam dederat beatus Gregorius genti Anglorum a sede sancti Petri; nam per septem annos plenos destituta fuerat episcopis (67) omnis regio Gewisorum, id est, West-Saxonum. Quo audito, congregavit rex Edwardus synodum senatorum gentis Anglorum, cui præsidebat Pleimundus archiepiscopus (68) interpretans districta verba apostolicæ legationis. Tunc rex et episcopi elegerunt sibi suisque salubre consilium, et, juxta vocem Dominicam (69): « Messis quidem multa, operarii autem **204** pauci, » elegerunt et constituerunt singulos episcopos singulis provinciis Gewisorum, et quod olim duo habuerunt in quinque dividerunt. Acto concilio, archiepiscopus Romam cum honorificis

A muneribus adiit, papam magna humilitate placavit, decreta regis recitavit, quod apostolico maximo placuit. Rediens ad patriam, in urbe Cantuarie uno die septem episcopos septem ecclesiis ordinavit; Fridentanum ad ecclesiam Wintoniensem, Adelstanum ad Cornubiensem, Werstanum ad Scireburnensem, Adelelmum ad Wellensem, Edulfum ad Cridiensem (70). Sed et aliis provinciis constituit duos episcopos, Australibus Saxonibus virum idoneum Bernegum, Australibus Chenulfum ad civitatem Dorcestre (71): hoc autem totum papa firmavit, ut damnaretur in perpetuum qui hoc infirmaret decretum.

§ 130. Edwardus, universæ carnis viam ingressus [A. D. 924], quiescit in eodem monasterio quo pater; quod ipse quoque magnis redditibus ampliaverat, in quo et (72) ante quadriennium fratrem Edwardum sepelierat.

DE ÆTHELSTANO FILIO EDWARDI.

§ 131. (73) Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo vicesimo quarto, Ethelstanus filius Edwardi **205** regnare cœpit, tenuitque regnum (74) annis sexdecim. Frater ejus Edwardus, paucis diebus post patrem vita decedens, sepulturam cum eodem Wintoniæ meruerat. Itaque magno consensu optimatam ibidem Ethelstanus electus, apud regiam villam

(71) *Dorcestre*. a. c. d. e. l., *Dorcestre in pago Oxoniæ*, s.

(72) *Ante quadriennium*, etc. Æthelweardus, nati minimus regis Ælfredi filius, obiit die 16 Octobris, A. D. 922, duobus annis et paulo magis ante fratris sui Eadwardi decessum.

(73) *Anno Dom. Inc. nongent. vic. quarto*. Dum nationalis controversia de feodali Anglicorum regum in Scotiam potestate ageretur, Edwardus I ad præcipuas regni ecclesias cathedrales et monasteria magno Angliæ sigillo insignita edicta sua direxit, quibus jubebat ut, chronicis et veteribus tabulis investigatis, quidquid in eis inveniretur quod ad Scotiam spectaret transmitterentur ad regem. Quæ tum e Malmesburiensi monasterio scripta emissaque sunt, duobus tantum constant locis satis amplis, ex Willelmi Malmesburiensis historia excerptis, videlicet integra hac sectione et § 148; additis quibusdam brevibus Henrici I notitiis compendiose ex quinti libri initio detractis. In uno ms. (L.) loca inscripta: nota de Scotia, ut apparet, ad eundem finem, multo plura sunt quam ex Malmesburiensis historia extracta quæ in cunctis relationibus nunc exstantibus continentur; unde præsumendum est quod testificatio domus cujus erat hic ms. nunc non superest. Excerpta ex chronicis quæ in monasticis bibliothecis quoad Scotiæ subjugationem serventur, maximi sunt momenti. Lectori, si ampliora de hoc nosse cupit, consulendus est Palgrave, *Documents and Records illustrating the History of Scotland*. Vide etiam Cotton mss. Julius D. VI.

(74) *Annis sexdecim*. Malmesburiensis, Florentius Wigorniensis, et Saxonia Chronica Æthelstani obitum anno 940 ascribunt; at si, ut etiam a Florentio asseritur, ad diem Mercurii, 24 Octobris, indict. xiv, referendus est, accidisse necessario debet A. D. 941, nondum completo decimo septimo regni sui anno. Vide chartam regis Eadmundi, anno Domini 940 inscriptam, indict. xiii (Cott. mss. Aug. II, 62).

peto, quem falso pro Hugone Magno, ejus patre, accipit, Æthilæ, seu Ethildæ, Eadwardi Primo-geniti filie, conjugæ. Vide § 126. Hugo Capetus, Francorum rex, Remis inunctus est die 3 Julii, A. D. 987, et 24 Octobris A. D. 996 obiit.

(62) *Rodbertum*. Robertus II, patre adhuc superstite Aurelianis coronatus die 1 Januarii 988, defuncto successit ut solus Francorum rex, et die Martis, 20 Julii, A. D. 1051, obiit.

(63) *Henricum*. Henricus I Franciæ, vivente patre rex inunctus est, defunctoque an. 1031 successit. Vitriaci (Vitri) prope Parisios obiit die 4 Aug. A. D. 1060.

(64) *Philippum*. Philippus I, qui S. Philippus dicitur, septimo ætatis anno, superstite patre coronatus est, die 23 Maii 1059. Miloduni obiit die 30 Julii 1108.

(65) *Lodowicum*. Ludovicus VI, cognomento Crassus, Aurelianis inunctus est die 3 Aug. 1108 ab archiepiscopo Senonensi, Parisiisque obiit die 1 Aug. 1137.

(66) *Verbis eisdem*, etc. Quæ hic referuntur e manuscripto codice (Bodley, 579) sumpta sunt, qui Excestriæ (Exeter) ecclesiæ cathedrali datus est ab episcopo Leofrico, cujus mors anno 1073 ascribitur. Sed tot et tantis ubique scatet anachronismis ut procul dubio commentitius præsumatur. Anno 904 documentum hoc inscribitur, Formosusque die sancto Paschæ, 11 Aprilis 896 obiit, annos amplius quinque ante quam Edwardus regnare cœpisset, dum e contra Frithestanus non ante an. 910 Wintoniæ episcopus creatus est. Quoad septem vacantes episcopales sedes consule *Angliam sacram*, vol. I, p. 534; Spelman et Wilkins, *Concilia*, vol. I, p. 201. Vide etiam Ingulphum (Gale, tom. I).

(67) *Episcopis*. a. c. d. e., *episcopalis* l.

(68) *Archiepiscopus*. a. c. d. e. l. *archiepiscopus Cantuariensis* s.

(69) *Messis ... pauci*. Matth. ix, 37.

(70) *Cridiensem*. a. c. d. e. l., *Cridiensem in De-*
sonia, s.

quæ vocatur Kingestune coronatus est : quamvis quidam Elvredus cum factiosis suis (quia seditio semper invenit complices) obviaro tentasset, cujus qui fuerit finis (75) posterius verbis ipsius regis referemus. Occasio contradictionis, ut ferunt, quod Ethelstanus ex concubina natus esset; sed ipse, præter hanc notam, (76) si tamen vera est, nihil ignobile habens, omnes antecessores devotione mentis, omnes eorum adorea triumphorum suorum splendore obscuravit. Adeo præstat ex te, quam ex majoribus, habere quo polleas; quia illud tuum, istud reputabitur alienum. Nova monasteria quot et **206** quanta fecerit, scribere dissimulo. Illud non transiliam, quod vix aliquod in tota Anglia vetustum fuerit quod non vel ædificiis, vel ornamentis, (77) aut libris, aut prædiis, decoravit (78). Ita recentia ex professo, vetusta quasi aliud (79) agens artificio benignitate insignibat. Cum Sihtrico rege Northanimbriorum, data ei in matrimonium (80) una ex sororibus, victurum sœdus percussit; (81) quo post annum mortuo, provinciam illam sibi subegit, (82) expulso quodam Aldulfo qui rebellabat. Et quia nobilis animus, semel incitatus, in ampliora conatur, Judwalum regem omnium Walensium; et Constantinum regem Scottorum; (83) cedere regnis compulit. Quos tamen non multo post, miseratione infractus, in antiquum statum sub se regnatos constituit; gloriosius esse pronuncians regem facere quam regem esse. Postremum illi (84) bellum cum Analafu fuit, Sihtrici filio, qui spe **207** invadendi C

A nefeld occursum. Ille, qui tantum periculum imminere cerneret astu exploratoris munus aggressus, depositis regis insignibus, assumptaque in manibus (86) cithara, ad tentorium regis nostri progreditur: ubi cum præ foribus cantans, interdum quoque quateret dulci resonantia fila tumultu, facile admissus est, professus mimum qui hujusmodi arte stipem quolibetiam mercaretur. Regem et convivas musico acromate aliquantisper delinivit, cum interspallendum omnia oculis scrutaretur. Postquam satietas edendi finem deliciis imposuisset, et severitas administrandi belli in colloquio procerum recrudesceret, abire jussus pretium cantus accepit. Quod asportare nauseans, sub se in terra defodit. Notandum id a quodam qui olim illi militasset et confestum B Athelstano dictum. Ipse hominem incusans quod hostem præ oculis positum non prodidisset, hoc responsum accepit: « Idem sacramentum quod tibi nuper, o rex, feci, quondam Analafu dedi; quod si in ipso me vidisses violare, de te quoque posses exemplum simile cavere. Sed dignare fameli audire consilium, ut hinc tentorium amoveas; alioque loco, usque dum partes relictæ veniant, manens inimicum petulanter insultantem modesta cunctatione frangas. » Dicto probato, discessum est **208** illinc. Analafus, nocte paratus adveniens (87), episcopum (88) quemdam, qui vespere ad exercitum venerat, nesciensque rerum gestarum, pro viridantis campi æquore (89), ibi tabernaculum tetenderat, cum tota familia occidit (90). Tum ultra progrediens regem ipsum imparatum offendit, quippe qui nihil tale hostem ausurum timens large quieti indulserat. Sed cum tanto fremitu stratis excussus, suos, quantum per id noctis poterat, ad bellum acueret, gladius ejus fortuito vagina excidit. Quocirca, cum omnia formidinis et cæci tumultus plena essent, in clamato

(75) *Posterius verbis ipsius regis referemus. Vide infra, §§ 136, 137.*

(76) *Si tamen vera est. Malmesburiensis hic et iterum in fine § 136, quæ ideo apposui non ut eorum veritatem defendam,* indicare videtur se de supposita Ethelstani originis ignobilitate dubitasse.

(77) *Aut libris. Cotton ms. Tiberius, A. II, exemplar est Evangeliorum ecclesiæ Cantuariensi a rege Ethelstano dono oblatum; Claudius vero B. V. volumen est quoque ab eodem rege ecclesiæ Bathiensi (Bath) condonatum.*

(78) *Decoravit. d. e. m., decoraverit, a. s. c. l.*

(79) *Aliud. s. c. d. e., aliquid, a. l.*

(80) *Matrimonium. c. d. e. l., post matrimonium, a. s. legunt ut prælocutus sum. Vide supra § 126.*

(81) *Quo post annum mortuo. Sihtricus, Northanimbriorum rex, obiit A. D. 926, cui successit natus ejus Guthferthus, quem anno sequenti expulit Ethelstanus, et Northanimbriam regno suo adjunxit.*

(82) *Expulso quodam Aldulfo. Ealdredo, filio Ealdulfi Bamburg. (Flor. Wigorn.; Sax. Chron. an. 926.)*

(83) *Cedere regnis compulit. Subjecerunt se reges Ethelstano apud Eamotum die 12 Julii, A. D. 926.*

(84) *Bellum cum Analafu, etc. Plures inveniu-*

tur duces nomine Analafus, quorum mentio fit hæc ætate in Anglo-Saxonum annalibus, videlicet: Analafus Sihtrici filius; Analafus, Guthferthi filius; et Analafus Cuaranus, qui etiam designatur in Annalibus Ulsteri, sub annis 944 et 946. Analafus Hibernus, qui confederatos duces adversus Ethelstanum suscitavit in prælio apud Brunanburgum, A. D. 938, notus etiam sub nomine *Onlafus, seu Olafus*, materna linea e Ragnaro Lodbroko originem ducebat, rexque videtur fuisse de *Orsten* prosapia in Hibernia. Constantini Scottorum regis, illiam sibi matrimonio junxit.

(85) *Brunefield. d. e. m., Brunefold, a. s. l.: Breneveld, c. — Brunanburgh apud Northanimbros. Quis iste civitati locus assignandus incertum. Prælium anno 938 commissum est.*

(86) *Manibus. c. d. e., manu, a. s. l.*

(87) *Adveniens. c. d. e., omitt. in a. s. l.*

(88) *Episcopum quemdam. Werstanum, episcopum Scireburnensem. — Werstanum ferunt in prælio contra Analafum a rege Ethelstano susceptum a pagani trucidatum. (MALMES. DE GENTIS pontificum, De episcopis Scireburnensibus, p. 248; edit. Franc.)*

(89) *Æquore. a. s. d. e. l. m., planitie c.*

(90) *Occidit. a. d. e. l., cecidit, s. c.*

Deo et sancto Aldelmo (91), reductaque ad vaginam manu, (92) invenit ensem, qui hodieque pro miraculo in thesauro regum servatur. Est sane (ut aiunt) una parte sectilis, nec unquam auri aut argenti receptibilis. Hoc Dei dono fretus, simulque quia jam (93) illucescebat, Noricum adorans, tota die usque ad vesperam indefessus fugavit cum exercitu. (94) Cecidit ibi rex 209 Scottorum Constantinus, perfidæ animositatis et vivacis senectæ homo; aliique reges quinque, (95) comites duodecim, omnisque pene (96) barbarorum congeries: pauci qui evaserant, pro fide Christi suscipienda conservati.

§ 132. (97) De hoc rege non invalida apud Anglos fama seritur, quod nemo legalius (98) vel literatius republicam administraverit. Quanquam literas illum scisse, pauci admodum dies (99) quod didicerim in quodam sane volumine vetusto, in quo scriptor cum difficultate materiæ luctabatur, iudicium animi sui non valens pro voto proferre. Cujus hic verba pro compendio subjicerem, nisi quia ultra opinionem in laudibus principis vagatur, eo dicendi genere quod suffultum rex sacundia Romanæ Tullius in rhetoricis appellat. Eloquium excusat consuetudo illius temporis, laudum nimietatem adornat favor (100) Ethelstani adhuc viventis. (1) Pauca igitur familiari stylo subnectam, quæ videantur aliquod conferre emolumentum ad dignitatis ejus documentum.

§ 133. Rex Edwardus, post multa et in bello (2) 210 et in toga nobiliter consummata, paucis ante obitum diebus, (3) urbem Legionum, fiducia Britonum rebellantem, a contumacia compescuit: ibique præsidio militum imposito, apud Ferendunam (4) villam, tactus valetudine, vitam præsentem exiit [A.

(91) *Aldelmo*. a. s. d. e. l., post *Aldelmo*, s. c., legunt: *erat enim ei ex antiquis progenitoribus consanguineus*.

(92) *Invenit ensem*, etc. Ex commendatitiarum litterarum libro (*Patent Roll*), ix Joannis, patet regem, inter sua regalia, duos enses habuisse, videlicet *ensem Tristami et alium ensem*. Haud improbabile est ensem in regio thesauro servatum quo tempore Malmesbiriensis scribebat, hunc *alium ensem* fuisse de quo mentio fit commendatitiis litteris supra citatis.

(93) *Jam*. c. d. e. l., *dies*, a. s.

(94) *Cecidit ibi rex Scot. Constantinus*. Historia Ingulpho attributa, præter narrationem prælii apud Brunariburgum, ubi Constantinus cecidisse refertur, quorundam etiam aliorum eventuum relationem continet qui circa hanc ætatem contigerunt, quique sive sint veri sive sint falsi, apud Malmesbiriensem etiam occurrunt. Unde aliqua forsitan adest ratio credendi quod Malmesbiriensis Ingulphum, vel vetustiore quemdam auctorem, utriusque historiographo communem secutus fuerit. Si tuto stet fundamentum sententia juxta quam historia quæ nomine Ingulphi inscribitur non est genuina, quippe quæ compilatio sit Edwardo II non antiquior, singulare admodum ut et notatu dignum quibusdam in locis compilatorem manifeste falsum deprehendi. In carmine quod in Anglo-Saxonum Chronicis insertum est, quodque velut prælii Brunanburgh memoriale compositum fuit, Constantini filius exhibetur in

A D. 924]; (5) et Vintoniæ, ut prædixi, humatus est. Tunc, jussu patris et testamento, Ethelstanus in regem acclamatus est, quem jam tricennalis ætas et sapientiæ maturitas commendabant. Nam et avus Elfredus prosperum ei regnum olim imprecatus fuerat, videns et gratiose complexus spectatæ speciei puerum et gestuum elegantium; (6) quem etiam præmature militem fecerat, donatum chlamyde coccinea, gemmato baltheo, ense Saxonico cum vagina aurea. Post hæc in curia filii Ethelstæ et generi Etheredi educandum curaverat; ubi multo studio amitæ et præclarissimi ducis ad omen regni altus, gloria virtutum calcavit et pressit invidiâ, post mortem patris et interitum fratris in regem apud Kingestune coronatus. Unde pro tantorum successuum gloria, et illius diei lætitiâ, (non injuria,) versificus exclamat:

*Regia progenies produxit nobile stemma
Cum tenebris nostris illuxit splendida gemma,
Magnus Adelstanus, patriæ decus, orbita recti,
Illustris probitas de vero nescia flecti.
Ad patris edictum datus in documenta scholarum,
Extimuit rigidos serula crepitante magistros;
211 Et potans avidis doctrinæ mella medullis,
Decurrit teneros, sed non pueriliter, annos.
Mox adolescentis vestitus flore juventæ,
Armorum studium tractabat, patre jubente.
Sed nec in hoc segnem senserunt bellica jura:
Id quoque posterius cognovit (7) publica cura.
Functus erat fato pater omni præclius (8) ævo,
Perpetua fama victurus secula cuncta;
Tunc juvenis nomen regni clamatur in omen,
Ut fausto patrias titulo moderetur habenas:
Conveniunt proceres et componunt diadema,
Pontifices pariter dant infidis anathema,
Emicat in populis solito festivo ignis,
Et produnt variis animi penetralia signis,
Ardeat quisque suum regi monstrare favorem,*

loco cædis relictus vulneribus confosus, sed ibi refertur, sicut etiam apud Florentium Wigorniensem, quod Constantinus et Olafus ad suas naves ambo confugerunt. Juxta Chron. Mailros. Constantinus obiit A. D. 943.

(95) *Comites duodecim*. In Annalibus quinque tantum comitum mentio fit.

(96) *Pene*. s. c. d. e., omitt. in a. l.

(97) *De hoc rege*. l. e. Ethelstano.

(98) *Legalius*. a. s. d. e. l., *validius*, c.

D (99) *Dies*. e., *dies sunt*, a. s. c. d. l.

(100) *Favor*. s. c. d. l., omitt. in e., *favor*, a.

(1) *Pauca igitur*, etc. Quæ hic a Malmesbiriensi de Ethelstano narrantur, ex aliquo fonte prorsus nunc ignoto hausta videntur.

(2) *Et in bello*. s. c. d. e., omitt. in a. l.

(3) *Urbem Legionum*. Chester.

(4) *Ferendunam*. a. c., *Ferdunam*, d. e. l. m.

(5) *Exiit*. s., *exiit*, a. c. d. e. l. m.

(6) *Quem etiam... militem fecerat*. Hoc loco insinuari putat Sharpius equites ut distinctum ordinem existitisse apud Saxones, quanquam inde tantum forsitan erui possit Elfredum suam ab avo armaturam primum accepisse.

(7) *Cognovit*. c. d. e. k., *curavit*, a., *juravit*, s. l.

(8) *Præclius*. s. d. e. l., *præclius*, a. c.

*Hic timet, hic sperat, pellit spes ampla pavorem (9),
Fervet et exundat, regali regia luxu,
Spumat ubique merum, fremit ingens aula tumultu,
Discurrunt pueri, celerant injuncta ministri.
Delicii ventres cumulantur, carmine mentes;
Ille strepit cithara, decertat plausibus iste,
In commune sonat, « Tibi laus, tibi gloria (10) Chri-
[ste!]*

*Rez non invitus, oculis hunc haurit honorem,
Omnibus indulgens, proprium dignanter (11) amo-
[rem].*

§ 134. Transacta consecrationis celebritate, Ethelstanus, ne spem civium falleret, et inferius opinione se ageret, omnem omnino Angliam solo 212 nominis terrore subjugavit, præter solos Northanhimbros. Nam præerat illis Sibtricus quidam, gente et animo barbarus, cognatus illius Gurmundi (12) de quo in gestis Elfredi regis legitur, qui, cum antecessorum regum potentiam rugatis naribus derisisset, hujus amnitatem ultro supplicibus nunciis expetiit; ipse quoque, festino pede subsecutus, verba legatorum asseruit; quare et sororis copula (13), et multiplicibus xeniis muneratus, perpetui fœderis fundamenta jecit. Sed, (14) ut prædictum recolo, post annum vita deturbatus, occasionem Ethelstano exhibuit ut Northanhimbriam suæ parti jungeret, quæ sibi et antiquo jure et nova necessitudine competeret. (15) Fugit tunc Analafus filius Sihtrici Hiberniam, et (16) Godefridus frater ejus Scotiam; subsecuti sunt e vestigio regales missi ad Constantinum regem Scottorum, et Eugenium regem Cumbrorum, transfugam cum denunciatione belli repetentes. Nec fuit animus barbaris ut contra mutirent, quin potius sine retractione, (17) ad locum qui Dacor vocatur venientes, se cum suis regnis Anglorum regi dedidere. In cujus pacti gratia filium Constantini baptizari 213 jussum, ipse de sacro fonte suscepit. Evasit tamen Godefridus, inter apparatus itinerantium fuga cum quodam Turfrido, diversarum partium duce, lapsus; moxque Eboracum obsidens, oppidanosque nunc precibus, nunc minis ad defectionem sollicitans, et neutrum pro voto expediens, abscessit. Nec multo post, in quodam castro ambo conclusi, custodientium

A perspicaciam fugiendo luserunt; quorum Turfridus mature diem obiit in pelago naufragus, præda piscibus expositus. Godefridus, multis miseris terra marique jactatus, ad postremum supplex curiam venit: ibi pacifice a rege susceptus, quatuorque diebus profusissime cum eo convivatus, naves suas repetiit, pirata vetus, et in aqua sicut piscis vivere assuetus. Ethelstanus interea castrum, quod olim Dani in Eboraco obfirmaverant, ad solum diruit, ne esset quo se tutari perfidia posset: præda quæ in castro reperta fuerat, et ea quidem amplissima, magnifice et viritum divisa. Hoc enim vir ille animo imperaverat suo, ut nihil opum ad crumenas corraderet; sed omnia acquisita, vel monasteriis, vel fidelibus suis, munificus expenderet. In hoc (18) thesauros paternos, in hoc victoriarum suarum titulos, tota vita evacuabat. Deo famulantibus pronus et dulcis, laicis jocundus et comis, magnatibus pro contuitu majestatis serius, minoribus pro condensatione paupertatis (19), depositio regni supercilio, affabiliter solarius. Statura, ut accepimus, quæ justam non excelleret (20), corpore deducto; capillo, ut ipsi ex reliquiis vidimus, (21) flavo, filis aureis pulchre intorto. Civibus admiratione fortitudinis et humilitatis 214 percarus, rebellibus invicta constantia fulmineus, North-Walensium, id est Britonum Aquilonalium, regibus apud Herefordensem urbem coegit occurrere, et aliquandiu calcitrantes in deditionem transire; ita quod nullus ante eum rex vel cogitare præsumpsit, ipse in effectum formavit, ut ei nomine vectigalis annuatim viginti libras auri, trecentas argenti, penderent, boves viginti quinque millia numerarent, præterea quotlibet (22) canes qui odorisequante nare spelæa et diverticula ferarum deprehenderent, volucres quæ aliarum avium prædam per inane venari nossent (23). Inde digressus, in Occidentales Britones se convertit, qui Cornwalenses vocantur, qui, in occidente Britannæ siti, cornu Galliæ (24) ex obliquo respiciunt. Illos quoque impigre adorsus, ab Excestra, quam ad id temporis æquo cum Anglis jure inhabitabant, cedere compulsi; terminum provinciæ suæ citra Tambram fluvium constituentes.

D regno Northanhimbriæ pulsus est A. D. 997.

(17) *Ad locum qui Dacor, etc.* Florentius Wigorniensis, sub anno 934 (*Sax. Chron.* 935) asserit Æthelstanum, eo quod Constantinus, Scottorum rex, fœdus initum infregerit, in Scotiam progressum fuisse, Constantinumque Anglico regi filium suum in obsidem dedisse.

(18) *Hoc. a. c. d. e. l., hoc enim, s.*

(19) *Paupertatis. a. d. e. l.; pietatis, s. c.*

(20) *Excelleret. a. s. c. e. l., excederet, d. m.*

(21) *Ut ipsi ex reliquiis vidimus. d. e. l.; reliquiis ejus, s.*

(22) *Quotlibet. e.; quot liberet, a. s. c. d. l.*

(23) *Nossent. a. c. e. l.; noscerent, a.; solent, d. m.*

(24) *Cornu Galliæ ex obliquo respiciunt. Vide § 110, not.*

(9) *Pavorem. a. d. e. l., timorem, s. c.*

(10) *Gloria. a. s. c. e., gratia, d. l. m.*

(11) *Dignanter. a. c. d. e. l., dignatur, s.*

(12) *De quo in gestis Elfredi regis legitur.* Guthorm obiit A. D. 891. Vide supra § 121.

(13) *Copula. c. d. e. l., post copula, a. legit ut jam bis asserui.*

(14) *Ut prædictum recolo. Vide supra, § 131.*

(15) *Fugit tunc Analafus, etc.* Analafi Sihtrici filii, in Hiberniam fuga de qua hic mentio fit, nonnullos induxit scriptores ut eum pro Olafo Hiberno acciperent qui cum Æthelstano, anno 938, prælio dimicavit. Ex Saxon. Chron. discimus duos reges, Analafum Sihtrici, et Reginaldum, Guthferti filium, a rege Eadmuundo e Northanhimbria anno 944 pulsos fuisse.

(16) *Godefridus frater ejus Scotiam.* Guthferth a

sicut Aquilonalibus Britannis amnem Waiam limitem A posuerat (25). Urbem igitur illam, quam contamina-
 natæ gentis repurgio defæcaverat, turribus muni-
 vit, muro ex quadratis lapidibus cinxit. Et licet
 solum illud, jejunum et squalidum, vix steriles avenas
 et plerumque folliculum inanem sine grano producat,
 tamen pro civitatis magnificentia, et incolarum opu-
 lentia, tum etiam **215** convenarum frequentia, omne
 ibi adeo abundat mercimonium, ut nihil frustra deside-
 res quod humano usui conducibile existimes. Plurima
 ejus insignia, tam in urbe illa quam in finitima re-
 gione, visuntur, quæ melius indigenarum ore quam
 nostro stylo pinguntur (26).

§ 155. Propter hæc (27) tota Europa laudes ejus
 prædicabat, virtutem in cælum ferebat : felices se
 reges alienigenæ non falso putabant si vel affinitate, B
 vel muneribus, ejus amicitias mercarentur (28). Har-
 roldus quidam, rex Noricorum, misit ei navem,
 rostra aurea et velum purpureum habentem, densa
 testudine clypeorum inauratorum intrinsicum cir-
 cumgyratam. Missorum nomina fuere Helgrim et
 Osfrid, qui, regaliter in urbe Eboraca suscepti
 (29), sudorum peregrinationes præmiis decentibus
 extersere. Henricus primus (30), filius Conradi,
 (multi enim hujus nominis fuere,) rex Teutonicorum
 et imperator Romanorum, sororem ejus (31) filio
 Othoni expostulavit, tot in circuitu regibus præter-
 missis, progeniei generositatem et animi magnitudi-
 nem in Ethelstano e longinquo conspicatus. Adeo
 enim hæc duo in eo consentiens habitaculum essece-
 rant, ut nullus esset vel genere clarior et illustrior,
 vel animo audacior et efficacior. Quare perpenso
 consilio, quod quatuor sorores haberet, in quibus
 præter ætatis discrimen nihil de formæ gratia dissi-
 deret, duas **216** postulanti Cæsari misit, quas ille quo-

(25) *Urbem igitur illam.* Æthelstanus Howellum
 Excestreæ an. 926 subiecit. Probabile est Æthelsta-
 num hic diem Natalis Domini transiisse ; quod
 egisse constat, cum nonnullas ex suis legibus in hac
 civitate instituerit. « Hæc sunt judicia quæ sapientes
 Exoniæ consilio Æthelstani regis instituerunt, etc.
 Ego Æthelstanus, etc. Nunc inveni cum illis sapien-
 tibus qui apud Exoniam fuerunt mecum in sancto
 natali Domini, etc. » Confer descriptionem Exoniæ
 quæ hic datur cum eo loco libri *De gest. pontif.*
 lib. II. m.

(26) *Pinguntur.* c. d. e. ; *pingentur,* a. s. l.

(27) *Hæc.* c. d. e. ; *hoc,* a. s. l.

(28) *Haroldus quidam,* etc. Haraldus I, cognomento
Harfager, Norvegiæ rex. Confer relationem legatio-
 nis Haraldi ad regem Æthelstanum an. 931. Snorre,
Haralds Saga ens Harfaga, c. 41—43, tom. I, pp.
 419—421. (*Hist. Reg. Norveg. opera Gerhardi Schön-
 ning, Havnæ, 1777.*)

(29) *Sudorum peregrinationes.* e. ; *sudores pere-
 grinationis,* d. m. ; *sudorem peregrinationis,* a. s. c. l.

(30) *Filius Conradi.* Vide supra § 112, not. 77.

(31) *Ejus.* c. d. e. l. ; *ejus, ut ante dictum est,*
 a. s.

(32) *Jam sermo præoccupavit.* vide supra § 112 et
 126.

modo nuptum locaverit (32), jam sermo præoccupavit.
 Tertiam legitima copula sortitus est comparem
 (33) Lodovicus Aquitanorum princeps, de genere
 Karoli magni superstes. Quartam, in qua omne
 coagululum pulchritudinis, quod cæteræ pro parte ha-
 bent, naturaliter confluxerat (34), Hugo rex Fran-
 corum per nuncios a germano expetiit. Princeps
 hujusce legationis fuit Adulfus, filius Baldewini co-
 mitis Flandriæ (35) ex filia regis Edwardi Ethelswi-
 tha. Is, cum in conventu procerum apud Abbandun-
 nam proci postulata exposuisset, protulit munera
 sane amplissima, et quæ cujuslibet avarissimi cupi-
 ditatem incunctanter expleret : odores aromatum
 qualia nunquam antea in Anglia visa fuerant : hono-
 res gemmarum, præsertim smaragdorum, in quorum
 viriditate sol repercussus oculos astantium gratiosa
 luce animaret : equos cursores plurimos, cum plia-
 leris, fulvum (36) (ut Maro ait) « mandentes sub
 dentibus aurum : » vas quoddam ex onichino, ita
 subtili cælatoris arte sculptum, ut vere fluctuare æ-
 getes, vere germinare vites, vere moveri hominum
 imagines viderentur ; ita lucidum et pollitum in vice
217 speculi vultus intuentium æmuaretur : ense
 Constantini magni, in quo litteris aureis nomen antiqui
 possessoris legebatur ; in capulo quoque super cras-
 sas auri laminas clavum ferreum affixum cernerec.
 unum ex quatuor quos Judaica factio Dominici cor-
 poris aptarat supplicio : lanceam Karoli magni,
 quam imperator invictissimus, contra Saracenes
 exercitum ducens, siquando in hostem vibrabat,
 nunquam nisi victor abibat ; ferebatur eadem esse
 quæ (37), Dominico lateri centurionis manu impa-
 cta, pretiosi vulneris hiatu Paradisum miseris mor-
 talibus aperuit : vexillum (38) Mauricii beatissimi
 martyris, et Thebææ legionis principis, quo idem

(33) *Lodovicus,* etc. Ludovicus, Arelatis rex, Bos-
 sonis filius, Eadgivam matrimonio sibi junxit, Ed-
 wardi Primogeniti filiam.

(34) *Hugo, rex Fr.* Hic forsitan legendum foret *Hugo
 dux Francorum.* Sic enim Hugo Magnus, Parisiensis
 comes, Robertique I, Francorum regis in Franci-
 cis chronicis designatur. A. D. 926, Eadhildæ nupsit.
 (BOUQUET, VIII, 289).

(35) *Ex filia,* etc. Adulfus, seu Adalolfus, Bononiæ
 Tervannæque comes, et S. Bertini abbas, Baldwini
 Calvi, Flandriæ comitis, atque Ælfthrythæ, seu El-
 strudæ, regis Ælfredi filia, natus erat. Obiit mense
 Novembri A. D. 933, absque progenie, cui successit
 frater ejus Arnulfus Magnus, Flandriæ comes.

(36) *Ut Maro ait.* Æneid. II, 279.

(37) *Dominico lateri,* etc. « Juxta S. Longini le-
 gendam, ille est centurio, cujus in Evangelio mentio
 est, qui Domini nostri latus transiit. Vide Jacob. a
 Voragine, *Legenda Sanctorum.* » (SHARPE, 136.)

(38) *Mauritii,* etc. Historia martyrii S. Mauritii
 et Thebææ legionis, in tertio sæculo, apocrypha
 videtur ; primum circa medium quinti sæculi ab Eu-
 cherio, Lugdunensi episcopo edita est. Vide disserta-
 tionem in hanc materiam apud *Bibliothèque raisonnée,*
 tom. XXXV, pp. 427-454.

rex in bello Hispano (39) quamlibet infestos et confertos inimicorum cuneos dirumpere, et in fugam solitus erat cogere : diadema ex auro quidem multo, sed magis gemmis pretiosum, quarum splendor ita in intuentes faculas luminis jaculabatur, ut quanto quis certaret visum intendere, tanto magis reverberatus cogere datur : particulam sanctæ et adorandæ crucis crystallo inclusam, ubi soliditatem lapidis oculus penetrans potest discernere qualis sit ligni color, et quæ quantitas : portiunculam quoque coronæ spinæ, eodem modo inclusam, quam, ad derisionem regni, militaris rabies sacrosancto imposuit capiti. **218** His tantis et tam elaboratis donis magnificentissimus rex gavisus, non minoribus pene respondit beneficiis, quin et (40) anhelantis animum nuptiis sororis refecit (41). Et cæteris quidem successores reges ditavit (42) : partem vero crucis et coronæ Malmesbiriæ delegavit, quorum (43) sustentaculo adhuc credo vigere locum (44) tot libertatis naufragia, tot calumniatorum injurias, passum ; nam et ibidem Elwinum et Ethelwinum filios patris sui Ethelwerdi, quos (45) in bello contra Analasum miserat, humari honorifice jussit, sui quoque corporis requiem ibidem futuram denunciavit. De quo bello tempus est ut illius versifici, de quo omnia hæc excerpimus, sententiam ponamus.

*Transierat quinos et tres et quatuor annos
Jure regens (46) cives, subigens virtute (47) tyrannos,*

*Cum redit illa lues Europæ noxia lates.
Jam cubat in terris fera barbaries aquilonis,
Jam jacet in campo, pelago pirata relicto,
Illicitas torvasque minas Analasus anhelans.
Bacchanti furia, Scottorum rege volente,
Commodat assensum borealis terra serenum :
Et jam grande tument, jam terrent æera verbis ;
Cedunt indigene, cedit plaga tota superbia.
Nam quia rex noster fidens alacrisque juvena,
Emeritus pridem detriverat otia lenta,
Illi continuis sædabant omnia prædis,
Urgentes miseros, injectis ignibus agros :
219 Marcuerant totis viridantia gramina campis,*

(39) Hispano. c. d. e. l. ; Hispanico, a. s.

(40) Et. a. s. c. d. l., omitt. in e.

(41) Et cæteris. Hic aliqui in textu deesse videntur. Omnes mss. conveniunt.

(42) Ditavit. d. e. m., dotavit, a. s. c. l.

(43) Quorum. s. d. e. l., quarum, a. c.

(44) Locum. d. e. m., locum illum, a. s. c. l.

(45) In bello contra Analasum. Prælium apud Brunanburgh, A. D. 938.

(46) Cives. Glossa in e., vel Anglos.

(47) Tyrannos. Glossa in e., vel Britannos.

(48) Non. d. e., nec, a. s. c. l.

(49) Terruit, etc. Hic strepitus, etc. d. e., hunc versum cum sequenti transponunt a. s. l., c. se-eundum omittit.

(50) Fama. a. s. c. d. e., superscriptum turma in l.

(51) Depositum. a. s. e. d. l., repositum e.

(52) Nobile. a. c. d. e. l., mobile, s.

*Ægra seges rotum deriserat agricolarum ;
Tanta fuit veditum, tam barbara vis equitum.*

*Innumerabilium concursus quadrupedantium.
Excubit tandem sanæ querimonia regem
Ne se cauterio tali pæteretur inuri,
Quod sua barbaricæ cessissent arma securi.
Non (48) mora : victrices ducentia signa cohortes,
Explicat in ventum vexilla ferocia centum ;
Cruda virum virtus decies bis millia quina,
Ad stadium belli comitantur prævia signa.
(49) Terruit insignis venientum (50) fama latr-*

*ne.
Hic strepitus movit prædatorum legiones
Ut, posita præda, proprias peterent regiones.
At vulvas reliquum, miseranda strage pre-*

*ca.
Infecit bibulus tetrus nidoribus auras :
Fugit Analasus, de tot modo millibus unns,
(51) Depositum mortis, fortunæ (52) nobile mu-*

*nus.
Post Ethelstanum rebus momenta daturus.*

§ 136. Hic locus exigere videtur ut interitum (53) Elfredi (54), de quo superius fidei promissæ narrationis obstrinxi, regis sermonibus exponam. Nam quia Malmesbiriæ corpora cognatorum delerri, et ad caput sepulchri sancti Alhelmi tumulari, juserat, ita locum illum coluit in posterum ut (55) nihil haberet sanctius. Multa ibi **220** largitus prædia caris quoque confirmavit, in quarum una post donationem subjecti.

DE INTERITU ELFREDI ÆMULI ÆTHELSTANI.

§ 137. c (56) Sciant sapientes (57) regionis nostræ nos (58) has præfatas terras (59) non (60) injusto rapuisse, rapinamque Deo dedisse ; sed sic eas accipi quemadmodum judicaverunt omnes optimates regni Anglorum, insuper et apostolicus papa Romanæ ecclesiæ (61) Johannes, Elfredo defuncto, qui nostræ felicitati et vitæ æmulus extitit, nequitiæ inimicorum nostrorum consentiens quando me voluerunt, patre meo defuncto, cæcare in civitate (62) Wintonia, si non me Deus sua pietate eripisset. Sed, denudatis eorum machinamentis, missus (63) est ad Romanam ecclesiam, ut ibi se coram aposto-

(53) Interitum. a. c. d. e. l., initium, s.

(54) De quo superius . . . obstrinxi. See supra, § 131.

(55) Ut. d. e. m., post ut, a. s. c. l. legunt nihil desiderabilius.

(56) Sciant, etc. Æthelstani charta pro Malmesbiriensi monasterio occurrit in vita Alhelmi, Sureburnensis episcopi, ab auctore exarata. (Angl. Sacra, pars II, p. 31.)

(57) Sapientes. a. s. e. l., præsentis, d. m., gratas, c.

(58) Nos. c. e. l., non, a. s. d. m.

(59) Terras. a. s. d. e. l. m., omitt. in e.

(60) Non. c. e. l., me, a. s. d. m.

(61) Johannes. Joannes XI consecratus est die 20^a Martii, A. D. 934, obiit autem mense Januarii. A. D. 936.

(62) Civitate. d. e. l. m., urbe, a. s. c.

(63) Missus. c. d. e. m., remissus, a. s. l.

lico Joanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram sancti Petri altari; sed, facto juramento, cecidit coram altari, et manibus famulorum suorum portatus est ad (64) Scholam Anglorum, et ibi tertia nocte vitam finivit. Et tunc apostolicus ad nos remisit, et quid de eo ageretur a nobis consulat an cum cæteris Christianis corpus illius poneretur. His peractis et nobis renunciatis, optimates regionis nostræ, cum propinquorum illius turba, efflagitabant omni humilitate ut corpus illius per nostram **221** licentiam cum corporibus poneretur Christianorum; nosque, illorum efflagitationi consentientes, Romam remisimus, et consentiente papa positus est ad cæteros Christianos, quamvis indignus. Et sic judicata est mihi tota possessio ejus in magnis et moliciis. Sed et hæc apicibus literarum prænotavimus, ne, quando Christianitas regnat, aboleatur. Unde mihi præfata possessio, quam Deo et sancto Petro dedi, donatur; nec justius novi quam Deo et sancto Petro hanc possessionem dare, qui æmulum meum in conspectu omnium cadere fecerunt, et mihi prosperitatem regni largiti sunt. »

§ 138. In his verbis regis sapientiam, et pietatem ejus in Dei rebus, suspicere pars est: sapientiam, quod animadverteret, juvenis præsertim, non esse Deo gratiosum de rapina holocaustum; pietatem, quod munus, ultione divina collatum, Deo potissimum non ingratus rependeret. Præterea datur animadvertendum, quod tunc basilica sancti Petri primaria cœnobio fuerit, quæ nunc in secundis habetur; ecclesia beatæ Mariæ, quam monachi modo frequentant, postea regis Edgari diebus sub

abbate Elfrico (65) ædificata. Et hæc quidem fide integra de rege **222** conscripsi: (66) sequentia magis cantilenis per successiones temporum detritis, quam libris ad instructiones (67) posteriorum (68) elucubratis, didicerim. Quæ ideo apposui, non ut earum veritatem defendam, sed ne lectorum scientiam defraudem: ac primum de nativitate referendum.

DE ORTU ETHELSTANI, ET DE NECE EDWINI FRATRIS EJUS.

§ 139. Erat in quadam villa opilionis filia, elegantis specie puella, quæ, quod non contulissent natalis, formæ mercabatur gratia. Huic per visum monstratur prodigium, lunam de suo ventre splendere, et hoc lumine totam Angliam **223** illustrari. Quod cum mane ad sodales detulisset ludo, ab illis non joculariter exceptum, confestim villicæ auribus, quæ regis, filios nutrire solebat, insonuit. Illa, rem examinans, puellam intra lares suos receptam filia loco habuit; cultioribus vestimentis, cibis delicatioribus, gestibus facietioribus, virgunculam informans. Non multo post, filius regis Elfredi Edwardus, itineris casu per villam transiens, ad domum divertit infantilium rudimentorum olim consciam; neque enim integrum famæ suæ rebatur si nutricem (69) salutare (70) fastidiret: ubi, visæ virginis amore captus, noctem petiit. Ipsa uno complexu gravidata, cum peperisset filium Ethelstanum, somni fidem absolvit; nam cum ille, pueritia mortua, in adolescentiam evaderet, magnam spem regiæ indolis dabat, præclaris facinoribus approbatus. Itaque rege

cum sancto Paterno læva dextraque jacuerunt in sepulchro; atque illorum solemnitates nono Kalendis Octobris, sicut et Paterni, celebrantur. Igitur, rex gloriose, sanctæ exaltator ecclesiæ, gentilitatis humilior prave, regni tui speculum, totius bonitatis exemplum, dissipator hostium, pater clericorum, adjutor egentium, amator omnium sanctorum, invocator angelorum, deprecatur atque humiliter invocamus, qui in exultatu et captivitate nostris meritis et peccatis in Francia commoratur, ut non nostri obliviscatur vestræ felicitatis largissimæ magna misericordia. « Hæc epistola. Cæterum, rex reliquias beati Paterni Malmesbitiæ, reliquorum Mideltune commendavit, quo loci monasterium a fundamentis procuderat. Tunc enim, ut superius dixi, piratis Normannorum omnem oram marini litoris, simul et urbes quæ super Ligerim sitæ sunt, infestantibus, corpora sanctorum de Britannia Minori, et ea parte Galliæ quæ nunc Normannia vocatur, translata, et ad tutiora loca delata, facile cuilibet pro penuria bajulorum venum patebant, præsertim Ethelstano, regi opiniatissimo et talium rerum appetentissimo. »

(66) *Sequentia*, etc. Cantilenas historicas tanquam fontes ex quibus haurit frequenter inducit Malmesburiensis.

(67) *Instructiones*. a. c. d. e. l.; *institutiones*, s.

(68) *Posteriorum*. s. e. l.; *posteriorum*, a. c. d. m.

(69) *Nutricem*. c. d. e. l., *nutricem suam*, a. s.

(70) *Salutare*. a. s. d. e. m., *visitare*, c.

(64) *Scholam Anglorum*. Saxonum Romæ degentium Schola juxta S. Petri ecclesiam sita erat. Vide supra § 109, not.

(65) *Ædificata*. a. s. d. e. l. m., post ædificata, c. legit: « Cujus autem opinionis fuerit apud Gallos, tum in belli sudoribus tum in Christiano cultu, non parvum epistola quam subjecio facit indicium. *Summa et individua Trinitatis honore, omniumque sanctorum præcellentissima intercessione, glorioso et munifico regi Ethelstano, Samsonis summi pontificis ego Rohbodus præpositus, istius seculi gloriam et æterni beatitudinem. Benignitatis ac sublimitatis vestræ, piissime, et in omnibus hujus temporis regibus terris famosa laude præcellentissime, rex Adeistane, noverit optime pietas, manente adhuc stabilitate nostræ regionis, quod pater vester Eduardus per literas se commendavit consortio fraternitatis sancti Samsonis summi confessoris, ac Lenenani archiepiscopi senioris ac consobrini mei, ac clericorum ejus. Unde usque hodie indefessas Regi Christo pro ejus animæ salute, et pro salute vestra, fundimus preces; et die nocteque, videntes magnam super nos misericordiam vestram apparere, in psalmis, et missis, et orationibus nostris, quasi percolutus ego et duodecim canonici mei genibus nostris fuisse deum, promittimus Deum clementem orare pro vobis. Et modo reliquias, quas vobis omni terrena superbia scimus esse cariores, transmittimus vobis; id est ossa sancti Senatoris, sancti Paterni, atque sancti Scubilionis ejusdem Paterni magistri, qui similiter uno die eademque hora cum supradicto Paterno migravit ad Christum. Isti certissime duo sancti*

Edwardo defuncto, filius ejus Edwardus, ex legitima A conjugē creatus, patrem cita morte secutus. Tunc omnium spebus in Ethelstanum erectis, solus (71) Elfredus, magnæ insolentiæ homo, cum suis clam restitit (72) quoad potuit, dedignatus subdi domino quem suo non delegisset arbitrio. Quæ, ut superius rex retulit, prodito et exanimato (73), fuere qui fratrem regis Edwinum insidiarum insimularent: scelus horrendum et scædum, quod sedulitate fraternam sinistra interpretatione turbarent. Edwinus per se et per internuncios fidem germani implorans, et licet sacramento delationem infirmandam, in exsilium actus est. Tantum 224 quorundam musculatione apud animum in multas curas distentum valuit, ut ephœbum etiam externis miserandum, oblitus consanguinitatis necessitudinis, expelleret; inaudito sane crudelitatis modo, ut solus cum armigero navem conscendere juberetur, remige (74) et remigio vacuam, præterea vetustate quassam (75). Diu laboravit fortuna ut insontem terræ restitueret. Sed cum tandem in medio mari furorem ventorum vela non sustinerent, ille, ut (76) adolescens delicatus et vitæ in talibus pertæsus (77), voluntario in aquas præcipitio mortem conscivit. Armiger, saniori consilio passus animam producere, modo adversus fluctus eludendo, modo pedibus subremigando, domini corpus ad terram detulit angusto scilicet a Dorobernia in Witsant mari. Ethelstanus, postquam ira deferbuit, animo sedato factum exhorruit, septemque pœnitentiæ accepta, in delatione fratris animose ultus est. Erat ille pincerna regis, et per hoc ad persuadenda quæ excogitasset accommodus. Itaque cum forte die solenni vinum propinaret, in medio triclinio uno pede lapsus, altero se recollegit; tunc, occasione accepta, fatale sibi verbum emisit. « Sic frater fratrem adjuvat. » Quo rex audito perfidum obtruncari præcepit, sæpius auxilium germani, si viveret, increpitans, et mortem ingemiscens.

(71) *Elfredus*. Vide supra, §§ 136-137.

(72) *Restitit*. a. s. c. d. l., *restituit*, e.

(73) *Exanimato*. a. s. e. l., *examinato*, c. d. m.

(74) *Remige*. c. e. l.; *sine remige*, a. s. d.

(75) *Quassam*. c. d. e. l.; *quassalam*, a. s.

(76) *Ūi*. c. d. e. m.; omitt. in a. s. l.

(77) *Voluntario*, etc. Eadwinus in mari mersus est A. D. 933. Simeon Dunelmensis addit hoc jubente Ethelstano patratum.

(78) *Videntur*. c. d. e.; *videantur*, a. s. l.

(79) *Fecit*. a. s. e. g. l.; *faciens*, c. k.; post *fecit*, e. d. k. m. leg.: *nunquam eorum intuitu dare operam matrimonio curavit*.

(80) *Sororibus*. c. d. e. m.; *sororibus suis*, a. s. g. l.

(81) *Eas*. c. d. e. m.; omitt. in a. s. g. l.

(82) *Vitæ termino expleto*. . . . *Ethelstanus Glocestreæ diem clausit*. Aethelstanus obiit Glocestreæ, die Mercurii, 27 Oct. an. 941.

(83) *Talibus enim thesaurus patris*. . . *consumpsit*. Vide § 138, not. 65.

(84) *Fertur*. e.; *ferunt*, a. s. c. d. l.

(85) *Nonagesimo quadragesimo*. Hic Sax. Chronica sequitur Malmesbiriensis; sed probabilius videtur successisse Eadmundum Primogenitum an. 941; Eadmundi tamen exstat charta A. D. 940 inscripta, indict. xiii (uss. Cott. Aug. II. LXII.)

§ 140. Hæc de fratris nece, etsi verisimilia videntur (78), eo minus corroboro quod mirabilem suæ pietatis diligentiam in reliquos fratres 225 intenderet; quos, cum pater pueros admodum reliquisset, ille parvos magna dulcedine fovit, et adules regni consortes fecit (79). De sororibus (80) superius lectum est quanta eas (81) majestate protererit, quas pater et inuuptas et indotatas reliquerat (82). Vitæ termino expleto, et quidem immatura, Ethelstanus Glocestreæ diem clausit. Exuvie triumphales Malmesbiriæ delatæ, et sub altari tumulatæ. Portata ante corpus multa in argento et auro donaria, simul et sanctorum reliquiæ de transmarina Britannia emptæ. In (83) talibus enim thesaurus patris, quos ille diu coacervatos et intactos reliquerat, consumpsit; somnio, ut fertur (84), admonitus. Vir, qui parum ætati vixerit, multum gloriæ.

DE REGE EDMUNDO PRIMO.

§ 141. Anno Dominicæ incarnationis (85) nonagesimo quadragesimo Edmundus frater Ethelstani, adolescens octodecim circiter annorum, tenuit regnum annis sex et semis. Hujus tempore Northumbri, rediviva meditantibus prælia, pactum quod cum Ethelstano pepigerant corrumpere, et (86) Anaslafum, ab Hibernia revocatum, statuere regem. 226 At vero Edmundus, qui existimaret injuriam si non fraternæ victoriæ reliquiis persequeretur, copias contra desertores ducitavit. Quibus mox loco cedentibus (87), omnes civitates citra Humbram fluvium suæ potentiæ redegit. Anaslafum cum quodam regulo (88) Reinualdo, filio illius Germani de quo in gestis Elfredi tetigitur animum regis tentans, deditioem sui (89) obtulit (90), Christianitatem obsequii suæ professus. Sed non diu barbaricus animus in sententia mansit, quin et sacramentum læderet, et dominum irritaret; quapropter (91) anno sequenti pulsus, perpetuo exilio pœnas luit, Provincia quæ vocatur Cumberlaud (92), regi Scottorum

(86) *Anaslafum*, etc. Anno 941 Northumbri in ducum cum Æthelstano in ducum frangentes Anaslafum ab Hibernia revocatum sibi in regem elegerunt. (Sax. Chronic. et FLORENT. WIGORN.)

(87) *Omnes civitates*, etc. Anno 942 urbes quinque, pulsus Danis, recepit Eadmundus, Leicestram scilicet, Lincoln, Nottingham, Stamford et Derby, universamque Merciam in suam ditionem redegit.

(88) *Reinaldo*. Ræginaldus filius erat Guthberti quem et Northumbria expulit Æthelstanus, anno 927. Vide supra, § 131, not. 81.

(89) *Sui*. c. d. e. l.; omitt. in a. s.

(90) *Christianitatem*. . . (*professus*.) Anaslafus primo, et paulo post Ræginaldus, anno 943 baptismum susceperunt dum in regis Eadmundi potestate tenebantur.

(91) *Anno sequenti pulsus*, anno 944 utrumque regem Anaslafum Sibtrici, et Ræginaldum Guthberti filium e Northumbria expulit rex Eadmeadus. Vide supra, § 134, not. 15.

(92) *Regi Scottorum Malcolmus*, etc. Anno Dom. 945. Juxta Saxon. Chron., rex Eadmundus provinciam quæ dicitur Cumberlaud Malcolmus, Scottorum regi, ea conditione condonavit ut sibi fideliter terra marique adhæreret. Florent. Wigornensis, ut terra marique sibi fidelis existeret.

Malcolmo, sub fidelitate jurisjurandi commendata.

§ 142. (93) Inter ea (94) beneficia quæ diversis ecclesiis contulit, miro affectu Glastoniensem ecclesiam magnis prædiis et honoribus sublimavit, et privilegium (95) in hæc verba concessit :

227 § 143. « In nomine Domini nostri Jesu Christi, ego Edmundus, rex Anglorum, cæterarumque gentium (96) in circuitu persistentium gubernator et rector, cum consilio et consensu optimatum meorum, pro æternæ retributionis spe et relaxatione peccaminum meorum, concedo (97) ecclesiæ Dei genitricis Mariæ Glastoniæ, et venerabili viro Dunstano (98), quem ibidem abbatem constitui, libertatem et potestatem, jura, consuetudines, et omnes forisfacturas omnium terrarum suarum, id est, burhgerihta, et hundred setena, athas, et ordelas, et infangenethoefas, hamsocne, et friobrice, et forestal, et tol et team, in omni regno meo; et sint terræ suæ sibi liberæ et solutæ ab omni calumpnia, sicuti meæ mihi habentur. Sed præcipue ipsa villa Glastoniæ, in qua celeberrima vetusta ecclesia sanctæ Dei genitricis sita est, præ cæteris sit liberior cum terminis suis. Abbati ejusdem tantummodo potestas sit (99), tam in notis causis quam in ignotis, in modicis et in magnis, et in his etiam quæ sunt super et subter terram, in aridis et in rivis, in sylvis et in planis, et eandem auctoritatem puniendi et dimittendi delinquentium in ea (100) commissa habeat quam mea curia, quemadmodum mei antecessores concesserunt et statuendo confirmaverunt; videlicet Edwardus (1) pater meus, et Elfredus (2) pater ejus, et Chentwines, Ines, et Chutredus, et alii quam 228 plures qui locum illum honorantes gloriosum habuerunt. Et ne quisquam mortalium, seu episcopus, vel dux, aut princeps, aut quislibet ministrorum eorum, audeat eam omnino intrare causa placitandi, vel rapiendi, vel quippiam faciendi quod contrarium fore possit inibi Deo servientibus, Dei interdictione prohibeo. Quisquis igitur benevola mente meam donationem am-

plificare sategerit, in hoc præsentis seculo vita illius prospera, feliciter, longiturnæ vitæ (3) gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate violenter invadere præsumperit, sciat se proculdubio ante tribunal districti iudicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare maluerit. » Acta est hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi nongentesimo quadragésimo quarto, indictione secunda (4); scriptaque est literis aureis in libro evangeliorum quem eidem ecclesiæ obtulit elegantis satis opere compositum.

§ 144. (5) Verum tantos et tam felices successus miserandus decoloravit exitus (A. D. 946) : siquidem latrunculus quidam, Leof (6), quem propter atrocitiam eliminaverat, post sexennium regressus, in solennitate sancti Augustini (7) Cantuarie archiepiscopi (8) inopinatus apud Pukelechirche (9) inter convivas regios assedit, quo scilicet die Angli festive obsolari solebant pro prædicatoris sui memoria; et 229 forte juxta ducem recumbebat quem rex ipse partibus de cæna dignatus fuerat. Id ab eo solo animadversum, cæteris in vinis spumantibus; itaque bili concitata, et, ut eum fata agebant, e mensa prosiliens, prædoni in capillos involat, et ad terram elidit : ille latenter sicam de vagina eductam in pectus regis superjacentis quanto potest conatu inligit (10); quo vulnere exanimatus, fabula januam in omnem Angliam de interitu suo patefecit. Latro quoque, mox concurrentibus satellitibus membratim dissectus, prius nonnullos sauciavit. Præviderat tam infamem finem beatus Dunstanus, tunc Glastoniensis abbas, dæmonis ante se saltantis gestulationibus et plausibus edoctus scurrilibus; quocirca equo concito curiam properans, in medio itinere gestæ rei nuncium accepit (11). Communi ergo decreto consilio, et funus Glastoniam delatum, ibique in aquilonali parte turris magnifice humatum. Id eum voluisse pro familiari abbatis amicitia per nonnulla claruerat indicia; data in

(93) *Inter*. Duæ sequentes sectiones, 142 et 143, occurrunt in a. c. 2. (13 B. XIX) d. e. f. k. m.; sed omittuntur in a. c. 1. (Hrl. 447) b. g. l.

(94) *Ea*. s. d. e.; cætera, f.

(95) *In hæc verba concessit*. Malmesh. *De antiquitate Glaston. Ecclesiæ*. (Gale, III, 313.)

(96) *In circuitu persistentium*. d. e. m., omitt. in b. c. 2.

(97) *Ecclesiæ*. d. e. m., *ecclesiæ sanctæ*, s. c. 2.

(98) *Quem ibidem abbatem constituit*. S. Dunstanus Glastoniæ abbas institutus est A. D. 942 (FLORENT. WIGORN.; *Chron.* A. D. 943 (Sax. Chron.). Confer Bridferthum, *De Vita S. Dunstani*, Act. SS. 19 Maii.

(99) *Potestas sit*. s. d. e. m., omitt. in c. 2.

(100) *In ea*. s. c. 2. d. m., omitt. in c.

(1) *Edwardus*. s. d. e. m., omitt. in c. 2.

(2) *Elfredus*. s. d. e. m., *Ethelfredus*, c. 2.

(3) *Vitæ*. d. e. m., omitt. in s. c. 2.

(4) *Indictione secunda*. c. 2. d. f. m., omitt. in e, *indictione prima*, s.

(5) *Verum... accepit*. a. s. c. 2. d. e. l. m., omitt. in c. 1; sed inserta sunt eadem manu, ut videtur, quæ reliqua exaravit.

(6) *Leof*. s. c. d. e. m., *Leva*, a. l.

(7) *Augustini*. a. c. d. e. l. m., *Augustini Anglorum apostoli*, s.

(8) *Archiepiscopi*. a. c. d. e. l. m., *primi archiepiscopi*, s.

(9) *Pukelechirche*. o., *Pugrescerne*, d., *Puchele-cere*, c., *Pulchrescerne*, a., *Pukelecerne*, l. — *Pucklechurc*, in comitatu Glocestriensi.

(10) *Quo vulnere*, etc. Eadmundus a Leofa intersectus est die festo S. Augustini, feria IV, 26^a Maii, indict. IV, A. D. 946 (FLORENT. WIGORN.; *Chron. Frodoardi*; quædam *Sax. Chron. exemplaria*); at vero, juxta alios auctores, feria sexta, 26^a Maii, A. D. 948 (Laudi vel Petriburg. *Sax. Chron. exemplar*; SIMON DUNELM.; *Chron. Ethelwerd.*; *Vita S. Cuthbert.*; ms. Cott. Nero A. II). Successoris ejus Eadredi charta exstat A. D. 947, indict. V. inscripta (ms. Cott. Aug. II. 83.)

(11) *Accepit*. s. c. d. e. f. k. m., *post accepit*, a. g. h. l. *legunt corpusque suscipiens Glastoniæ sepelivit*.

inferias villa in qua occubuerat, ut quæ semel conscia fuerat homicidii, semper in posterum pro anima ejus esset adiutrix beneficii (12).

§ 145. Hujus anno quarto, id est anno Dominicæ incarnationis (13) nongentesimo quadragesimo **230** quarto, Willelmus, filius Rollonis, dux Normannorum (14), dolo in Francia occisus est: quod non immerito factum majores tradunt. Riulfus siquidem, unus procerum Normannicæ gentis (15), in similitatem, nescio qua de causa, veniens cum Willelmo, multis illum assultibus afflixit. Militabat filius ejus Anschetilus comiti, qui, ut domino placeret, ausus est temerare naturam, ut patrem duello (16) caperet, et in potestatem comitis traderet; maximo tamen sacramento credulus, ne quicquam injuriæ præter vincula pateretur. Sed sicut semper nequitia causas malorum comminiscitur, post non multum tempus, afflicta occasione, comes Anschetilum in Papiam dirigit, epistolam de sua ipsius nece ad ducem Italiæ portantem. Ille permenso itinere, urbem introlens, magnifice susceptus est. Porrectis literis dux fraudem miratus dirigit, quod insignis festivitatis miles juberetur interfici: sed quia tantæ famæ comiti resultare non esset consilium, Anschetilum jam civitatem egressum excepit insidiis mille, ut fertur, equitum; ubi ille cum sociis, quos lectissimos ex omni Normannia adduxerat, diu violentiæ restitit, sed tandem, mortem suam multis cæsis compensans, non ignave occubuit. Solus ex utraque parte Balzo Normannus superstes, vir exigui corporis sed immanis fortitudinis: quamvis quidam per ironiam dicant eum Curtum vocatum, solus inquam civitatem obsedit, solus cives gladio suo, quoad visum est, exterruit. Hoc incredibile non judicabit **231** qui cogitabit quantum conetur hominis audacis desperatio, et quam parum valeant illi provinciales in prælio. Inde repatrians, querelam apud regem Francorum de domini sui perfidia deposuit, nam et Riulfum fama ferebat in vinculis

(12) *Communi... beneficii. s. c. d. e. f. k. m.,* omitt. in a. g. h. l.

(13) *Nongentesimo quadragesimo quarto.* Potioris fidei auctores cædem Willelmi, Normannorum ducis, diei 17^{to} Decembr. a. mo Dom. 943 ascribant.

(14) *Dolo in Francia occisus est.* Confer Willelmum Geinetsensem, lib. III, cap. 10, 11, 12; Chron. Sithiens. a. Johann. Iperio, cap. 23; et Chron. S. Martini Turonensis (ex bibliotheca Thuana, edit. Frat. Chesn. tom. III, p. 338.)

(15) *Normannicæ gentis. s. c. d. e., Normanniæ,* a. s. l.

(16) *Duello. s. e. l., duellio, a. c. d.*

(17) *Specie. s. c. d. e. m., spe. a. l.*

(18) *Sequanæ. Imo Somonæ.*

(19) *Pro veraciores literæ, etc.* Willelmus Gemeticensis narrat, invaso ab Arnulfo, Flandriæ comite, Monstrolii castello, ad quemdam Herluinum comitem pertinente qui hujus rei causa Willelmi Normannorum ducis opem requisivit, colloquium ducem inter et Arnulfum de Picquigny juxta Somonam habitum, ubi Balzo le Court, qui erat comiti a cubiculo, ducis cædem perpetravit (Bouquet, IX, 78).

(20) *Intus. s. s. c. d. l. m.,* omitt. in e.

(21) *Indicium, a. s. c. d. l., inditium, e.*

A cæcatum. Quare ad judicium evocatus Parisiis, et ab obvio sibi Balzone sub specie (17) colloquii obtruncatur, in medio, ut aiunt, Sequanæ (18), perfidiae suæ, et iræ illius, satisfacit. Interitus ejus diutinam inter Francos et Normannos discordiam peperit, donec per industriam Ricardi filii ipsius finem accepit virtute sua dignum (19). Porro veraciores literæ dicunt illum, contractis inimicitis cum Ernulfo comite Flandriæ, unum ex castellis ejus pervasisse; a quo simulata voluntate sceleris ad colloquium evocatum, consertoque sermone in navi per Balzomem obtruncatur: clavem ad ejus cingulum inventam, seræque familiaris scripii compositam, monachilium indumentorum intus (20) involutorum indicium (21) fecisse quod semper inter bella meditaretur monachus (22) fore apud Gimægium, quem locum, a tempore Hasteng desertum, ipse fructuosus sentibus eruderaverat, et ad hunc statum qui modo est principali indulgentia erexerat.

DE REGR EDBEDO.

232 § 146. Anno Dominicæ incarnationis (22) nongentesimo quadragesimo sexto, Edreda, tertius ex filiis Edwardi, regnum suscipiens, rexit annis novem et dimidio. Ejus magnanimitas a patre et fratribus non degenerans, hanc summam dedit; Northanhimbros et Scottos facile ad sacramentum suæ fidelitatis adactos, et mox seditifragos, quodam (23) Iricio rege super se statuto, pene ex hominibus delevit, tota provincia fame ferroque factata. Archiepiscopum Eboraci Wulstanum, qui compatriotis in transfugio connivere diceretur, die in vinculis tentum, postea, clericalis reverentiæ respectu, venia donatum laxavit. Ipse interea sanctorum pedibus acclinis Deo, et Dunstano vitam suam devoverat; cujus monitis (23) tortiones crebras corporis patienter ferre, orationes continuare, prorsus palatium suum gymnasium **233** virtutum facer.

(22) *Monachus. a. d. e. m., modo, s. c. l.*

(23) *Nongentesimo quadragesimo sexto.* Juxta Florentium Wigorniensem Eadredus Kingstoni inunctus est ab Odone, archiepiscopo Cantuariensi, die Dominica, 16^a Augusti, A. D. 946. A quibusdam auctoribus ejus coronatio anno 948 ascribitur. Vide 144, Not.

(23) *Iricio rege.* Narrat Snorre Erikum Blodoe, Haraldus Norwegiæ regis filium, ex Æthelstano rege Northanimbriam recepisse. (*Saga Hakonar Gode,* c. 3, p. 127.) Nil certi quoad tempus quo Erikus ad thronum accessit, vel vita functus est. Aquilonales historici ejus e Norwegiæ throno defectionem anno 938, regni Norwegiæ acceptance anno 939, ejus vero obitum anno 952 ascribant. Confer Sax. Chron. A. D. 948-954. Ab eo tempore Northanimbriam gubernarunt comites quorum catalogus apud Hoveden invenitur.

(23) *Tortiones.* Bridferthus, in Vita S. Dunstani, Eadredum exhibet morbo viscerali laborantem, ita ut inter epulas absorpto tantum carniæ succo, hanc etiam expuere, non sine magna suorum convivarum molestia cogeretur. (*Acta SS. 19 Maii*). Unde probabiliter absurdum fluxit commentum, a Wallingford in suis Chronicis narratum, scilicet Eadredum

(24) Decessit magno luctu hominum, sed gaudio angelorum prosecutus; siquidem Dunstanus, nuncio ægrotantis auditio, cum illuc sonipedem calcaribus urgeret, vocem desuper tonantem audierit: Modo rex Edredus obdormivit in Domino. Requiescit Wintoniæ in episcopatu.

DE REGE EDWIO.

§ 147. Anno Dominicæ incarnationis (24^o) nongentesimo quinquagesimo quinto, Edwius, filius Edmundi (25) superioris regis, regno potitus, tenuit annis quatuor; petulans adolescens, et qui speciositate (26) corporis in libidinibus abuteretur. Denique proxime cognatam invadens uxorem ejus forma deperibat, sapientium consilia fastidians. Ipso quippe die quo in regem sacratus (27), frequentissimo consensu procerum, dum de rebus seriis et regno necessariis inter eos ageretur, e medio, quasi ludibundus, prorupit in triclinium et (28) in complexum generæ devolutus. Fremere omnes facti verecundiam, **234** et inter se mussitare; solus Dunstanus (29), juxta nominis sui firmitatem, nihil regale supercilium veritus, lascivientem juveniculum violenter e cubiculo abstraxit, et (30) per Odonem archiepiscopum pellicem repudiare coactum, perpetuum sibi inimicum fecit. Mox etenim, miserimis satellitibus cubnixus, omnes in tota Anglia monastici ordinis homines, prius nudatos facultatum auxilio, post etiam deportatos exilio, calamitatibus indignis affecti. Ipsum Dunstanum, monachorum primicerium (31), in Flandriam propellit. Ea tempestate facies monasteriorum fœda et miserabilis erat; (32) nam et Malmesbiriense cœnobium, plusquam ducentis septuaginta annis a monachis inhabitatum, stabulum clericorum fecit. Sed tu, Domine Jesu, creator et recreator noster, bone ar ifex, multumque potens formare nostra deformia per illos homines irregulares et vagos, thesaurum tuum tot annis ab-

regem, cum, dentibus ob ætatem provectam deficientibus, cibos triturare non posset, cumque sorditiones ejus causa connectæ ad vitam sustentandam impares essent, fame interiisse.

(24) Decessit. Eadredus Frome obiit die 23 Novembris— A. D. 955, juxta Florent. Wigorn.; A. D. 955—956, Saxon Chron.; et A. D. 957, juxta computationem in Æthelweardi chron. Observat Tyrrell « hunc regem non sine progenie, ut multi arbitrantur, obiisse, ejusque duos filios Elfridum et Bedefridum testes adfuisse ad confirmandas veteres chartas quæ a Speed citantur. »

(24^o) Nongentesimo, etc. Eadwii promotio in pluribus Sax. Chron. exemplaribus ad annum 955, in aliis vero ad annum 956 refertur.

(25) Edmundi. c. d. e. l., Edmundi fratris Ethelstani, a. s.

(26) Speciositate. s. c. e., subspeciositate, a. d. l. m.

(27) Sacratus. e., sacratus fuerat, a. s. c. d. l.

(28) In complexum, etc. Hæc historia in omnibus Vitis S. Dunstani narratur. Bridferthus solus est qui Ælfgysa nomen asserat; Edmerus et manuscripta Vita S. Dunstani (Coll. inss. Nero E. l.) asserunt eam fuisse, et ex magna et alta progenie natam, filiam adultam secum habentem; at cuncti fatentur duas fuisse mulieres, matrem et filiam Malmesbiriensis in Vita S. Dunstani eandem narrationem retractat.

(29) Juxta nominis sui firmitatem. Similis loquendi

ditum in lucem propalasti, beati Aldelmi corpus dico, quod ipsi de terra elevatum in scrinio locarunt. Accessit clericorum gloriæ regalis liberalitas ut daret sancto prædium, amplitudine et vicinitate ipsa pœroportunum. Cæterum longe horret nostra memoria quam immanis fuerit in reliqua cœnobio, et propter ætatis lubricum, et propter pellicis **235** consilium, quæ tenerum jugiter obsidebat animum. Sed ignoscat dolori meo anima, jamdudum in requie collocata (33) per Dunstani interventum: dolor, inquam, me cogit illum adjudicare, quia privata utilitas publico damno non præjudicat, imo commune dispendium privato commodo præponderat. Luit ille pœuas ausus temerarii etiam hac in vita, (34) maxima parte regni mutilatus. Qua injuria percussus (35) vivendi finem fecit, Wintoniæ in novo monasterio tumultatus.

DE REGE EDGARO.

§ 148. Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo quinquagesimo nono, Edgarus, honor ac delicæ Anglorum, filius Edmundi, frater Edwii, juvenculus annorum sexdecim, regnum adipiscens, eodem annorum numero ferme tenuit. Res ejus multum splendide etiam nostro celebrantur tempore. Affulsit annis illius divinitatis amor propitius, quem ipse mercabatur sedulo devotione animi et vivacitate consilii. Denique vulgatum est, quod, (36) eo nascente, angelicam vocem Dunstanus exceperit (37), « Pax Angliæ quamdiu puer iste regnaverit, et Dunstanus noster vixerit. » Respondit veritas rerum cœlesti oraculo: adeo illis viventibus splendor ecclesiasticus effloruit, et tumultus bellicus enaruit; nec ullus fere annus in Chronicis præteritus est quo non magnum **236** et necessarium patriæ aliquid fecerit, quo non monasterium novum fundaverit. Nullas insidias domesticorum, nullum

modus occurrit in Osberno, *De Vita S. Dunstani*; sed ille, juxta etymologiam nominis sui, ut mons persistens immobilis. Dun enim in Anglo-Saxonico sermone *collem* et *stan petram* significat.

(30) Per Odonem, etc. Juxta Sax. Chron., anno 958, Odo, archiepiscopus Cantuariensis, regem Eadwium ab Ælfgysa, sejunxit, ob propinquorem consanguinitatis gradum. Confer Florent Wigorn. A. D. 958.

(31) In Flandriam propellit. Pulsus Dunstanus A. D. 956, ab Arnulfo, Flandriæ comite, honorifice suscipitur. Quoad ejus exsilii locum vide Adlardum Blandiniensem, *De Vita S. Dunstani*.

(32) Nam, etc. Hic paragraphus fere ad verbum occurrit in Malmesb. *De Vita Adhelmi* (Angl. sacra, pars II, 32.)

(33) Per Dunstani interv. Regis anima e dæmonibus, qui illam arripiebant, S. Dunstani precibus eripita dicitur. Vide Osberno *De Vita S. Dunstani*, in *Angl. sacra*, pars II, 107.

(34) Maxima parte regni, etc. Merciorum rebellio A. D. 957 contigit, Eadgarusque in regem ab illis electus est.

(35) Vivenli finem fecit. Eadwy obiit die I Octobr. A. D. 959.

(36) Eo nascente, A. D. 943. Confer Vitam S. Dunstani.

(37) Exceperit. d. e. m.; exceptit, a. s. c. l.

exterminium alicunorum, sensit. Regem Scottorum A
Kinadium, Cumborum Malcolmum, (38) archipira-
tam Mascusium, omnesque reges Walensium, quo-
rum nomina fuere Dufual, Giferth, Huual, Jacob,
Judethil, ad curiam coactos, uno et perpetuo sacra-
mento sibi obligavit; adeo ut, apud (39) civitatem
Legionum sibi occurrentes, in pompam triumphi (40)
per fluvium De illos deduceret. Una enim navi im-
positos, ipse ad proram sedens remigare cogebat;
per hoc ostentans regalem magnificentiam, qui sub-
jectam haberet tot regum potentiam. Denique fertur
dedixisse tunc demum posse successores suos gloriari
se reges Anglorum esse, cum tali honorum præro-
gativa fruere. Unde factum est, ut, fama ejus
per ora omnium volitante, alienigenæ, Saxones,
Flandritæ, ipsi etiam Dani, huc frequenter anna-
vigarent, Edgardo familiares effecti: quorum adven-
tus magnum provincialibus detrimentum peperit,
quod a Saxonibus animorum inconditam ferocita-
tem, a Flandriis corporum enervem mollitiem, a
Danis potationem discerent; homines antehac in
talibus integri, et naturali simplicitate sua defen-
sare, aliena non mirari. Inde merito jureque cul-
pant eum literæ; nam cæteras infamias, quas post
dicam, magis resperserunt cantilenæ.

237 DE SANCTO DUNSTANO.

§ 149. Eo tempore micuerunt per Angliam sanc-
torum virorum lumina, ut crederes e cælo arridere
sidera. Quorum sæpe nominatus (41) Dunstanus,
prius abbas Glastoniæ, post episcopus Wigornix,
mox archiepiscopus Cantuarix, multæ in seculo po-
tentix, magnæ apud Deum gratix, illic Martham,
istic exhibebat Mariam. Ipse artium liberalium in
tota insula post regem Elfredum excitator mirifi-

(38) *Archipiratam Mascusium.* c. Maccus plurima-
rum rex insularum. (FLOR. WIGORN.)

(39) *Civitatem Legionum.* l. e. Chester.

(40) *Per fluvium De illos deduceret.* s. c. 2. e. l.;
per fluvium Deiros deduceret, a. d. *per fluvium illos*
deduceret, c. 1. Hæc anno 973 alliganda.

(41) *Dunstanus.* Vita S. Dunstani gratissimum
scribendi argumentum monachis præstitisse videtur.
Scripta fuit ab Osberno, monacho et præcentore
Christi Ecclesiæ Cantuarix, a Bridfertho, Ramesiensis
monacho, ab Adalardo, Blandiniensi monacho, (St.
Peters, in Glent), ab Edmero; ab anonymo auctore
Bridfertho coætaneo; et a Malmesburiensi duobus
libris nundum editis. Dunstanus Glastoniæ abbas in-
stitutus est anno 942; episcopus Wigorniensis an.
957, postea vero eodem anno in sedem Londinen-
sem translatus, ad sedem Cantuariensem an. 959
designatus, anno sequenti Romam adiit, pallium a
Joanne papa XII recepturus (FLORENT. WIGORN.)

(42) *Regularium.* e, *regalium,* a. s. c. d. l. m.

(43) *In reges,* etc. Septem annorum pœnitentiam
regi Eadgardo indixit qua inter alia imposita gestare
coronam toto hoc temporis spatio interdictum
ob defloratam Wilfredum, Wiltoniensem monachum,
ubi regem Eadwicum cum Ælfgyfa versari compe-
rit, illum ad amica violenter abstraxit, corona-
que in ejus capite posita, ad archiepiscopum Can-
tuariensem perduxit. (OSBERN. *De Vita S. Dunstani.*)

(44) *Ipse clavos... vasis,* etc. Inde locutio hæc:
ad pinnam bibere (to drink to the pin.) Mos tamen
ad pinnam bibendi in Angliam a Danis videtur

cus, ipse regularium (42) locorum reparator ma-
nificus; (43) in reges et delinquentes duces insonare
terribile, pauperes et mediocres juste sustentare. In
tantum et in frivolis pacis sequax, ut quia compa-
triotæ in tabernis convenientes, jamque temulentis pro
modo bibendi contenderent, (44) ipse clavos arge-
teos 238 vel aureos jussisset vasis affigi, ut dum
metam suam quisque cognosceret, non plus, sub-
serviente verecundia, vel ipse appeteret, vel alium
appetere cogeret. Plura, et non contemnenda, de
viro volentem dicere revocat Cantuarix cantor (45)
Osbernus, qui ejus vitam Romana elegantia com-
posuit, nulli nostro tempore stylo secundus, mesica
certe omnium sine controversia primus. Simul
quoniam, si gratia divina comitetur dispositum, pro-
posui post nomina regum, omnium episcoporum
Angliæ cujuscunque provinciæ nomina saltem tran-
currere, et ad scientiam nostrorum procedere, si
quid dignum valero de antiquitatis moneta excol-
pere. Veruntamen quantum efficax fuerit, sanctitas
et probitas discipulorum suorum indicio est. (46)
Adelwoldus ex monacho Glastoniensi abbas Abbe-
doniensis, idemque post hæc episcopus Wintonia-
sis, tot et tanta monasteria fecit, quod vix modo vi-
deatur credibile ut talia fecerit episcopus urbis
unius, qualia vix posset rex Angliæ totius. Fallo,
et præcipiti sententia pecco, si non palam sit quod
dico. Quantula sunt cœnobia Heliense, Burchese,
Thorniense, quæ ille a fundamentis suscitavit et sua
industria perfecit; quæ cum 239 semper exacto-
rum vellicet nequitia, sunt nihilominus habitato-
ribus suis sufficientia. (47) Hujus vitam Wulstanus,
quidam cantor Wintonicus, discipulus ejus scilicet
et alumnus, composuit stylo mediocri. Fecit et

illatus, qui pinnam intra wassail bowl (poculi ge-
nus) inflegebant; accurateque ad pinnam bibere
facinus erat ad quod non nisi diuturno usu pervenire
contingebat. Observat alibi Malmesburiensis regem
Eadgarum ad coerendam nimiam bibendi libidinem
prohibuisse ne quis uno haustu infra pinnam bibe-
ret. Observat etiam Bonifacius archiepiscopus ebrici-
tatem adeo sua ætate vulgarem fuisse, ut ipsi quo-
que episcopi, nedum obsisterent, eidem libidini ad-
dicti essent. Hic tamen ebrietatis modus cl. r. cis in
concilio Londinensi A. D. 1102 prohibitus est ubi
decretum fuit ne presbyteri publicas potationes
adeant, nec ad pinnas bibant. Vide supra § 82 not.
27.

(45) *Osbernus.* Vita S. Dunstani, ab Osberno scri-
pta, edita est in *Anglia sacra*, pars II, p. 88, juxta
manuscriptum Lambethanæ bibliothecæ; aliud quo-
que exemplar existit in Britannio Museo (Coul. *Tiber*
D. III. fol. 119), in quo totus fere secundus liber
deest. Vide etiam Acta SS. (19 Maii).

(46) *Æthelwoldus.* Magistro S. Dunstano educatus,
episcopus Wintonix anno Dom. 963 creatus est.
Obiit die 1 Augusti A. D. 984.

(47) *Hujus Vitam Wulstanus.* Vita Æthelwoldi quam
Wulstanus scripsit a Mabillone edita est (sæc. V, Act.
Bened.) Ibi narratur quidquid in Vita Æthelwoldi ab
Ælfrico composita, et iisdem sæpe verbis continetur,
quibusdam tamen additis quæ in vetustiore Vita
non occurrunt.

aliud opus De Tonorum Harmonia valde utile, eruditii Angli indicium, homo vitæ bonæ et eloquentiæ castigatæ. Tunc quoque (48) Oswaldus, (49) Odonis archiepiscopi (qui ante Dunstanum fuerat) nepos, ex monacho Floriacensi Wigornix episcopus, et Eboraci archiepiscopus, titulos non inferiores cæteris promeruit: nam, (50) easdem terens orbitas, monachorum regulam jure suo ampliavit, et (51) monasterium Ramesiæ in quodam palustri loco ædificavit. Sedem episcopalem Wigornix, clericis non vi expulsis (52), sed sancta arte circumventis, 240 replevit monachis regularibus. (53) Expulerat antea regali jussione Adelwoldus clericos de Wintonia, qui cum, (54) data sibi optione ut aut regulariter

viverent aut loco cederent, magis vitam mollem elegissent, tunc tota insula incertis vagabantur sedibus. Ita his tribus viris agentibus, quasi trifurmi lumine Angliam serenante, densæ vitiorum tenebræ (55) evanuerunt. Quo factum est, ut Edgarus Glastoniensem ecclesiam, quam semper præ omnibus dilexit, magnis possessionibus amplificaret; et in omnibus, quæ ad ecclesiæ decorem sive utilitatem pertinent, tam interiorum quam exteriorum invigilaret. Privilegium sane, quod eidem ecclesiæ contulit, hujus nostræ historiæ, sicut in eorum antiqua scedula legi, non est absurdum inserere (56).

§ 150. c (57) In nomine Domini nostri Jesu Christi. Quamvis decreta pontificum et verba sacerdo-

(48) *Oswaldus*. Oswaldus Wigornix episcopus A. D. 960 creatus, ad sedem Eboracensem A. D. 972 translatus est. Obiit die 29 Febr. A. D. 992. Ejus Vita ab Eadmero scripta, in *Anglia sacra* edita est, parte II, p. 191, juxta manuscriptum in C. C. Cant.

(49) *Odonis*. Odo a Wigornia ad sedem Cantuariensem A. D. 954 translatus est. Obiit A. D. 958. Confer. *Angl. sacr.* part. I, p. 101.

(50) *Easdem... orbitas*. Maximi quidem momenti reformationes in Ecclesia, regnante Eadgario, ab archiepiscopis Dunstano et Oswaldo, nec non et ab episcopo Wintoniæ Æthelwold effectæ sunt.

(51) *Monasterium Ramesiæ*. Abbatiam Ramesiensem Ailwini, oppidanus prætor, Orientalium Anglorum dux, instigante Oswaldo, ædificavit, ut apparet ex Eadmero, *De Vita S. Oswaldi*: « Cænobium vero Ramesiense, ejus instinctu et operatione. a fundamentis ædificatum est. »

(52) *Sed sancta arte*, etc. Reformatis ab Eadgario rege ecclesiasticis congregationibus novam ecclesiam cathedralem in veteri ecclesiæ arca fundavit ubi priorem et monachos instituit; veteris vero ecclesiæ sæculares canonicos, eam a populo desertant videntes monasticam vestem mox induerunt. Vide Edmerum, *De Vita Oswaldi*, *Angl. sacr.*, part. II, p. 202. Confer Malmesb. *De Gest. Pont.* lib. III.

(53) *Expulerat... de Wintonia*. Sæculares presbyteri et veteri monasterio Wintoniæ, an. 963, jussu regis Eadgari pulsi sunt. (Thom. RUDBORNE, *historia major Winton.* *Angl. sacr.* pars I, p. 218.)

(54) *Data sibi optione*. Gloss. in l. a rege scilicet.

(55) *Evanuere*. A. L. integrum textum omittunt a voce *evanuerunt* ad § 152, tunc ordo *monasticus* c. l. cuncta omittit usque ad § 154, *interea non indecens*.

(56) *Quo factum est... inserere*. s. c. 2. d. e. f. k. m.

(57) *In nomine*, etc. Vide hanc Eadgari regis chartam in Malmesbur. *De Antiquitate Glaston. Ecclesiæ*. (GALE, III, 320.) Temporis nota quæ hic occurrit annus est Domini 971, indic. XIV, Sectiones 150, 151 occurrunt in d. e. f. m., desunt in s. c. 2. k. qui eorum loco legunt: « Gloriosæ recordationis Eadgarius, Anglorum rex, filius Edmundi regis, cujus studium divinis cultibus potissimum invigilabat, ad monasterium sanctæ Dei genitricis Mariæ in Glostingebiri frequenter adveniens, et eundem locum clariori præ cæteris dignitate extollere summo elaborans studio, plura admodumque magnifica privilegia contulit, communi episcoporum, abbatum, primorumque provincie consilio. Quorum primum est ut nullus nisi ejusdem loci monachus ibidem fungatur abbatibus nomine vel officio, nec alius nisi quem secundum tenorem regulæ concorditer elegerit parillis conventus assensio. Quod si alterius loci abbatem vel monachum eidem loco præfici necessitas iugruerit, non alium assumi censuit nisi quem congregatio ipsius monasterii secundum timorem Dei sibi præ-

esse elegerit: tamen ne hoc fiat, observato omnimodis si ibidem quispiam, vel extremus congregationis, illi officio aptius reperiri potuerit. Monachis itaque electionem sui abbatis perpetuo manere censuit; sibi vero, suisque hæredibus, tribuendi fratri electo pastorem baculum potestatem retinuit. Sanxit etiam, ut quoties abbas loci vel monachi aliquos suorum sacris ordinibus insigniri decernerent, a quocunque præsulum canonice ordinatum, aut in illius sole aut in eodem Sanctæ Mariæ Glestingensi monasterio tam monachos quam clericos, quos idoneos judicarent ad titulum Sanctæ Mariæ ordinari facerent. Concessit etiam ut sicut ipse in propria, ita totus insulæ causas in omnibus tam ecclesiasticis quam sæcularibus negotiis, absque ullius contradictione abbas aut conventus corrigeret. Nec illi omnino insulam natalitatis suæ consciam, sive episcopus, sive dux, aut princeps, aut cujuscumque ordinis alius, licitum foret intrare, causa quippiam faciendi quod contrarium inibi Deo servientibus esse possit, sicut et prædecessores sui sauxerunt, et privilegiis confirmaverunt; videlicet Cenwines, Ines, Athollardus, Guthredus, Elfredus, Edwardus, Ethelstanus, Ælmundus, omnino prohibuit. Ubi ergo generali assensu ut dictum est, pontificum, abbatum, optimatumque suorum, hæc privilegia ipso loco conferre disposuit, lituum proprium ebore decentissime formatum, aureoque decoratum, super altare sanctæ Dei genitricis posuit; ipsiusque donatione eidem sanctæ Dei genitrici ac suis monachis ea perpetuo possidenda attribuit. Eundem quoque lituum mox in sui præsentia fecit secari per medium, ne eum cuiquam dare vel vendere posset quilibet abbatum sequentium, præcipiens partem illius servari in loca ad jam dictæ donationis perenne testimonium. Recogitans vero quam multa temeritas humanæ leitat's, quibusque solet surrepere, verensque ne forte quis in posterum vel hæc privilegia loco illi auferre, vel monachos inde moliretur ejicere, inelito domino Johanni papa, qui Octaviano in regiminis honore successerat, direxit idem chirographum regis liberalitatis, orans ut et hæc ipse roboraret scripto auctoritatis apostolicæ. Qui, benigne directam suscipiens legationem, concordi assensu Romani concilii sancita ab iis firmavit scribendo apostolicæ auctoritatis præceptionem; terribiliter intorquens in violatores, si qui forte emergerint, perpetui anathematis ultionem. Igitur domini prædicti apostolici eidem loco directum testamentum venustæ recordationis rex Edgarus super aram beatissimæ Dei genitricis Mariæ ibidem ad perpetuale posuit monumentum: jubens diligenter asservari in posterum ad notitiam quorumcumque sequentium. Ea etiam utraque, ne videamur talia commentari, his gratum habuimus subindere adversus eos qui non ut pastores per ostium intrare, sed ut furcs et

tnm, **241** velut fundamenta montium, inconvulsis ligaminibus fixa sint, tamen plerumque tempestatibus et turbinibus secularium rerum religio **242** sanctæ Dei ecclesiæ maculis reproborum dissipatur et rumpitur. Iccirco profuturum succedentibus **243** posteris esse decernimus (58), ut ea, quæ salubri consilio et communi assensu diffiniuntur, nostris literulis roborata firmentur. Quapropter dignum videtur ut ecclesia beatissimæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Glastoniæ, sicut ex antiquo principalem in regno meo obtinet dignitatem, ita speciali quadam et singulari privilegii libertate per nos honoretur. Hoc itaque Dunstano Dorobernensi atque Oswaldo Eboracensi archiepiscopis adhortantibus, consentiente etiam et annuente (59) Brihtelm Fontanensi episcopo, cæterisque episcopis, abbatibus et primatibus meis, ego Edgar (60), divina dispositione rex Anglorum, cæterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, in nomine almæ Trinitatis, pro anima patris mei qui ibi requiescit, et antecessorum patrum meorum, præsentis privilegio decerno, statuo, confirmo ut prædictum monasterium omnisque possessio ejus ab omni tributo fiscalium negotiorum nunc et in perpetuum libera et quæta maneant, et habeant so-

latrones in idem ovile Sanctæ Mariæ aliunde quærunt irrumperè.

Noverit cunctorum notitia fidelium quod ego Johannes, pii Conditoris clementia sanctæ Romanæ sedis existens indignus papa, gloriosi Anglorum regis Edgari, nec non et sanctæ Dorovernensis ecclesiæ archipræsulis Dunstani, submisso pulsatus rogatu pro monasterio Sanctæ Mariæ, videlicet Glastingebiri, quod ipsi acti amore superni Regis in multis et magnis possessionibus dilaverant, monachorum inibi multiplicantes normum, præceptoque regali firmaverant, quod et ipse facere non differam. Quorum assensientis benigne petitioni, in sinu Romanæ ecclesiæ et beatorum apostolorum protectione eundem locum suscipio, et privilegiis astruo et corroboro; quo sine tenus, in eo quo nunc pollet permanent monachali ordine, ipsique monachi de suis sibi adhibeant pastorem. Ordinatio vero iam monachorum quam clericorum in arbitrio abbas et conventus sit. Decernimus etiam ut nulli omnino hominum eandem insulam placitandi causa, vel aliquid aliud ibi perscrutandi aut corrigendi, intrare liceat. Si quis autem id molitus fuerit contraire, aut possessiones ejusdem ecclesiæ auferre, retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ex auctoritate Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sanctæque Dei genitricis Mariæ, ac sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omniumque sanctorum, perpetue sit addictus maledictioni, nisi resipuerit. Omnibus vero eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, Amen. N. straque stipulatio inconvulsa permaneat. Actum tempore Ælfruardi ejusdem monasterii abbatis.

Hæc igitur prædictus rex Edgarus duodecimo anno regni sui sacro scripto Landoniæ confirmavit; eodemque anno, qui fuit nongentesimus sexagesimus quintus Dominicæ incarnationis, papa Johannes Romæ in generali synodo auctorizavit; cunctosque potioris dignitatis, qui præfuerunt eidem concilio generali, ea corroborare imperavit. Perpendant ergo contemptores tantæ interminationis, quantæ subjaceant sententiæ excommunicationis, et quidem beato Petro apostolo principi apostolorum, Christus ligandi solvendique præsulatum, clavesque regi

A cam et sacam, on strande, on streame, on wude, on fælde, and on grithbrice, on burhbrice, hundredsetena, mordas (61), adas (62), and ordeles, ealle mordas (63) bufan eordan and beneodan, infangeneþeof, and utfangeneþeof, and flemenesferwe, bamscochene, **244** frithbriche, forsteal, tol, and team, ita libere et quiete sicut ego habeo in regno meo. Eandem quoque libertatem et potestatem, quam ego in coria mea habeo, tam in dimittendo quam in ponendo, in quibuslibet omnino negotiis abbas (64) et monachi præfati monasterii in sua curia habeant. Si autem abbas vel monachus quislibet loci illius latroem, qui ad suspendium vel ad quodlibet mortis periculum ducitur, obvium habuerit in itinere, habeant potestatem eripiendi eum ab imminente periculo in toto regno meo. Confirmo etiam et corroboro ut, quod hactenus ab omnibus antecessoribus nostris diligenter observatum est, (65) Fontanensis episcopus vel ejus ministri super hoc monasterium vel super parochiales ejusdem ecclesias, videlicet Stret, Mirrelinch, Budecalege, Sceapwic, Sowi, aut super earum capellas, nec etiam super eas quæ in insulis continentur, scilicet Beocherie, quæ Parva Hibernia dicitur, Godenie, Mertinesie, Patheneberge, Edredesie, Ferremere, nullam omnino potestatem habeat,

cælorum, simul tradidit. Cuique autem cons'at perspicuum atque evidens, quod hujus apostoli vicarius, potestatisque potissimum sit hæres, Romanæ ecclesiæ præsidens. Huic sanctæ memoriæ Johannes laudabiliter præfuit suo tempore, ut hodieque riget gloriosa recordatione, promotus ad id Dei totiusque populi electione. Si ergo decretum beati Petri apostoli ratum, consequenter et Johannis apostolici ratum. Sed nemo vel demens ratum esse Petri apostoli decretum negat; nemo igitur sanæ mentis dissimile fore Johannis apostolici decretum repugnat. Aut isti itaque concedentes beato Petro suisque successoribus collatam a Christo potestatem, transgressi cessabunt tanti interdictus auctoritatem; aut accipientes, cum diabolo suisque complicitibus præscriptæ maledictionis sibi adquirent perpetuitatem. Constat ergo neminem extraneorum idem ecclesiæ sibi præripuisse, quem non constiterit (nec sine dedecore) amisisse; nullaque monachorum machinatione, sed Dei judicio ob sanctæ auctoritatis ultionem, id cuique eorum accidisse. Nemo itaque hæc legens despiciat, nemo vel subirascendo se prorsus notabilem faciat. Nam si irascitur pro alio, forte prolatum de se dictum fatebitur.

(58) Decernimus. e.; decrevimus, d.
(59) Brihtelm. Quo præfinito tempore Brihtelme ad Fontanensem episcopatum promotus sit prorsus latet; ad Cantuariensem sedem translatus fuit defuncto Ælfrino (qui Romam tendens pallium receptorum inter Alpium juga lethali frigore obrigit); sed primatum paucis tantum diebus gessit, et ad Fontanensem sedem remotus est. Obiit die 15 Maii A. D. 975. Vide *Angl. sacr.* part. 1. pp. 101, 556; part. II. pp. 109, 682.

(60) Edgar. e.; Edgarus, d.
(61) Mordas. e.; murders, d.
(62) Adas. e., hithes d.
(63) Bufan eordan and beneodan. e.; buven herthe and binethen herthe d.
(64) Abbas. e., abbates, d.
(65) Fontanensis episcopus. Wells in Somersetshire.

nisi tantum cum ab abbate causa dedicandi vel ordinandi advocati fuerint; nec eorum presbyteros ad synodum suam vel ad capitulum vel ad quodlibet placitum convocent, nec ab officio divino suspendant, et omnino nullum jus in eos exercere præsument. Monachos suos, et prædictarum ecclesiarum clericos, secundum antiquam Glastoniensis ecclesie consuetudinem, et apostolicam auctoritatem, archipræsulis Dunstani et omnium episcoporum regni mei assensu, abbas a quocunque comprovinciali episcopo voluerit ordinari faciat; dedicationes vero earum, si ab abbate rogatus fuerit, Fontanensi **245** episcopo permittimus. In Pascha quoque chrisma sanctificationis et oleum a Fontanensi episcopo ex more accipiat, et per præfatas ecclesias suas distribuat. Hoc vero præcipue Dei interdictione et nostra auctoritate, salva tamen sanctæ Romanæ ecclesie et Dorobernensis dignitate, prohibeo ne persona cujuscumque potestatis, sive rex, sive episcopus, sive dux, aut princeps, vel quilibet ministrorum meorum Glastoniæ terminos vel supradictarum parochiarum, perscrutandi, rapiendi, placitandi gratia, vel aliquid aliud faciendi quod contrarium possit esse ibidem Deo servientibus, intrare præsumat; abbati tantummodo et conventui potestas sit, tam in notis causis quam in ignotis, in modicis et in magnis, et omnibus omnino negotiis, sicut supra memoravimus. Quisquis autem hujus mei privilegii dignitatem qualibet occasione, cujuscumque dignitatis, cujuscumque ordinis, cujuscumque professionis, pervertere vel in irritum deducere sacrilega præsumptione amodo tentaverit, sciat se proculdubio ante districtum judicem titubantem tremendumque rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare studuerit. » Hanc privilegii paginam prædictus rex Edgarus, duodecimo anno regni sui, sacro scripto apud Londoniam communi consilio optimatum suorum confirmavit. Eodemque anno, qui fuit (66) nongentesimus sexagesimus quintus Dominicæ incarnationis, indictione quarta decima, papa (67) Johannes hanc ipsam paginam Romæ in generali synodo auctorizavit, cunctosque potioris **246** dignitatis viros, qui præfuerunt eidem concilio, confirmare fecit, necnon epistolam Alurico duci, præfatam ecclesiam graviter persequenti, paternam motus pietate in hæc verba direxit :

§ 151. « Johannes episcopus, servus servorum Dei, Alurico inclito duci, amantissimo filio nostre spirituali, salutem continuam et apostolicam bene-

A dictionem. Relatione quorundam fidelium compertimus te plurima agere mala in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ nuncupatur Glastingaburh, quæ totius Britannie (68) prima, et ab antiquis primoribus ad proprietatem et tutelam Romanipontificis pertinere dinoscitur, et prædia, ac villas, sed et ecclesias de Brente, de Pillune (69), quas, Ina rege dante operam, cum aliis ecclesiis quas juste (70) et canonice possidet, scilicet, Soweie, Stret, Merline, Budecal, Sapewice, ab ejus jure tua avida cupiditate diripuisse; et propter quod eidem loco (71) propinquam habitationem illi semper nocuum esse. Oportunum autem extiterat ut tuo suffragio sancta Dei ecclesia, cui propinquam habitando effectus es, per plurimum accresceret, et copia **B** tui adjutorii proprietatibus ditaretur; sed, quod nefas est, tuo decrescit impedimento, tuaque humiliatur oppressione: et quia, licet indigni, non dubitamus nos a beato Petro apostolo omnium ecclesiarum curam omniumque suscepisse sollicitudinem, ideo (72) tuam admonemus dilectionem ut, pro amore apostolorum Petri et Pauli nostraque veneratione, ab ipsius loci cesses direptione, nil de ejus proprietatibus, ecclesiis, capellis, villis et possessionibus invadens: **247** quod si hæc feceris (73), scias te (74) vice apostolorum principis nostra auctoritate excommunicatum, et a cœtu fidelium remotum, perpetuoque anathemati submissum, et æterno igni, cum Juda proditore, perenniter mancipatum. »

C § 152. Tunc (75) ordo monasticus, jam dudum lapsus, præcipue (76) caput erexit: unde factum est ut etiam (77) monasterium nostrum (78) denuo in pristinam libertatem evaderet; quod conventionis opinor ipsius regis verbis notificare.

§ 153. « (79) Ego Edgarus, totius Albionis basileus, nec non maritimarum seu insularum regum circumhabitantium, adeo ut nullus progenitorum meorum subjectione, largitua Dei gratia suppetente, sublimatus; quid imperii mei potissimum Regi regum Domino darem, tanti memor honoris, solertius sæpe tractavi. Piæ igitur saurix devotionis pervigili meæ studiositati superna subito insinuavit pietas, quæque in regno meo sancta restaurare monasteria, quæ velut muscivis scindulis cariosisque tabulis tigno tenuis visibiliter diruta: sic, quod majus est, intus a servitio Dei ferme vacua fuerant neglecta. Idiots nempe (80) clericis ejectis, nullius regularis religionis disciplinæ subjectis,

(73) *Feceris e.; non feceris, d.*

(74) *Te. Omitt. in d. e.*

(75) *Tunc. s. c. 2. d. e. f. k. m.; omitt. in a. l.*

(76) *Præcipue. s. c. 2. d. e. f. k. m.; tunc, a. l.*

(77) *Etiam. s. c. 2. d. e.; omitt. in a. l.*

(78) *Nostrum. a. s. d. e. l.; nostrum deletum et Malmesberienae insertum in c. 2.*

(79) *Ego Edgarus. Hæc charta legitur quoque apud Ingulphum (GALÆ I, 47).*

(80) *Clericis ejectis. Glossa in l. per me dicit Edgarus.*

(66) *Nongentesimus sexagesimus quintus Dominicæ incarnationis, indictione quarta decima A. D. 971 congruit cum indict. xiv, ut etiam cum Eadgari regni anno xii.*

(67) *Johannes. Johannes XIII r. e., præfuit ab anno 965 ad diem 5 Septembr. A. D. 972.*

(68) *Britanniæ. e.; Angliæ, s.*

(69) *Pillune. e.; Willuna, t.*

(70) *Juste. e.; adhuc juste, t.*

(71) *Propinquam haberes habitationem, etc. Propinqua heres habitatione illi semper nocuus esse, d. e.*

(72) *Ideo. e.; adeo, d.*

plurimis in locis sanctioris (81) seriei scilicet monachici habitus (82) præfeci pastores, ad ruinosam quæque templorum (83) redintegrandam opulentam (84) **248** eis fiscalium munere exhibens sumptus; quorum unum, nomine Elvricum, virum in omnibus ecclesiasticum, famosissimi constitui custodem cœnobii quod Angli bifario vocitant onomate Maldemesburh. Cui pro commoditate animæ (85), ob Salvatoris nostri, ejusque Θεοτόκου semper virginis Mariæ, necnon apostolorum Petri et Pauli, Aldelmique almi præsulis, honorem, particulam terræ, — et (86) non inat terram, — cum pratis et silvis, munifica liberalitate restitui. Hæc a prædictis accommodata clericis, a contentioso injuste possessa est Edelnotho; sed superstitiosa subtilique ejus disceptatione (87) a sapientibus meis audita, et conflictatione illius mendosa ab eisdem, me præsentem, convicta, monasteriali a me reddita est usui, anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quarto, (88) regni vero mei quartodecimo, regis consecrationis primo. »

§ 154. Interea non indecens opinor si quiddam, quod ei divinitus ostensum est, stylo commendem. Venerat in saltum venationis feracem; utque sit plerumque, sociis ad insequendas feras per devia dispersis, solus remanserat: itaque, continuatione cursus ad egressum nemoris perveniens, constitit, sodales operiens. Nec mora, gravante nutantia lumina somno, pedes efficitur, ut transacti laborem diei temperaret (89) medicæ quietis **249** voluptas. Jacebat ergo sub malo silvatica stratus, ubi penduli per circuitum rami foliatam effecerant cameram. Lassitudine itaque suadente, rivus subter scatebris loquacibus fluens soporem invitabat: cum canis femina, cui cura ferarum vestigia insequi, prægnans, et juxta pedes accubans, dormitantem exterruit; namque, matre tacente, catuli alvo inclusi latratus multiformes et sonoros reddidere, quodam nimirum sui carceris gaudio incitati. Hoc monstro attonitus, dum ad cacumen arboris oculos intendit, videt (90) poma, unum et alterum, delapsa in fluvium; quorum collisione bullis aquatilibus inter se crispantibus, vox articulata insonuit, « Wel his the! » id est « Bene

A est tibi! » Nec multo post, undarum voluminibus agentibus, urceolus super aquam apparuit, et post urceolum urceus exundans aqua; nam alter vacuus erat, et quamvis crebro gurgitis impulsus major minorem (91) urgeret, ut scilicet aquas suas in illum infunderet, nunquam tamen obtinere potuit quin urceolus vacuus recederet, iterumque quasi superbo gesta victor urceum impeteret. Domum itaque regressus, **92** ut dicit psalmista, exercitabatur, et scopebat spiritum suum. Sed convenit eum mater, ut serenaret frontem et animum: sibi studio futuram, (93) ut appeteret Deum, qui posset ænigmata inspiratione sua patefacere. Quo admonito retulit (94) ille mœstitiam, et solvit in otio curas, conscius maternæ sanctitatis, cui soleret Deus multa revelare. Erat ea vocabulo Elfgifa, bonis operibus intenta, pietate et dulcedine prædita, ut etiam **250** reos, quos tristic sententia judicium palam damnaverat, ipsa occulte redimeret. Pretiosus amictus, qui plerisque mulieribus est leno solvendi pudoris, illi erat supellex munificentis, ut quamlibet operosam vestem conspecto statim largiretur pauperi. Speciem corporis et artificium manuum in ea livor quoque laudaret, cum nihil reprehendere posset. Hæc igitur, intimis medullis vaticinium combibens, postero mane filio dixit: « Latratus catulorum, quem matre quiescente dedere, significat quod post obitum tuum, quiescentibus illis qui modo valent et vivunt, nondum nati nebulones contra Deum trabunt ecclesiam. Sane quod unum pomum secutum est alterum, ita ut ex collisione secundi in prius videretur vox sonuisse « Wel his the! » hoc innuit, quod ex te, qui (95) modo arboris totam in umbras Angliam, duo procedent (96) filii; fautores (97) secundi extinguunt primum: tunc diversæ partis incentores dicent pueris utrisque « Wel his the! » quia mortuus regnabit in cœlo, vivus in sæculo. Jam vero (98) quod urceus major minorem implere non poterat, hoc designat, quod gentes aquilonales, quæ numerosiores sunt quam Angli, Angliam post mortem tuam impotent; et, quamvis crebro compatriotarum adventu ruinas suas sapient, nunquam hunc angulum mundi poterant

(81) *Seriei*. a. s. c. d. l. Locus vacuus ad inserendum vocabulum relictus est in e.

(82) *Præfeci*. Glossa in l. *Ego Edgarus; præfeci*, c. 2. d.

(83) *Templorum*. s. c. e. l.; *temporum*, a. d. m.

(84) *Opulenta*. d. e. m.; *opulentos*, a. c. 2. l.

(85) *Animæ*. d. e. m., *animæ meæ* a. c. 2. l.

(86) *Nominat*. In cunctis mss. sensus incompletus hæret; sed omisso suppleri potest ex verbis Malmesbur. *De vita Aldelmi (Angl. sacr., part. II, p. 33)*, que sunt hæc: « Particulam terræ x, videlicet inanevntium vocabulo Estotim cum pratis et silvis munifica liberalitate restitui. »

(87) *A sapientibus meis audita, et conflictatione*. s. c. d. e. l. m., omit. in a.

(88) *Regi vero meo*, etc. Edgarus non ante diem 11 Maii, A. D. 973 munctus est rex; sed tamen decimum quartum regni sui annum complevisse de-

bet ante annum 974 quippe qui A. D. 959, thronum conscenderat. Vide infra § 158.

(89) *Medicæ*. e. l., *modicæ*, a. s. c. d. e. 2.

(90) *Videt*. a. c. e. l.; *vidit*, s. d.

(91) *Major minorem*. c. d. e. l.; *majorem minorem* a. s.

(92) *Ut dicit psalmista*. Psal. LXXVII, 6.

(93) *Ut appeteret Deum*. e. 2, *ut a parte Domini*, c. e., *ut aperiente Domino*, d, *ut appellaret Deum*, a. s. l.

(94) *Retulit*. a. s. c. d. e. 2. l., *retulit e.*

(95) *Modo arboris totam in umbrans Angliam*. c. e. l., *modo arbor es totam in umbrans Angliam*, a. s. d.

(96) *Procedent*. a. s. c. d. e., *procedunt*, l.

(97) *Fautores*. c. d. e. l., *factores*, a., *factores vel fautores*, s.

(98) *Jam vero*. c. d. e. l., *Nam*, a. s.

implere, quin potius Angli nostri, cum maxime A victi videbuntur, eas expellent, eritque sub suo et Dei arbitrio usque ad præfinitum tempus a Christo (99).

251 § 155. Hujus vaticinii veritatem lectio posterior patefaciet. Considerari ergo debet parentis et prolis indubitata sanctitas, quod alter viderit ænigma vigilans sine obstaculo, et altera solverit problema de longe porrecto prophetiæ oculo (100); sanctitæque morum communicabat severitatis animositas (1) ut nullum cujuscunque dignitatis hominem leges eludere impune permetteret. Nemo ejus tempore privatus latro, nemo popularis prædo, nisi qui mallet in fortunas alienas grassari propriæ vitæ dispendio. Quomodo enim ausus hominum (2) præteriret, qui etiam omnis generis feras sanguinis avidas ex regno exterminare cogitaret, Judvaloque regi Walsensium edictum imposuerit ut sibi quotannis tributum trecentorum luporum pensitaret; quod cum tribus annis fecisset, quarto destitit, nullum se ulterius posse invenire professus.

§ 156. Præterea licet, ut fertur, staturæ fuerit et corpulentæ perexilis, tantas vires in illo corpusculo dignatio naturæ incluserat, ut ultro ad congregandum lacesceret quemcunque audacem nosset; hoc maxime timens, ne in tali collatio timeretur. Denique in quodam convivio, **252** ubi se plerumque fatuorum dicacitas liberius ostentat, fama est Kinnadium regem Scottorum ludibundum dixisse mirum videri tam vili homuncioni tot provincias subjici; idque (3) a quodam mimo sinistra aure acceptum, et Edgari postmodum solemni convitio in os objectum, At ille, re suis celata, Kinnadium, quasi magni mysterii consulendi gratia, accersit, longeque in sylvam seducto, unum ex duobus, quos secum attulerat, ensibus tradidit; et tunc, inquit, licebit vires tuas experiri cum soli simus. Jam enim saxo ut appareat quis alteri merito supponi debeat; tu quoque ne pedem referas quin mecum rem ventiles. Turpe est enim regem in convivio esse dicaculum, nec esse in prælio promptulum. Confusus ille, nec verbo mutire ausus, ad pedes domini regis procidit, simplicis joci veniam precatus, et confestim consecutus. Quid illud? omni ætate, emensa statim Paschali festivitate, naves per omnia littora coadunari præcipiebat; ad occidentalem insulæ partem cum orientali classe et illa

remensa (4) cum occidentali ad borealem, inde cum boreali ad orientalem remigare consuetus; pius scilicet explorator, ne quid piratæ turbarent. Hyeme et vere per omnes provincias equitando, judicia potentiorum exquirebat, violati juris severus ultor: in hoc justitiæ, in illo fortitudini studens; in utroque reipublicæ utilitatibus consulens.

§ 157. Sunt qui ingenti ejus gloriæ nævum tentent apponere, dicentes primis temporibus fuisse crudelem in cives, libidinosum in virgines. Verbi gratia prioris exemplum ponunt: Athelwoldus erat quidam, sui temporis comes egregius **253** et a secretis; huic rex injunxerat negotium, ut Elfridam filiam Orgari ducis Devenensium, quæ forma sui oculos relatorum pellexerat quatenus eam regis auribus commendaret, — huic, inquam, præceperat ut illam iret speculatum, nuptias conciliaturus si veritas famæ cónquadraret. Ille viam celerans, nihilque præter opinionem comperiens, celato apud parentes nuntio, suis potius usibus puellam applicuit. Rediens ad regem, quæ (5) suis partibus conducerent, allegat speciei vulgaris et quotidianæ pusiolam esse, nec tantæ majestati convenire. Reducto ab his animo et aliis amoribus intento, delatores nunciant quanta illum Athelwoldus astutia emunxerit. Ille clavo clavum expellens, fraude scilicet fraudem eludens, frontem serenam comiti ostendere, diem quo visitaret tam laudatam mulierem quasi joco edicere. Qui, tam terribili ludo exanimatus, præcurrit ad conjugem, rogans ut suæ saluti consuleret, et quantum posset vestibus se deformaret; tunc primum aperiens facti sui consilium. Sed quid non præsumit fœmina? ausa est miseri (6) amatoris et primi conjugis fidem fallere, et speculo vultum comere, nihil omittens quod ephœbi et potentis lumbos pertentaret. Nec citra propositum accidit. Visam enim adeo inarsit, ut, dissimulato odio, comitem in sylvam Werewelle (7), gratia venandi accitum, jaculo trajiceret. Ubi cum filius occisi notus familiaris usu supervenisset, et a rege interrogatus esset qualiter ei talis venatio placeret, respondiisse fertur, « Bene, domine rex; quod tibi placet mihi displicere non debet: » quo dicto ita tumentis animum mansuefecit, **254** ut nihil carius in vita sua post hæc haberet (8) quam juvenem illum; tyrannici facti offensam in patrem sedulitate regia in filium allevans. Ob illius sceleris expiatio-

(99) *Christo*. e. l., post *Christo*, a. s., legunt *Amen*. Quæ sequuntur ad marginam c. 2 leguntur: « Item rex Edgari, sylvam quamdam ingressus gratia venandi, forte vocem vagientis parvuli deprehendit. Qui diligenter rem fecit inquiri. Et deum in summitate cujusdam arboris, in nido aquilæ, inventus est puerulus formæ elegantis, geminis armillis in brachiis et aliis ornamentis regis insignitus, quasi in signum summæ ingenuitatis: quem rex diligenter nutritum, et summo studio eruditum, tandem provexit in comitem. »

(100) *Oculo*. c. d. e. l., *oraculo*, a. s.

(1) *Ut nullum... leges eludere*, etc. Edgari leges in puniendis delinquentibus ultra modum acerbæ.

Oculis effossis, naribus exeissis, auribus avulsis, manibus pedibusque amputatis, calvaque tandem dempta, miserissimi avibus ferisque dilaniandi exponebantur. Vide Acta SS. Jul. 2, in Vita Swythuni. (SHARPE, 185.) Vide quædam Eadgari leges, *Decem Script.*, vol. 1, col. 871.

(2) *Hominum*. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e.

(3) *Idque*. c. d. e., *itaque*, a. s. l.

(4) *Remensa*. c. e., *remissa*, a. s. d. l.

(5) *Quæ*. a. s. c. d. e. 2. l., *qui* e.

(6) *Miseri*. a. s. c. d. e., *miseri*, l., *primi*, s.

(7) *Werewelle*. c. d. e. l., *Werewelle quæ vocatur Harewode*, a. s.

(8) *Haberet*. a. s. c. d. e., *rex haberet*, a. l.

nem ibidem monasterium, ab Elfrida ædificatum, A sanctimonialium frequentia inhabitatur.

§ 158. Huic exemplo crudelitatis adjungunt aliud libidinis. Virginis Deo dicatæ audiens pulchritudinem, violenter eam a monasterio abstraxit, abstractæ pudorem rapuit, et non semel thoro suo collocavit. Quod cum aures beati Dunstani offendisset, vehementer ab eo increpatus, (9) septennem poenitentiam non fastidivit, dignatus rex affligi jejunio, simulque diademate carere septennio.

§ 159. Subjiciunt tertium, in quo utrumque appareat vitium. Rex, inquit, Edgarus veniens Andeveram, qui est vicus non longe a Wintonia, cujusdam ducis filiam, cujus formæ fama percubuerat, adduci præcepit. Mater puellæ, quæ concubinatum filię dedignaretur, ancillam, adjuta noctis tenebris, cubili apposuit, virginem sane nec inlegantem nec illepidam. Evoluta nocte, cum aurora in lucem prorumperet, mulier conata surgere, interrogataque quid festinaret, ad opus quotidianum dominæ persolvendum respondit : ægre licet retenta regis genibus super statu miseriarum suarum applorat, pro mercede connubii redderet ingenuitatem; decere magnanimitatem ejus, ut regię voluptatis conscia dominorum crudelium ulterius non ingemisceret imperia. Tunc ille, felle commoto, et formidabile 255 ridens, cum in animo ejus fluctaret hinc de famula miseratio, hinc de domina indignatio, quasi in jocos effusus, usum obsequiorum poenamque remittit. Mox antiquis dominatoribus (vellent nolent) dominantem magna sublimavit dignatione; dilexit unice, integram lecti uni deferens fidem quoad legitimam uxorem accepit Elfridam filiam Orgari. De qua Edmundum (10), qui ante ipsum quinquennio decedens Rumesiæ jacet, et qui post se (11) regnavit, Egelredum, tulit. Nam de Egelsfeda, cognomento Candida, filia Ordmeri ducis potentissimi, Edwardum genuit; et sanctam Edgitham de Wulfrida, quam certum est non tunc sanctimonialem fuisse, sed timore regis puellam laicam se velavisse, moxque eandem, abrepto velo, lecto imperiali subactam: unde offensum beatum Dunstanum, quod illam concupisset, quæ vel umbratice sanctimonialis fuisset, vigorem pontificalem in eum egisse.

§ 160. Sed hæc quomocunque se habeant, illud D constat, quod (12) a sextodecimo ætatis anno, quo rex constitutus est, usque ad tricesimum, sine regio insigni regnaverit. Tunc enim principibus, et omnis ordinis viris, undique confluentibus, cum

(9) *Septennem... septennio.* Illud stare singulari hac causa videtur quod duobus tantum annis ante obitum suum diademate cinctus fuerit. (SHARPE, p. 186.) Edgarus coronatus est A. D. 973. Vide § 153 in fine.

(10) *Edmundum.* Eadmundus obiit an. 971, juxta Florent.: sed an. 972, juxta Sax. Chron.

(11) *Se. d. e., eum, a. s. c. l.*

(12) *A sextodecimo ætatis anno... regnaverit.* Vide § 153, not. 88, et § 158, not. 9.

(13) *Nec illud obliterandum... furioso et cæco.* s. c. d. e., omitt. in a. l. qui legit: « Corpus tunc

magna gloria in Pentecoste Bathoniæ coronatus est; nec nisi triennio supervixit, sepultusque est Glastoniæ. (13) Nec illud obliterandum, quod, cum abbas Eilwardus ejus tumulus anno incarnationis Dominicæ millesimo quinquagesimo secundo effodisset, invenit corpus 256 nullius labis conscium. Quod cum eum ad reverentiam debuisset inlectere, ad audaciam levavit; nam, quia locellus quem paraverat difficilem pro magnitudine corporis minabatur ingressum, regales exuvias ferro temeravit, unde continuo sanguis undatim emicans astantium corda pavore concussit. Ita regium corpus in scrinio, quod ipsi ecclesiæ contulerat, super altare locatum est cum capite sancti Apollinaris, et reliquiis Vinccalli martyris, quæ ille magno empta decori domus Dei adjecerat. Temeratore porro sacri corporis mox animus reliquit; nec multo post, ecclesia egressum, fracta cervice mors invenit. Nec in his hæsit regię sanctitatis ostensio, sed in ulteriora processit, sanato ibi furioso et cæco. Merito ergo (14) non infirma inter Anglos fama est nullum, nec ejus nec superioris ætatis regem in Anglia, recto et æquilibrii judicio Edgardo comparandum. Ita nihil vita ejus sanctius, nihil justitia probabilius fuit, exceptis vitiis quæ postea amplis virtutibus delevit; qui patriam suam præclara fortitudine illustrem reddiderit, et rerum gestarum claritate, et Deo servitium multiplicitate: post mortem ejus (15) res et spes Anglorum retro sublapsæ.

DE EDUARDO SECUNDO ET MARTYRE.

§ 161. Anno Dominicæ incarnationis nonagesimo septuagesimo quinto, Edwardus filius Edgari regnare cepit, et tribus annis et dimidio potestate potitus est. Illum Dunstanus, et cæteri episcopi consentanei, regali culmine sublimarunt, contra voluntatem quorundam, ut aiunt, optimatum 257 et novercæ, quæ vix dum septem annorum puerulum Egelredum filium provehere conabatur, ut ipsa potius sub ejus nomine imperitaret. Ex tunc malitia hominum pullulante, felicitas regni imminuta. Tunc (16) visus cometes, qui vel pestem provincialium, vel regni mutationem portendere pro vero asseveratur. Nec mora; secuta sterilitas arvi, fames hominum, mors jumentorum. Apud vicum regium qui vocatur Galna casus insolitus. Nam, defuncto Edgardo, clerici quondam ab ecclesiis expulsi redviva prælia suscitaverunt: ingens (17) esse et miserabile dedecus at novus advena veteres colonos migrare compelleret; hoc nec Deo gratum putari, qui veterem habitata

terra coopertum; sed post, scrinio argenteo et inaurato locatum, pro merito personæ honoratur. » Confer. Malmes. *De Antiq. Glast. Eccles.* (GAL, III, 324.)

(14) *Merito ergo s. c. d. e., Namque non, a. l.*

(15) *Post mortem ejus.* Edgarus obiit die Mercurii, 8 Julii 975.

(16) *Visus cometes.* Plerique mss. legunt: *visus cometes; s., visæ cometæ.* « An. 975 cometes stella autumnali tempore visæ est. » (FLOR. WIGORN.)

(17) *Ingens. a. c. d. e. l., ante ingens, s. legit dicentes.*

tionem concessisset, nec alicui probo homini, qui sibi idem timere posset quod aliis præjudicio accidisse carneret. Ea de re in clamores et iras surrectum, et ad Dunstanum perrectum; præcipue proceribus, ut laicorum est, succlamantibus præjudicium, quod clerici (18) passi fuerant injuste, leniori consilio succidi debere. Nam et unus eorum, Elferius, omnia pene monasteria quæ reverentissimus Adewoldus (19) construxerat in provincia Merciorum, magna usus insolentia, evertit. Itaque, frequenti synodo coacta, (20) primo 258 Wintoniam ventum. Quis ibi fuerit finis certaminis (21) aliæ litteræ docent, (22) Dominicam imaginem expresse locutam clericos eorumque fautores confudisse: sed, adhuc non sedatis animis, Calnæ concilium indictum; ubi cum in cœnaculo, absente propter ætatem rege, consentibus totius Angliæ senatoribus, magno conflictu et controversia res ageretur, et validissimum illum Ecclesiæ murum, Dunstanum dico, multorum convitiarum jacula impeterent, nec quaterent, suas partes cuiusque ordinis viris summò studio tuentibus, solarium totum repente cum axibus et trabibus dissiluit et cecidit. Omnibus ad terram elisis, solus Dunstanus, stans super unam trabem quæ superstes erat, probe evasit; reliqui vel exanimati, vel perpetui languoris, compede detenti. Hoc miraculum archiepiscopo exhibuit pacem de clericis omnibus Anglis, tunc et deinceps in ejus sententiam concedentibus.

§ 162. Interea rex Edwardus fratrem puerulum et novercam pietate congrua colere, solum nomen regis habere, illis cætera permittere, paternæ religionis vestigia rimari, bonis consiliis aurem et animum accommodare: at mulier, novercæli odio viperam dolum ruminans ut nec nomen regis filio deesset, insidias privigno struere, quas hoc modo consummavit. Lassus venatione revertebatur, propter labbrem siti anhelus; comites, quo quemque casus tolerat, canes consecrabantur: 259 auditoque quod illi in contigua villa habitarent, equo concito illuc contendit juvenculus solus, nihil propter innocentiam metuens, aliorum quippe animos ex suo ponderans. Tunc illa, muliebri blanditia adventantem alliciens, sibi fecit intendere, et post libata basia porrectum poculum avide haurientem per satellitem sica transfodit; quo vulnere saucius, cum quantis poterat animæ reliquiis sonipedem calcariis mo-

nisset ad suos reverti, uno pede lapsus, alteroque per devia (23) tractus undante cruce indicia interitus sui se quærentibus dedit. Et tunc quidem (24) sine honore apud Werham sepeliri jusserunt, invidentes scilicet mortuo cespitem ecclesiasticum, cui vivo inviderant decus regium: actabant igitur publicam et festivam lætitiā, quasi (25) cum corpore pariter infodissent memoriam; sed affluit divinæ serenitatis assensus, qui innocenter cæsum miraculorum sublimavit (26) gloria. Adeo cælestia judicicia humanis præponderant, isti ostensa de cælo lumina, ibi claudus gressum composuit, ibi mutus organum resumpsit, ibi prorsus omnis invaliditudo sanitati locum fecit. Sparsus rumor per totam Angliam martyris merita prædicabat. Quo excita interfectorix, iter illuc adoriebatur; jamque equum insensum stimulis urgebat, cum manifestam iram Dei persensit. Animal namque familiare, quo sedere consueverat, antea ventis perniciosus, quod auras ipsas præcurreret, tunc nutu Dei stabat immobile: instant ministri, hinc flagris, illinc clamoribus, ut potentem heram qua solebat 260 alacritate eveheret. Cassus labor consumitur, mutato quoque jumento casus idem sequitur; intellexit, licet tarde, brutum peccus quo portentum illud respiceret: quapropter quod ipsa (27) non meruit per alium fieri consensit. Namque Elferius ille quem supra culpavi quod monasteria destruxisset, temeritatis penitens multoque gemitu animum angens, sacro corpori de ignobili loco levato justas et egregias inferias apud Sceptoniam solvit; non tamen effugit, sed post annum vermibus quos pediculos dicimus consumptus est (A. D. 979). Et quoniam animus indiscipulatus ipse sibi tormentum est, patiturque suos etiam hic mens anxia manes, Elfrida de illo regali supercilio inclinata dire pœnituit, adeo ut multis annis apud Warewellam carnem in deliciis nutritam cilicio convolveret, noctibus solo strata sine cervicali somnum hauriret, cruces præterea quascunque posset corpori comminiscens; speciosa mulier et pulchre viro sobria, sed quia tantum nefas commisit pœna digna. Creditumque et celebriter vulgatum, quod, propter ejus in Edwardum insolentiam, multo post tempore tota patria servitutem infremuisset barbaricam.

§ 163. Certe apud Sceptoniam splendidum regiæ sanctitudinis refulgurat speculum; quoniam illius

(18) Clerici. a. s. c. d. e 2. l., omitt. in e.

(19) Adewoldus. a. c. d. e. l., Adewoldus monachus et Wentanus episcopus, s.

(20) Primo Wintoniam. Wintoniæ concilium, juxta Florentium et Matthæum Westmonast., habitum esse constat ante Eadgari obitum ejusque sibi Eadwardi unctionem an. 975; sed Chronicon Wintoniense, a Spelmano citatum (Concil. Angl., tom. I, p. 494), illud in anno 968 collocat. (Vide Whartonis notam in Angl. sacr., part. II, p. 112.) Osbernus, in Vita Dunstani non recte Wintoniense Calnenseque concilium vivente adhuc Eadgario habitum esse asserit. Minime tamen dubium videtur Calnense concilium anno 978, vivente Eadwardo Martyre, habitum fuisse. Florentius vero illud

anno 977 assignat.

(21) Aliæ litteræ docent. Vide Osbern. De Vita S. Dunstani. (Angl. Sacr., pars II, p. 112.)

(22) Dominicam imaginem expresse locutam. « Ecce Domini corporis forma, vexillo crucis infixâ, atque mediocri domus parte locata, humanos exprimens modos, omnium voces compeccuit, dicens: Absit hoc, ut fiat; absit hoc, ut fiat. » OSBERN., De Vita S. Dunstani. (Angl. Sacr., pars II, p. 112.)

(23) Devia. a. c. d. e. l., devia et saltus, s.

(24) Sine honore apud Werham sepeliri jusserunt. Occisus est Edwardus die 18 Martii 978.

(25) Quasi. c. e., quas, d., quod, s., quia, a. l.

(26) Sublimavit. a. e., sublimaret, s. c. d. l.

(27) Ipsa. c. d. e., per se, a. s. l.

meritis deputatur, quod eo loci multus devotarum Deo seminarum chorus, claritate religionis terras istas irradians, etiam ipsa perstringit sidera. Illic sacræ virgines nullius penitus corruptelæ consciæ, illic religiosæ continentis post primi thori dampna secundi ignis nesciæ; in quarum omnium moribus ita factus pudor cum severa consentit elegantia, quod nihil **261** supra. Denique incerto hæreas quid potissimum prædicare velis, an assiduitatem ad Dei famulitium, an affabilitatem ad hominum colloquium; unde non injuria credulitas apponitur dicentibus, quod per illarum orationes totus sustentatur orbis, qui jampridem suis vacillat peccatis.

DE REGE ÆTHELREDO.

§ 164. (28) Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo septuagesimo nono, Æthelredus, filius Edgari et Elfridæ, regnum adeptus, obsedit potius quam rexit annis triginta septem. Ejus vitæ cursus sævus in principio, miser in medio, turpis in exitu asseritur: ita parricidio, cui conviventiam adhibuerat, inmanis; ita fuga et mollitie infamis, ita morte miserabilis fuit. Ignaviam ejus prædixerat Dunstanus, fœdo exemplo admonitus: nam cum pusiolus in fontem baptismi mergeretur, circumstantibus episcopis, (29) alvi profluvio sacramenta interpolavit; qua re ille turbatus, « Per Deum, inquit, et matrem ejus, ignavus homo erit! » Vidi scriptum, quod cum, decennis puer, fratrem necatum conclamaré audiret, fletu suo furentem genitricem adeo irritavit, ut, quia flagellum ad manum non habebat, arreptis candelis innocentem cæderet, nec prius desisteret quam pene exanimem et ipsa lachrymâ infunderet. Quapropter tota vita ita candelas exhorruit in posterum, ut nunquam ante se pateretur inferri lumen earum. Matris suffragio, proceribus congregatis, dies dicta ut Dunstanus **262** adveniret regem jure archiepiscopi coronaturus; ille, licet infensus esset, supersedit resistere, pontifex ævi maturioris, et in secularibus emeritus. Jam vero diadema componens, non se continuit (30) quin spiritum propheticum totis medullis haustum ore pleno effunderet: « (31) Quia, inquit, per mortem fratris tui aspirasti ad regnum, propterea (32) audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, non

(28) Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo septuagesimo nono. Æthelredus fratri suo successit an. 978, dieque 14 septembris sequentis coronatus est. (FLOR. WIGORN.)

(29) Alvi profluvio, etc. Simile quoddam de imperatore Constantino V narratur, qui Copronymi cognomentum inde hausit quod baptismalem fontem pollnerat.

(30) Continuit. s. c. d. e. l., conticuit, a. l.

(31) Quia... ad tempus illud. Confer. Osbern. De Vita S. Dunstani, Angl. Sacr., pars II, p. 113.

(32) Propterea. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(33) Angliam venit. c. d. e. l., Anglia fuit, a. s.

(34) Nec multo post, etc. Southampton a Danis anno 980 combusta est, juxta optimum Saxonico-Chronicorum exemplar. Florentius etiam et alii anno 980 hanc cladem affligant.

(35) Surrexerat. a. s. d. e. l., surrexerunt, c.

A delebitur peccatum ignominiosæ matris tuæ, et peccatum virorum qui interfuerunt concilio illius nequam, nisi multo sanguine miserorum provincialium; et venient super gentem Anglorum mala qualia non passa est ex quo Angliam venit (33) usque ad tempus illud. » (34) Nec multo post, id est, anno ejus tertio, venerunt Hamtonam portum juxta Wintoniam, septem naves piratarum, et populata ora maritima refugerunt in altum; quod ideo non præterii, quia multus sermo apud Anglos fertur de his ratibus.

DE IGNAVIA ÆTHELREDI ET INFESTATIONE DANORUM.

§ 165. Surrexerat (35) inter regem (36) et episcopum Rofensem simultas (A. D. 986); (37) incertum qua de causa; quocirca contra civitatem exercitum duxit, mandatum ei ab archiepiscopo ut furori (38) desisteret, nec sanctum Andream, in cujus tutela episcopatus **263** est, irritaret, sicut ad indulgendum facilem, ita ad ulciscendum terribilem. Verborum nuditate contempta, adorant præceptum pecunia, et mittit centum libras ut obsidionem solveret, pretio emptus abiret; quo ille accepto receptui cecinit, per cinctum militum ferriari permisit. Miratus Dunstanus hominis cupiditatem, hæc per nuncios retulit: « Quoniam prætulisti argentum Deo, pecuniam Apostolo, cupiditatem mihi, velociter venient super te mala quæ locutus est Dominus; sed hæc me vivente non fient, quia et hæc locutus est Dominus. » Jam vero (39) post beati viri obitum, qui decimo anno regni ejus fuit, properant impleri prædicta, festinant consummari prænunciata. (40) Danis enim omnes portus infestantibus, et levitate piratica ubique discurrantibus, dum nesciretur ubi eis occurri deberet, decretum a (41) Siricio archiepiscopo, post Dunstanum secundo, ut repellerentur argento qui non poterant ferro. Item decem millia librarum soluta cupiditatem Danorum explevere: exemplum infame et viris indignum, libertatem pecunia redimere, quam ab invicto animo nulla violentia possit excutere. Et tunc quidem paulisper ab excursibus cessatum; mox, ubi vires otio resumpserunt, ad superiora reditum. Tunc (42) timor Anglos incenserat ut nihil de resistendo **264** cogitarent; si qui sane, antiquæ gloriæ memores, obviare et signa col-

(36) Regem. a. c. d. e. l., regem ipsum, s.

(37) Simultas. a. s. d. e. l., similtates, c.

(38) Furori. c. d. e. l., furore, s., furorem, a. l.

(39) Post B. viri obitum. Dunstanus obiit die Sabbati, 19^a Maii, an. 988, vicesimo nono archiepiscopatus, ætatis vero sexagesimo primo.

(40) Danis enim, etc. Southampton, Thanetum insulam et Cestriciram depopulati sunt Dani an. 980; Cornwallum vero, an. 981; Portlandiam insulam, an. 982, et Watcheten, an. 988, ubi devicti sunt; tandem Ipswichum, an. 991.

(41) Sirici. Sigericus, seu Siricus, Æthelgare in sede Cantuariensi successit a. D. 990. Ipswicho a Danis an. 991 devastato, cæsoque oppidi prætere, archiepiscopus eis tributum decem millium librarum Anglicarum ea conditione ut a regione discederent solvendum statuit. Vide Saxon. Chron.

(42) Tunc. c. d. e. l., Tantus, a. s. l.

ligere tentassent, hostium multitudine et sociorum A defectione destituebantur. Defectionis signifer fuit Elfricus quidam, quem congregatis navibus rex præfecerat, qui, cum navali certamine fortunam experiri debuisset, nocte qua dies pugnae illucescebat transfuga villis ad hostes concessit, prius per nuncios monitos quid caverent, et quavis pro culpa perfidia (43) filium ejus rex excæcari jussisset, iterum rediit, iterumque defecit. Northanhimbria tota populata, hostes pugna excepti et fugati sunt; (44) Londonia obsessa, sed a civibus probe defensa. Quocirca obsessores afflicti, et desperantes posse capi civitatem, discesserunt, totamque provinciam ab oriente vastantes, regem ad pecuniam sedecim millium librarum solvendam coegerunt; quin etiam regem eorum Analafum, datis obsidibus, ad se venire fecit, baptizatum de fonte suscepit, et, regali munificentia donatum, sacramento constrinxit ne unquam reverteretur in Angliam. Sed non sic malum quieviit; nam semper, ut Hydræ caputibus, hostibus ex Danemarcia pullulantibus, nusquam caveri poterat. (45) Occidentalis provincia, quæ Devenescire **265** vocatur, pessundata; eversis monasteriis et Exonia urbe incensa: Cantia deprædationi data, urbs metropolis et patriarcharum sedes conflagrata; (46) ipse patriarcha, sanctus et reverentissimus vir, Elfegus, abductus et in vinculis tentus; ad extremum (47), cum rusticos suos expilare ad se cogaretur redimendum et abnueret, lapidatus et securi percussus, anima cælum glorificavit. Occisum Deus sublimat; adeo ut Dani, qui in necem ejus grassati fuerant, viso miraculo quo lignum aridum sanguine ipsius litum sub nocte una reviruerat, certatim colla (48) subjicerent. Ita naturali cervicisitate substrata, sacrum corpus Londoniam evehi patiuntur. Ibi gloriifice sepultum, (49) et post decem annos ab omni corruptionis labe immune levatum, archiepiscopium suum nobilitavit. Durat ad hoc tempus et recens sanguis et illibata integritas, miraculoque ducitur posse cadaver exanimari, et non posse tabesceri. Et ne longum faciam, sigillatim enumeratis provinciis quas vastaverunt, hoc sit ad

(45) *Filium ejus rex excæcari jussit. Ælfgarus, Ælfrici ducis filius, visu orbatus est jussu regis anno 993.* (Florent. Wigorn. et Saxon. Chron.)

(44) *Londonia obsessa.* Juxta Saxon. Chron. Analafus et Sweynus Londonium die Nativitatis B. Mariæ anno D. 994 cum nongentis quatuor navibus convenerunt, acriterque civitatem oppugnarunt, eam igne consumere nitentes, sed a civibus strenue turbati.

(45) *Occidentalis provincia, etc.* Devoniensem comitatum anno 997, et iterum an. 1001, quo anno Excestria vastata est, Dani invaserunt. Laud. et Cotton. Sax. Chron. codices in hac materia a Cantabrigiensi eorundem Chronicorum exemplari longe differunt. Exonia iterum a Sweyno an. 1003 obsessa fuit.

(46) *Ipse patriarcha, etc.* Cantuaria Danis obsessa an. Dom. 1012, et archiepiscopus Ælfheah captus interfectusque est. Ejus vita, ab Osberno scripta in *Anglia sacra*, part. II, p. 122, edita fuit juxta

summam complecti, quod, cum numerentur in Anglia triginta duo pagi, illi jam sedecim invaserant, quorum nomina propter barbariem linguæ scribere **266** refugio. Rex interea strenuus, et pulchre ad dormiendum factus, tanta negotia postponens, oscitabat; et si quando resipuerat ut vel cubito se attolleret, confestim, vel gravante desidia, vel adversante fortuna, in miseria recidebat. Exagitabant illum umbræ fraternæ, diras exigentes inferias. Quis possit enumerare quotiens exercitum congregaverit? quotiens naves fabricari jussisset? (50) quotiens duces undecunque evocaverit, et nihil unquam horum processerit? Nam exercitus principe carens, et disciplinæ militaris ignarus, aut ante congressionem dilabebatur, aut in ipso conflictu facile cedebat. Valet multum in bellis ducis præsentia, valet spectata in talibus audacia, valet usus et maxime disciplina; quibus, ut dixi, carens exercitus, provincialibus irrecuperabili dispendio, hostibus miserabili erat ludibrio. Est illud hominum genus, si non coerceatur ante bellum, in rapinas promptum; si non animetur in bello, ad fugam pronum. Naves ad tutandam oram maritimam fabricatas, cum in anchoris constitissent, repente coorta tempestas corripuit, et collisas inter se disjectis armamentis inutiles reddidit. Paucae, de reliquiis multarum factæ, impetu ejusdam Wulnodi, quem rex exlegatum ejecerat, submersæ vel incensæ, spem totius Angliæ sefellerunt. Duces si quando ad consilium convenissent, pars hoc, pars illud eligere; vix, aut nunquam, in bonam sententiam convenire. Magis enim de similitudinibus domesticis quam de publicis necessitatibus consultabant. Jam vero si quid, urgente periculo, utile et arcanum decrevisset, statim ad Danos per proditores deferebatur: nam præter Elfricum, Elferii, qui superiorem regem occiderat, successorem, **267** erat in talibus improbe idoneus Edricus, quem rex comitatu Merciorum præfecerat; fæx hominum et dedecus Anglorum, flagitiosus helluo, versutus nebulo, cui nobilitas (51) opes pepererat, lingua (52) et audacia comparaverat. Hic dissimulare cautus, fingere paratus, consilia regis ut fidelis

quemdam Lambethanæ bibliothecæ manuscriptum codicem. Mss. Cott. *Otho*, A. XII. *Vitel.* D. XVII, et *Tiber.* D. III (igne detrimentum passus) vitam quoque Ælfheah ab Osberno conscriptam complectuntur.

(47) *Extremum.* s. c. d. e. l., *ultimum a.*

(48) *Certatim colla.* c. e., ante *certatim colla*, a. s. l., legunt *certatim oscula defuncti ruerent*, d. legit, *certatim in oscula irruerent.*

(49) *Et post decem annos, etc.* Ælfheah, seu Elfegi corpus a Londonio Cantiam an. 1023 translatum est. Osbernus historiam quoque conscripsit Translationis corporis Elfregi, quæ edita est in *Angl. Sacra*, part. II, p. 143, juxta Cotton. Ms. *Tiber.* D. III.

(50) *Quotiens naves fabricari jussisset.* s. c. d. e., omitt. in a. l.

(51) *Cui nobilitas.* c. e. l., *cui non nobilitas*, a. s. d.

(52) *Lingua.* c. e. l., *sed lingua*, a. s. d.

venabatur, ut proditor disseminabat. Sæpe, ad hostes missus pacis mediator, pugnam accendit. Cujus perfidia cum crebro hujus regis tempore, tum vel maxime sequentis apparuit: de qua posterius dicam. Solus ex omnibus comes Orientalium Anglorum (53) Ulkillus et tunc impigre contra invasores restitit; ita ut, quamvis nomen victoriæ ad hostes concessisset, multo plus afflicti qui vicerant, quam qui victi erant, æstimarentur. Nec sane piguit barbaros veritatem confiteri, cum multotiens illam victoriam deplorarent. Et emicuit præcipue post mortem Edlredi virtus comitis (54) in illo bello quod omnem florem provinciæ demessuit; ubi et ipse a tergo circumventus, dum cedere pudori ducit, audaciam regi sanguine peperit suo. Sed hæc postmodum. Tunc vero, ne quid miserix regi Edlredo decasset, fame per totam Angliam debacchante, vulgus, quod bello reliquum erat, absumptum inedia. Hostes adeo libere in regione vagabantur, ut per quinquaginta millia prædam per terram ad naves convectarent, nullas provincialium insidias formidantes. His malis undique circum strepantibus, rursus consilium volutabatur ut pecunia bellum levaretur; et factum est: nam prius 268 viginti millia libræ, mox triginta millia datæ; quod quantum profecerit, sequens tempus ostendit. Veruntamen multa mihi cogitanti mirum videtur cur homo, ut a majoribus accepimus, neque multum fatuus, neque nimis (55) ignavus, in tam tristi pallore tot calamitatum vitam consumpserit. Cujus rei causam si quis me interroget, non facile respondeam; nisi ducum defectionem, ex superbia regis prodeuntem. Illorum perfidiam sermo præoccupavit: de ipsius insolentia nunc dicam, qua adeo intolerabilis erat ut nec propriis affectibus parceret. Nam præter Anglos, quos nullis causis extantibus exhæredabat, vel afflicto crimine opibus emungebat; præter Danos, quos levibus suspicionibus (56) omnes uno die in tota Anglia trucidari jusserat, — ubi fuit videre miseriam, dum quisque charissimos hospites, quos etiam artissima necessitudo dulciores effecerat, cogeretur prodere, et amplexus gladio deturbare; præter hæc ergo etiam in (57) uxorem adeo protervus erat (58) ut vix eam cubili dignaretur, sed cum pellicibus

(53) *Ulkillus*. Ulfcytelus Danos juxta Thetfordum profligavit a. D. 1004. Vide Florent. Wigorn. et Sax. Chron. a. D. 1004.

(54) *In illo bello*, etc. Prælio apud Ashingdon, in Essex, ubi Ulfcytelus interfectus est a. D. 1006.

(55) *Nimis*. c. d. e., multum, a. s. l.

(56) *Omnes uno die*, etc. Danorum strages die 13^a Novembris an. 1002 contigit.

(57) *Uxorem*. Glossa in l., *Emmam scilicet*.

(58) *Ut vix eam cubili dignaretur*. a. c. d. e. l., *ut eam vix dignaretur*, s.

(59) *Elfredo*. Ælfridus postea dolo Godwini comitis occisus est.

(60) *Ea... filia Ricardi*, etc. Emma Ælfgiva. Æthelredo nupsit an. 1002, eoque defuncto, regi Cnuto matrimonio juncta est mense Jul. 1017. Obiit Emma an. 1052. Confer *Encomium Emmæ*, in 4^o Lond., 1783, et in *Duchesne, Script. Norm.*)

volutatus regiam majestatem infamaret. Illa quoque conscientiam alti sanguinis spirans in maritum timebat, quod se nec pudor ingenuus, nec sæcunditas commendaret; nam duobus liberis, (59) Elfredo et Edwardo, penates viri compleverat. (60) *Ea fuerat filia Ricardi 269* comitis Normanniæ, filii Willelmi, qui post patrem quinquaginta duobus annis illi ducatu præfuit, et (61) octavo decimo anno hujus regis vitam terminavit (62). Jacet apud Fiscannum cænobium, quod ipse, aliquantis redditibus ampliatum, regula monastica per Willelmum quemdam abbatem Divionensem insigniverat. Vir eximius, qui etiam Edlredum sæpe injuriis pulsaverit: quod cum auditum Romæ esset, non passa sedes apostolica (63) duos Christianos digladiari, misit in Angliam Leonem Treverensem episcopum ut pacem componeret; cujus legationis epistola hæc est.

EPISTOLA (64) JOHANNIS PAPÆ.

§ 166. c (65) Johannes quintus decimus, sanctæ Romanæ ecclesiæ papa, omnibus fidelibus. Noverint omnes sanctæ matris nostræ ecclesiæ fideles, et nostri utriusque ordinis per clymata seculi dilatati, qualiter nobis relatum est a compluribus de inimicitia Edlredi Saxonum Occidentalium regis necnon et Ricardi marchionis; unde nimium tristi effectus, utpote de filiis nostris spiritualibus, tandem, inite salubri consilio, accessivi quandam apocrisarium nostrum, Leonem videlicet episcopum sanctæ Treverensis ecclesiæ, et misi eum illuc cum literis nostris exhortatoriis, ut 270 resipiscerent ab hac superstitione. Qui, transiens vastas intercapedines terrarum, tandem marinos transmeavit fines, et in die Natalis Domini pervenit ante conspectum regis præfati, moxque ex parte nostra salutato obtulit literas quas illi miseramus; qui accersitis cunctis sui regni utriusque ordinis fidelibus sapientioribus, ob amorem et timorem Dei omnipotentis, necnon et sancti Petri apostolorum principis, et per nostram admonitionem paternam, firmissimam concessit pacem, cum omnibus filiis suis et filiabus præsentibus et futuris, et cum omnibus fidelibus suis, sine dolo. Qua de re misit Edelsinum sanctæ Scireburnensis ecclesiæ præsulem, necnon et Leofstanum filium Alfwoldi, atque Wistani filium Edelnodum, qui tran-

(61) *Octavo decimo anno hujus regis vitam terminavit*. Richardus obiit 20 Novembr. A. D. 996.

(62) *Terminavit*. c. d. e. l., *finivit*, a. s.

(63) *Duos Christianos digladiari*. s. c. d. e. l., duos duces Christianos inter se decertare, a.

(64) *Johannis papæ*. Rubrica in e. non recte addit: *Qui et Gerbertus dictus est*. Vide § 167, not. 68.

(65) *Johannes*. s. c. d. e. l., *Johannes hujus nominis*, a. — Epistola est Joannis papæ XV, quando dictus XVI, qui ab anno 985 ad annum 996 sedit. Defuncto Joanne XIV, Joannes, Roberti filius, electus est (mense Mart. 985); cum vero ante consecrationem supremum diem obierit, vulgo inter summos pontifices non recensetur, nisi ejus successor aliquando Joannes XVI inscribitur. Ante mensem Julium anni 985 mortuus est.

ierunt marinos fines, et pervenerunt usque ad Ricardum prefatum marchionem. Qui et monita nostra pacifico suscipiens, simulque audiens decretum suprafati regis, libenti animo eandem pacem firmavit, cum filiis et filiabus suis presentibus et futuris, et cum omnibus fidelibus suis, eo rationis tenore, ut, si aliquis eorum vel ipsi injuste aliquid contra alterum perpetraverint, digna emendatione purgetur. Paxque maneat stabilis perpetualiter et inconversa, sacramentorum utriusque partis stigmatibus stipulata. Ex parte scilicet Edelredi regis, Edelsinus presul sanctæ Scireburnensis ecclesiæ, et Leofstan Alfwoldi filius et Edelnodus Wistani filius: ex parte Ricardi, Rogerus episcopus, Rodulfus Hugonis filius, Turstenc filius Turgis. Actum Rotomago Kalend. Martii, anno ab incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo primo (66), indictione quarta. **271** Et de hominibus regis vel inimicis suis nullum Ricardus recipiat, nec rex de suis, sine sigillo eorum. »

DE GERBERTO (67).

§ 167. (68) Decedente hoc Johanne, successit Gregorius. Ei item Johannes sextus decimus. Illi Silvester, qui et Gerbertus, de quo non absurdum erit (ut opinor) si literis mandemus quæ per omnium ora volitant. Ex Gallia natus, monachus a puero apud Floriacum adolevit: mox cum (69) Pythagoricum bivium attingisset, seu tædio monachatus, seu gloriæ cupiditate captus, nocte profugit Hispaniam, animo præcipue intendens ut astrologiam et cæteras id genus artes a Saracenis ediceret. (70) Hispania, **272**

A olim multis annis a Romanis possessa, tempore Honorii imperatoris in jus Gothorum concesserat: Gothi, usque ad tempora beati Gregorii Arriani (71), tunc per Leandrum episcopum Hispalis, et per (72) Ricardum regem fratrem (73) Hermingildi, quem pater nocte Paschali pro fidei confessione interfecerat, catholico choro uniti sunt. Successit Leandro (74) Isidorus, doctrina et sanctitate nobilis; cujus corpus nostra ætate Aldefonsus rex Gallicie Toletum transtulit, ad pondus auro comparatum. Saraceni enim, qui Gothos subjugarant, ipsi quoque a Karolo magno victi, Galliciam et Lusitaniam, maximas Hispaniæ provincias, amiserunt. Possident usque hodie superiores regiones. Et sicut Christiani Toletum, ita ipsi Hispalim, quam Sibiliam vulgariter vocant, caput regni habent, divinationibus et incantationibus more gentis familiari studentes. Ad hos igitur (ut dixi) Gerbertus perveniens, desiderio satisfecit. Ibi vicit scientia Ptholomæum **273** in astrolabio, Alandræum (75) in astrorum interstitio, (76) Julium Firmicum in fato. Ibi quid cantus et volatus avium portendat, didicit; ibi excire tenues ex inferno figuras; ibi postremo quicquid vel noxium vel salubre curiositas humana deprehendit: nam de licitis artibus, arithmetica, musica, et astronomia, et geometria, nihil attinet dicere; quas ita ebibit ut inferiores ingenio suo ostenderet, et magna industria revocaret in Galliam omnino ibi jam pridem obsoletas. (77) Abacum certe primus a Saracenis rapiens, regulas dedit quæ a

(66) *Primo. a. s. c. e. l.*, omitt. in d.

(67) *Gerberto. e. legit eodem Gerberto.*

(68) *Decedente hoc Johanne, successit Gregorius. Et item Johannes sextus decimus. Illi Silvester, qui et Gerbertus, de quo. a. d. m., De hoc sana Johanne, qui et Gerbertus dictus est, s. c. e. f. g. k. l.* — Plurimi veteres et mss., legunt in textu scribitur; sed e., id est manuscriptus quem auctor vulgo sequitur, et quidam alii, Joannem XV, XVI dictum, pro Silvestro II non recte accipiunt, cujus nomen erat Gerbertus, de quo multa ex legendis Malmesburiensis. In Arvernia, ab obscuris parentibus oriundus Gerbertus, a puero in abbatiâ Auriliacense (Aurillac) educatus est. Monasterii Bobiensi in Longobardia abbas postea institutus, Remensi que scholæ præpositus, hujus civitatis archiepiscopus creatus est, unde remotus fuit a Joanne papa XV, XVI dicto, an. 995, et an. 998 (favente imperatore Ottone III, cujus præceptor fuerat), in sedem Ravennensem translatus est, ubi remansit donec ad summum pontificatum ascenderet, die 2 Julii an. Dom. 999.

(69) *Pythagoricum bivium. Pythagoræ bivium Græca littera y seu y adumbratur.*

Pythagoræ bivium ramis patet ambiguis.

(Ausonius, *Idyll. De litter. monosyll. XII, 9.*)

Lactantius, VI, 6, ait: « Dicitur humanæ vitæ cursus y litteræ esse similem; quia unusquisque hominum, cum primum adolescentiæ limen attingerit, et in eum locum venerit partes ubi se via findit in ambas (Virg. A. VI, 540), hæreat nutabundus. »

(70) *Hispania... in jus Gothorum, etc.* Hispaniam invasissent Suevi, Vandali, Alani, etc., an. 409; Adolphusque, Gothorum rex in Hispaniam a. D. 414, progressus est.

(71) *Arriani. c. d. e. l.*, omitt. in a. s.

(72) *Ricardum. a. d. e. l., Rechardum, c., Richardum, s.* — Recaredus II, Leovigildi filius, primus fuit Hispaniæ Catholicus rex. Ad hanc fidem conversus est annis inter 586 et 589, unaque cum eo tota Wisigothorum gens in Hispania Arianismum abjuravit.

(73) *Hermingildi, quem pater nocte Paschali pro fidei confessione interfecerat.* Hermenegildus, primogenitus Leovigildi filius, a patre regali diademate et Bœticæ regimine investitus est, fœdus que cum Ingundi, Sigeherti, Austrasiæ regis, filia iniit. Ingundis vero persecutioni obnoxia fuit, et tandem a conjugis sui matre occisa, eo quod Catholicam fidem profitebatur. Leandro, archiepiscopus Hispalensis, haud difficile Hermenegildum induxit ut nurus suæ cædem ulcisceretur, eumque adjuvit dum patrem e solio dejicere conaretur. Captus est Hermenegildus et ad mortem propter rebellionem damnatus. Arianam communionem, quam agente Leandro abjuraverat, morti proximus, ne quidem ut vitam redimeret, usquequaque repulit. Unde nostra in tanto honore habitus est ut ab Ecclesia Romana inter sanctos annumeraretur.

(74) *Isidorus. Archiepiscopus Hispalensis sæculo VI.*

(75) *Alandræum. d. e., Alandræum, a. e. 2. l.; Alchandræum, c., Alchandræum, s.*

(76) *Julium Firmicum. Julius Firmicus Maternus, Mediolanensis episcopus circa medium quarti sæculi octo libros in Astronomiam composuit.*

(77) *Abacum. Observat Sharpus abacum quamdam fuisse arithmeticam tabulam: hic pro ipsa arithmetica positum fuisse videtur, cum tractatum in arithmeticam sub hoc titulo Gerbertus conscripserit. Auctores operis cui titulus: Hist. Litt. de*

audantibus abacistis vix intelliguntur. Hospitabatur apud quendam sectæ illius philosophum, quem multis primo expensis, post etiam promissis, demeretur. Nec deerat Saracenus quin scientiam vendideret; assidere frequenter, nunc de seriis, nunc de nugis colloqui, libros ad scribendum præbere. Unus erat codex, totius artis conscius, quem nullo modo elicere poterat. Ardebat contra Gerbertus librum quoquo modo ancillari. (78) Semper enim in vetitum nitimur, et quicquid negatur pretiosius putatur. Ad preces ergo (79) conversus orare per 274 Deum, per amicitiam, multa offerre, plura polliceri. Ubi id parum procedit, nocturnas insidias tentat. Ita hominem (connivente etiam filia, cum qua assiduitas familiaritatem paraverat), vino invadens, volumen sub cervicali positum arripuit, et fugit. Ille somno excussus, indicio stellarum, qua peritus erat arte, insequitur fugitantem. Profugus quoque respiciens, eademque scientia periculum comperiens, sub ponte ligneo, qui proximus, se oculit; pendulus et pontem amplectens, ut nec aquam nec terram tangeret. Ita quærentis aviditas frustrata, domum revertit. Tum Gerbertus, viam celerans, devenit ad mare. Ibi per incantationes diabolo accersito, perpetuum paciscitur hominum si se, ab illo qui denuo insequeretur defensasum, ultra pelagus eveleret. Et factum est. Sed hæc vulgariter ficta crediderit aliquis, quod soleat populus literatorum famam lædere, dicens illum loqui cum dæmone quem in aliquo viderint excellentem opere. Unde Boetius, in libro de Consolatione Philosophiæ, queritur se propter studium sapientiæ de talibus notatum, quasi conscientiam suam sacrilegio polluisset ob ambitum dignitatis. « Non conveniebat, (80) inquit, vilissimorum me

la France, tom. VI, illum ad litteram interpretantur quasi librum furatus sit scientiæ principia continentem, et suppositum istum librum pro Incantationum libro de quo infra mentio fiet, non recte accipiunt. Valde etiam moleste ferunt quod Malmesburiensis talia de Gerberto commenta scripserit, eaque cardinali Bennoni tribuunt; sed nihil istius modi in ejus opere occurrit quod editum fuit a Goldasto et in Brown's, Fascicul., tom. I. — De Abaco Gerberti confer Chasles, *Explication des traités de l'Abacus et particulièrement du traité de Gerbert* (Comptes-rendus de l'Académie des sciences, 1845), qui hunc tractatum edidit et illustravit.

(78) *Semper... putatur.* Ovid. *Amor.* III, 4, 17.

(79) *Ergo.* a. c. d. e 2. l. omitt. in e.

(80) *Inquit.* Boethius *De cons. Philos.*, lib. I, p. 14. (Glasgæ, 8 vo, 1751.)

(81) *Mihi vero fidem facit.* Exstat ad hunc locum in *Rec. des Hist. de la France* (tom. X), adnotatio qua Malmesburiensis acriter perstringitur, ut iudicium non satis recto usus. Partium tamen studium in Silvestrem papam (primum inter Francos qui ad summi pontificis dignitatem evectus fuerit), quod ipse prædicti operis editor agnoscit, aliquo modo explicare, forsitan et excusare potest hujus commentarii acritatem; et si quoad suspicionem de Gerberto magicis artibus pontificales infulus adepto meritis nimis sit Malmesburiensis, iisdem quibus doctissimus editor apologeticis verbis narrationem suam tueri potuisset: « Hos fabulosos, et, ut ita

A spirituum præsidia captare, quem tu in hanc excellentiam componebas, ut consimilem Deo faceres. Atqui hoc ipso videmur affines maleficio, quod tuis imbuti disciplinis, tuis instituti moribus sumus. » Hæc Boetius. (81) Mihi vero fidem facit de istius sacrilegio 275 inaudita mortis excogitatio. Cur enim se moriens, ut postea dicemus (82), excarnificaret ipse sui corporis horrendus lanista, nisi novi sceleris conscius esset? Unde in vetusto volumine quod in manus meas incidit, ubi omnium apostolorum nomina continebantur et anni, ita scriptum vidi: « (83) Silvester, qui et Gerbertus, annos quatuor, mensem unum, dies decem: hic turpiter vitam suam finivit. »

DE DISCIPULIS GERBERTI.

B § 168. Gerbertus Galliam repatrians, publicasque scholas professus, artem magisterii attingit. Habetat conphilosophos, et studiorum socios, Constantinam abbatem monasterii sancti Maximini, quod est juxta Aurelianis, ad quem edidit (84) regulas de abaco: Adelboldum episcopum, ut dicunt, Wintebargensem, qui et ipse ingenii monumenta dedit in epistola quam facit ad Gerbertum (85) de quæstione diametri super Macrobius, et in nonnullis aliis. Habet discipulos prædicandæ indolis et prosapiæ nobilis, Robertum filium Hugonis cognomento Capet, Ottonem filium imperatoris Otonis. Robertus, postea rex Franciæ, magistro vicem reddidit, et archiepiscopum 276 Remensem fecit. (86) Extant apud illam ecclesiam doctrinæ ipsius documenta: (87) horologium arte mechanica compositum; organa hydraulica, ubi mirum in modum, per aquæ calefactæ violentiam, ventus emergens implet concavitatem barbiti, et per multiforatales tractus æreæ fistulæ modulatos (88) clamores emittunt. Et erat ipse rex

dicamus, diabolicos de Gerberto rumores hic describimus, non ut pondus iis aliquod addamus, sed ut a lectore nihil, sive verum sive falsum, desideretur de tanto viro, qui e Gallis primus summi pontificatus apicem obtinuit. »

(82) *Postea dicemus.* § 172.

(83) *Silvester, qui et Gerbertus, annos quatuor, mensem unum, dies decem.* a. d. m., *Johannes, qui et Gerbertus, menses decem,* s. c. e. f. g. k. l. Vide § 167, not. 68.

(84) *Regulas de abaco.* Vide § 167, not. 77.

(85) *De quæstione diametri super Macrobius.* Macrobius in *Sonn. Scip.* I, 20.

(86) *Extant.* c. d. e., *extant enim,* a. s. l. Editor tomi X *Rec. des Hist. de la France* eorum quæ hic referuntur veritati assentitur.

(87) *Horologium.* Coniuncti quidem Gerbertum horologiorum inventorem fuisse, sed illi ad honorem tam præclaræ inventionis jus a Ditmaro Mersburgensi negatum est, qui asserit horologium a Gerberto in ecclesia cathedrali positum quoddam fuisse tantum solarium genus.

(88) *Clamores emittunt.* Hoc fuisse videtur organum vaporis applicatione sonos emittens. Quædam forsitan erat modificatio revolventis æolipylæ quod erat instrumentum de quo Vitruvius loquitur. *Æolipyla* vulgo constat spheræli metalli globo, cum tubulo seu parvo foramine per quod vaporis jactus impelli potest. Globulo tum aqua impleto, externæ ejus faciei ignis admovetur. Statim ut ebullit aqua;

in ecclesiasticis cantibus non mediocriter doctus; et tum in hoc, tum in cæteris, multum ecclesiæ profuit. Denique pulcherrimam sequentiam, « Sancti Spiritus adsit nobis gratia, » et responsum, « O Juda et Jerusalem, » contexuit, et alia plura, quæ non me pigeret dicere si non alios pigeret audire. Otho, post patrem imperator Italiæ, Gerbertum archiepiscopum Ravennatem, et mox papam Romanum, creavit. Urgebat ipse fortunas suas, (89) fautore diabolo, ut nihil quod semel excogitasset imperfectum relinqueret. Denique thesauros olim a gentilibus defossos, arte nigromantiæ molibus eruderatis inventos, cupiditatibus suis implicuit. Adeo improborum vilis in Deum affectus, et ejus abutuntur patientia, 277 quos ipse mallet redire quam perire. Sed reperit tandem ubi magister suus hæret, et, ut dici solet, quasi cornix cornici oculos efoderet, dum pari arte tentamenti ejus occurreret.

QUOMODO GERBERTUS THESAUROS OCTOVIANI INVENIT.

§ 169. Erat juxta Romam in Campo Martio statua, ærea an ferrea incertum mihi, dextræ manus indicem digitum extentum habens, scriptum quoque in capite, « Hic percutite. » Quod superioris ævi homines ita intelligendum rati quasi ibi thesaurum invenirent, multis securium ictibus innocentem statuam laniaverant. Sed illorum Gerbertus redarguit errorem, longe aliter ambiguitate absoluta (90): namque meridie, sole in centro existente, notans quo protenderetur umbra digiti, ibi palum figit; mox superveniente nocte, solo cubiculario laternam portante comitatus, eo contempsit. Ibi, terra solitis artibus dehiscens, latum ingredientibus patefecit introitum: conspicantur ingentem regiam, aureos parietes, aurea lacunaria, aurea omnia; milites aureos aureis tessaris quasi animum oblectantes; regem metallicum cum regina discumbentem, apposita obsonia, astantes ministros, pateras multi ponderis et pretii, ubi naturam vicebat opus. In interiori parte domus carbunculus, lapis imprimis nobilis et parvus intuitu (91), tenebras noctis fugabat. In contrario angulo stabat puer, arcum tenens extento nervo et arundine intenta. Ita in omnibus, cum oculos spectantium ars pretiosa raparet, nihil erat quod posset tangi etsi posset videri; continuo enim ut quis manum ad contingendum 278 aptaret, videbantur omnes illæ imagines prosilire, et impetum in præsumptorem facere. Quo timore pressus Gerbertus, ambitum suum fregit: sed non abstinuit cubicularius quin mirabilis artificii cultellum, quem mensæ impositum videret (92), abriperet; arbitratus scilicet, in tanta præda, parvum latrocinium

A posse latere. Verum mox omnibus imaginibus cum fremitu exsurgentibus, puer quoque, emissa arundine in carbunculum, tenebras induxit; et, nisi ille monitu domini cultellum rejicere accelerasset, graves ambo poenas dedissent. Sic insatiata cupiditatis voragine, laterna gressus ducente, discessum. Talia illum adversis præstigiis machinatum fuisse, constans vulgi opinio est (93). Veruntamen, si quis verum diligenter excuspat, videbit nec Salomonem, cui Deus ipse dederit sapientiam, hujusce inscium commenti fuisse, ut enim (94) Josephus auctor est: thesauros multos cum patre defodit in loculis, qui erant (inquit) mechanico modo reconditi sub terra: Nec Ilircanum, prophetia et fortitudine clarum, qui, ut obsidionis levaret injuriam, de David sepulchro tria millia talenta auri arte mechanica eruit, ut obsessori partem enumeraret, parte xenodochia construeret. At vero Herodes, qui magis præsumptione quam consilio idem aggredi voluerit, multos ex satellitibus, igne ex interiori parte prodeunte, amiserit. Præterea, cum audio Dominum (95) Jesum dicentem, « Pater meus usque modo operatur, et ego operor, » credo quod qui dedit Salomoni virtutem super dæmones, ut h' em historiographus testatur, adeo ut dicat etiam suo tempore fuisse viros qui illos 279 ab obsessis corporibus expellerent, apposito naribus patientis annulo habente sigillum Salomonæ monstratum, credo, inquam, quod et isti hanc scientiam dare potuerit, nec tamen affirmo quod dedit.

QUOMODO QUIDAM THESAUROS OCTOVIANI QUÆSERUNT.

§ 170. Sed hæc lecturis relinquens, dicam quod a quodam loci nostri monacho, genere Aquitanico, ætate provector, arte medico, in pueritia audisse me memini. « Ego, aiebat, septennis, despecta exilitate patris mei, municipis Barcinonensis admodum tenuis, transcendens nives Alpinas, in Italiam veni. Ibi, ut id ætatis pusio, summa inopia victum quæritans, ingenium potius quam ventrem colui. Adultus (96) multa illius terræ miracula oculis hausi (97), et memoriæ mandavi: inter quæ vidi montem perforatum, ultra quem accolæ ab antiquo æstimabant thesauros Octoviani reconditos. Ferebantur etiam multi, causa scrutandi, ingressi per anfractus, et semetra viarum intercepti perisse. Sed, quia nullus fere timor avidas mentes ab incæpto revocat, ego cum sodalibus meis, viris circiter duodecim, seu prædandi, seu vendendi studio, illud iter meditabar aggredi. Itaque Dædali secuti ingenium, qui Theseum de labyrintho illo eduxit prævio, nos quoque glomus iugens portantes paxillum in introitu fiximus: ibi principio illi ligato,

vapor ab ore tubuli vehementissime propellitur, apparatusque ita constructus optimum vulgarium folium fit supplementum.

(89) *Fauctore diabolo.* Hoc commentum a cardinali Bennone inventum et a sequentibus auctoribus inconsulte adoptatum putat Mabillon.

(90) *Absoluta.* c. d. el., *dissoluta*, s., *obsoluta*, a.

(91) *Intuitu.* s., *inventu* a. c. d. e. l.

(92) *Videret.* e. l., *viderat*, a. s. c. d.

(93) *Est.* s. c. d. e. l., *ait*, a.

(94) *Josephus auctor est.* Josephus, *Antiq. Jud.*, lib. vii, c. 15; lib. viii, c. 2.

(95) *Dominum.* a. s. c. d. e.; *Dominum meum* l.

(96) *Adultus.* a. c. d. e. l., *adultus autem* s.

(97) *Hausi.* s. c. d. e. l., *libavi*, a.

accensis laternis ne præter devia etiam cæcitate impediremur, devoluto glomere, et per unumquodque milliærium paxillo apposito, sub caverna montis quomocumque iter nostrum direximus. Cæca erant omnia, et **280** magni horroris plena; vespertilio-nes, de concavis egredientes, oculos et ora infestabant; semita arcta, et a læva præcipitio et subterlabente fluvio timenda. Vidimus tranitem vestitum nudis ossibus: flevimus cadavera tabo adhuc fluentia hominum, quos eadem quæ nos spes raptasset, post montis introitum non valentium invenire exitum. Sed tandem aliquando, post multos timores, ad egressum ulteriorem pervenientes, vidimus stagnum placidum aquis crispantibus, ubi (98) dulcibus illisa lapsibus alludebat unda littoribus; pons æreus utramque ripam continuabat: ultra pontem visabantur miræ magnitudinis equi aurei, cum assessoribus æque aureis, et cætera quæ de Gerberto dicta sunt; in quibus die melio Phœbi jubar infusum, duplicato fulgore oculos intuentium hebetabat. Nos qui hæc (99) eminus videntes propiori aspectu delectaremur, asportaturi, si fors sineret, aliquam splendidi metalli crustam, hortamine alterno animati stagnum transire paramus; sed nequicquam. Dum enim quidam, cæteris præruptior, citeriori margini pontis pedem imponeret, continuo (quod mirum auditu sit) illo depresso, ulterior elevatus est, proluens rusticum æreum cum æreo malleo, quo ille undas verberans, ita obnubilavit aera ut diem cœlumque subtexeret (100). Retracto pede, pax fuit: tentatum idem a pluribus, idemque expertum. Itaque, desperato transitu, aliquantulum ibi constitimus; et quamdiu potuimus, solo saltem visu libavimus aurum. Mox, per vestigia filii regressi, pateram argenteam reperimus; qua in frusta desecta, et minutatim partita, pruritus aviditatis **281** nostræ tantummodo irritantes, non etiam fami fecimus satis. Postero die, collato consilio, magistrum quendam illius temporis adivimus (1), qui dicebatur nomen Domini ineffabile scire: interrogatus scientiam non inficiatur, adjiciens quod tanta esset ejus nominis virtus, ut nulla ei magia, nulla mathesis, obistere posset. Ita multo pretio redemptus, jejunos et confessus (2), nos eodem modo paratos duxit ad fontem. De quo hausta aqua in stala argentea, tacens digitis literas figurabat, donec oculis intelleximus quod ore effari nequiremus. Tunc fiducialiter ad montem accessimus; sed exitum ulteriorem a dæmonibus, credo, obstipatum offendimus, invidentibus scilicet nomini Domini, quod eorum commenta refelleret. Venit mane ad me nigromanticus Jûdæus,

(98) *Dulcibus illisa lapsibus.* c. d. e. l., *dulcibus illis allapsibus*, s. a.

(99) *Hæc.* a. s. c. d. e. 2. l.; omitt. in e.

(100) *Subtexeret.* c. d. e., *subtexerit*, a. e. 2., *subtexerat*, s.

(1) *Adivimus.* c. e. l., *audivimus*, a. s. d.

(2) *Confessus.* a. s. c. d. e., *confusus*, l.

(3) *Bibacius.* s. c. d. e. l., *libacius*, a.

A quem audita gestorum fama exciverat; percunctatusque rem, ubi socordiam nostram acceperit, multo cachinnis bilem succutiens, « Quin tu, » inquit, « videas, licebit, quantum potentia meæ artis valeat. » Et incunctanter montem introiens, non multo post egressus est, multa quæ ultra fluvium notaveram ad indicium transitus sui afferens, pulverem sæpe locupletissimum, quo quicquid contingeretur in aerum flavescerebat; non quod ita pro vero esset, sed quia ita videretur quoad aqua dilueretur: nihil enim quod per nigromantiam fit potest in aqua aspectum intuentium fallere. Confirmat veritatem sermonis mei, res quæ tempore eodem acciderat. »

282 DE ANICULIS QUÆ JUVENEM ASINUM VIDERI FECERUNT.

B § 171. « Erant in strata publica, qua Romani iter, duæ aniculæ, quibus nihil bibacius (3), nihil impudicus (4), uno commemorantes lugurio, uno imbutus maleficio. Hæc hospitem, si quando solus superveniebat, vel equum, vel suem, vel quodlibet aliud videri faciebant; et mercatoribus venum proponebant, numinos inde acceptos ingurgitantes (5). Et forte quadam nocte quendam ephæbum, qui motibus histrionicis victum exigeret, excipientes hospiti, asinum videri fecerunt; magnum suis commodis emolumentum habentes asinum qui transcutium detineret oculos miraculo gestuum, quocumque enim modo præcepisset anus, movebatur asinus. Nec enim (6) amiserat intelligentiam, etsi (7) amiserat loquelam. Multum itaque quæstum confavebant vetulæ, undique confluyente multitudine vulgi ad spectandos ludos asini. Rumor vicinorum divitem advocavit ut quadrupedem non pauculis nummis in usus suos transferret; admonitus ut, si perpetuum vellet habere histrionem, arceret eum aqua (8). Custos ergo appositus mandatum severe exequabatur. Præterit plurimum tempus: asinus, quando temulentia dominum in gaudium excitasset, coævivis jocis suis letificabat. Sed, sicut rerum omnium fastidium est, dissolutius post hæc haberi cœpit; quapropter incautiorem (9) nactus custodiam, **283** abrupto loro effugiens, in proximum lacum se projecit, et diutius in aqua volutatus, figuram sibi humanam restituit. Custos ab obviis sciscitatus, illumque vestigiis insecutus, interrogat an vidisset asinum: refert ille se asinum fuisse, modo hominem, omnemque casum exponit. Miratus famulus ad dominum detulit; dominus ad apostolicum Leonem, dico nostro sæculo sanctissimum; convictæ anus idem fateatur. Dubitantem papam confirmat Petrus Damianus, literaturæ pe-

(4) *Impudicus.* d., *putidius*, e; *putidius*, c. l. *impudicitius*, c. 2., *putidius*, a. s. l.

(5) *Ingurgitantes.* c. d. e., *abligurientes*, a. s. l.

(6) *Enim.* c. d. e., omitt. in a. s.

(7) *Etsi.* a. s. c. e. l., *etiamsi* d.

(8) *Aqua.* Glossa in l., *ab scilicet*.

(9) *Incautiorem.* Glossa in l., *i. e. minus cautam*.

ritus, non mirum si hæc fieri possint; productoque A. exemplo de (10) Simone Mago, qui Faustinianum in Simonis figura, videri, et a filiis horreri fecit, instructionem de cætero in talibus reddidit. »

DE CAPITE STATUÆ LOQUENTIS.

§ 172. Hæc Aquitannici verba ideo inserui, ne cui mirum videatur quod de Gerberto fama dispersit; fudisse sibi statuæ caput, certa inspectione siderum, cum videlicet omnes planetæ exordia cursus sui meditentur, quod non nisi interrogatum loqueretur, sed verum vel affirmative vel negative pronunciaret. Verbi gratia, diceret (11) Gerbertus, « Ero apostolicus ? » responderet statua, « Etiam. — Moriar antequam cantem missam in Jerusalem? — Non, » Quo illum ambiguo deceptum B ferunt, ut nihil excogitaret pœnitentiæ qui animo blandiretur suo de longo tempore vitæ; quando enim Ierosolyman ire deliberaret ut mortem stimulare? Nec providit 284 quod est Romæ ecclesia Jerusalem dicta, id est, Visio pacis, quia quicumque illuc confugerit, cujuscunque criminis obnoxius, subsidium invenit, Hanc in ipsius urbis rudimentis Asylum accepimus dictam, quod ibi Romulus, ut augetur civium numerum, statuisset omnium rerum refugium. Ibi cantat missam papa tribus Dominicis quibus prætitulatur *Statio ad* (12) *Jerusalem*. Quæcirca, cum uno illorum (13) dierum Gerbertus ad missam se pararet, in valetudinis ictus ingemuit, eademque crescente decubuit; consulta C statua, deceptionem et mortem suam cognovit. Advocatis igitur cardinalibus, diu factiora sua deploravit: quibus inopinato stupore percussis (14), nec aliquid referre valentibus, ille insanien, et præ dolore ratione hebetata, minutatim se dilaniari et membratim foras projici jussit; « Habeat, inquit membrorum officium qui eorum quæsitit hominum; namque animus meus nunquam illud adamavit (15) sacramentum, imo sacrilegium. »

§ 173. Et quia diverticulum feci, puto non inhonestum si dicam quod in Saxonia tempore regis istius accidit, et non adeo notum, anno Dominicæ incarnationis millesimo duodecimo. Melius est interire spatiari in talibus, quam immorari in ejus rebus, et ignavis et tristibus. Quod profecto erit D jocundius si ab antiquitate scriptum illius, qui passus est, apposero; simul et propius vero videbitur quam si meis texuissem literis. Præterea non indecens æstimo (16) si multicolori stylo varietur oratio.

(10) *Simone Mago*. In fabuloso S. Petri Itinerario, quod falso Clementi Romano attribuitur, exhibetur Simon Magus Faustinianum proprii sui ipsius oris lineamentis, adhibito quodam rubro medicinali unguento, induens, non sine ingenti filiorum ejus terrore qui genitorem pro Simone falso sumentes fugam ceperunt donec a S. Petro revocarentur. (SHARPE, 208.)

(11) *Discret*. c. e. l., cum diceret, a. s. d.

(12) *Ad*. a. s. d. l., omitt. in c. e.

285 DE VIRIS ET FŒMINIS CHOREAS DUCENTIBUS.

§ 174. « Ego Othbertus, (17) peccator, et, si vellem celare quod in me factum est divinam judicium, membrorum meorum tremor prederet; quod quemadmodum factum sit referam; ut omnibus innotescat quanta sit pœna inobedientiæ. Eramus, ad vigiliis Natalis Domini, in villa quadam Saxonie ubi erat ecclesia Magni martyris: presbyter, nomine Robertus, missam primam inchoaverat. Ego in cœmeterio cum sodalibus octodecim, viris quindecim, fœminis tribus, choreas ducens, et cantilenas seculares perstrepens, ita sacerdotem impediēbam ut ipsa verba nostra intra sacrosancta missarum solemnia resonarent. Quocirca, mandato nobis ut taceremus et neglecto, imprecatus est, dicens: « Placeat Deo et sancto Magno ut ita cantantes permaneat usque ad annum! » Verba pondus habuerunt. Filius presbyteri Joannis sororem suam nobiscum cantantem per brachium arripuit, statimque illud a corpore avulsit, sed gutta sanguinis non exiit. Ipsa quoque toto anno nobiscum permansit choros ducens, et cantans: pluvia non cecidit super nos; frigus, non (18) calor, nec fames, nec sitis, nec lassitudo nos affecit; indumenta nec calceamenta nostra attrivimus; sed quasi vecordes cantabamus. Primum ad genua, mox ad femora, terræ dimersi sumus. Fabrica tecti aliquando nutu Dei super nos erigebatur, ut pluvias arceret. Tandem, evoluto anno, Horbertus, civitatis Coloniensis episcopus, a nodo quo manus nostræ ligabantur nos absolvit, et ante altare sancti Magni reconciliavit. Filia presbyteri cum 286 aliis duobus continuo efflavit, cæteri continuis tribus diebus et noctibus dormivimus; aliqui postea obierunt et miraculis coruscant, cæteri pœnam suam tremore membrorum produunt. » Datae sunt nobis hæc litteræ a domino Peregrino, beati (19) Herberti successore, anno Dominicæ incarnationis millesimo tertio decimo.

DE EPISCOPO TURPISIMO ET RELIGIOSO ET MONACHA INCESTA.

§ 175. In hac urbe (quæ, olim Agrippina ab Agrippa genero Augusti dicta, postea a Trajano imperatore Colonia denominata est, quod (20) in imperium allectus, colonias civium Romanorum eo deduxerit); — in hac, inquam, civitate fuit episcopus quidam, præclarus religione quamvis turpis corpore, cujus unum miraculum, quod moriens prædixit, referam; si prius dixerō, quam insolitus casus eum in tanto culmine fastigaverit. Imperator terræ illius, Dominica illa quæ vocatur Quinquage-

(15) *Illorum*. c. d. e., eorum, a. s. l.

(14) *Percussis*. s. e., percussis, a. c. d. l.

(15) *Sacramentum*. Glossa in l., præstitum scilicet diabolo.

(16) *Æstimo*. c. d. e. l. m.; opinor, a. s.

(17) *Othbertus*. a. c. d. e. l., Ethelbertus s.

(18) *Non*. c. d. e., nec, a. s. l.

(19) *Beati*. c. d. e., omitt. in a. s. l.

(20) *Quod*. e; quod ibi, a. s. c. d. l.

sima, venatum pergens, solus ad oram sylvæ devenit, omnibus comitibus dispersis, juxta quam habebat ecclesiam ille presbyter agrestis, deformis sane, et pene portentum naturæ. Imperator, militem se mentitus, suppliciter missam rogat; ille confestim parat: alter intereaolvebat animo quare Deus, a quo formosa cuncta procedunt, tam deformem hominem sacramenta sua conficere sineret. Mox cum ad versum tractus ventum esset, «Scitote quoniam Dominus ipse est Deus,» sacerdos, socordiam pueri familiaris increpitans, respexit, et concitatiore voce, quasi cogitanti imperatori responderet, dixit: «Ipse fecit nos, et non ipsi nos.» Quo dicto **287** repercussus (21) imperator, propheticum virum æstimans, invitum et renitentem sublimavit in archiepiscopum (22): quod tamen semel susceptum dignis moribus honestavit; bene agentes blande appellare, improbos excommunicationis stigmatibus inurere, sine personarum (23) acceptione. Multa illius acta constanter accolæ prædicant, quorum unum pro suscepti operis brevitate lector percurreret. In monasterio sanctimonialium urbis illius erat virgo quædam, quæ illic magis parentum officio, quam bonæ vitæ studio, adoleverat: hæc et speciei lenocinio, et dulci ad omnes colloquio (24), amatoribus invitabat; sed cum cæteri vel timore Dei, vel pro infamia seculi, cupiditates suas cohiberent, unus, quem opum congeries et alta progenies in proterviam accenderant, abruptit quod legis, quod justitiæ, puellæ virginal (25) expugnare ausus, abductamque domum loco justæ conjugis habuit. Transit multum tempus in abbatissæ precibus, in propinquorum admonitionibus, ne tam foedo facinori assuesceret: ille surdis auribus admonentes transiens, velut pelagi rupes immota resistit. Ac tum forte antistes aberat, curiæ curis implicitus; regresso res nunciatur: mandat ille continuo ut ovis ovili restitatur; ita, multis verbis ultro citroque habitis, mulier monasterio redditur; sed non multo post, abscessu pontificis aucupato, abripitur. Tunc in delinquentem excommunicatio promulgatur, ita ut nullus civium cum eo colloqui, nullus convivari auderet: quam ille injuriam parvi pensans, **288** in prædia juris sui longe ablit, non ut præceptum foveret, sed ut arbitrium fugeret; ubi cum excommunicata sua vitam transigens, homo factiosus et potens. Sed cum Deus episcopum ad superos evocaret, et gravi

A dolore membra depastus in lecto decumberet, venerunt undique compatriotæ ut extremæ benedictioni beati viri communicarent; solus ille venire non præsumens, subornavit aliquos qui pro se loquerentur. Ejus nomen auditum primo pontifex gemitu exceptit, inde subjecti verba; verba ipsa dicturus sum. «Si miser ille maledictam mulierem (26) deseruerit, sit absolutus; si perstiterit, posteriori anno hac eadem die et hora qua ego decedam, sit ante Deum reddere rationem paratus: videbitis autem me quando signum ad sextam insonuerit efflare.» Nec fides verbis defuit, nam et iste hora qua prædixerat defunctus; et ille, anno evoluta, eadem die et hora cum amica fulmine ictus extinatus est.

B QUOMODO SWANUS INVITATUR UT ANGLIAM VENIAT.

§ 176. At vero rex (27) Ethelredus, martyrizato, (28) ut prædiximus, sancto Elfego, dedit episcopatum cuidam (29) episcopo Livingo. Resederat autem in Anglia Turkillus Danus, qui fuerat incensor ut lapidaretur archiepiscopus; habebatque Orientales Anglos suæ voluntati parentes. Nam cæteri, dato ab Anglis octo millium librarum tributo, per urbes et agros, quo quisque commodius **289** poterat, dilapsi; quindecim eorum naves, cum hominibus, regis fidem secutæ. Turkillus interea regem patriæ suæ Suanum nunciis accersit ut Angliam veniat; præclaram esse patriam et optimam, sed regem stertere: illum, Veneri vinoque studentem, nihil minus quam bellum cogitare; quapropter otiosum suis, ridiculum alienis: duces invidiosos, provinciales infirmos, primo stridore lituorum prælicessuros.

C § 177. Erat (30) Suanus in sanguinem pronus, nec ei magno hortamento opus fuit: navibus itaque paratis, transitum maturavit; Sandwic vocatur portus ubi appulit, ultionem præcipue Gunhildis sororis intendens animo. Hæc, non illepidæ formæ virago, Angliam cum Pallingo marito potenti comite venerat; et accepta Christianitate, obsidem se Danicæ pacis fecerat. Eam cum cæteris Danis infaustus furor Edrici decapitari jusserat, pronunciantem quod sui sanguinis effusio magno toti Angliæ foret dispendio. Et illa quidem mortem præsentituli animo, quia nec moritura expalluit, nec mortua, consumpto etiam sanguine, vultum amisit; occiso prius ante ora marito, et filio, commoda indolis puero, quatuor lanceis forato. Tunc ergo

(21) *Repercussus. e. repercussus, a. c. d. l.; percussus, s.*

(22) *Archiepiscopium. l., archiepiscopum, a. c., archiepiscopatum, d., episcopum, c.; archiepiscopum Coloniae, s.*

(23) *Personarum. s. c. d. e., personæ, a. l.*

(24) *Colloquio. s. c. d. e., ulloquio, a. l.*

(25) *Virginal. e. l., virginalem illam, d., virginalæ, s.*

(26) *Mulierem. a. d. e. l., mulierem illam, c. s.*

(27) *Rex. a. s. d. e. l.; omitt. in c. e.*

(28) *Ut prædiximus. Vide § 165.*

(29) *Episcopo Livingo. Lyfingus, nomine prius Æthelstanus, a Fontanensi Ecclesia ad Cantuariensem anno 1015 transiit. Obiit die 12^a Junii 1020.*

(30) *Suanus. Danorum strages die festo S. Brictii, a. D. 1002, Gunihildæque, Sweyni sororis cædes diu in eorum mente præsens renansit tanquam odii in Saxonum nomen vividus fomes. Aggressio in Angliam anno sequenti a Danico rege peracta vix haberi potest ut ampla tantæ injuriæ vindicta nec Sweynus Anglicum littus usquedum vita functus esset infestare desiit. Danorum ad portum Sandwich impulsus effectus est mense Julio 1013.*

Suanus, per Orientales Anglos profectus in Northanhimbros, ditioni eos suæ sine pugna subdidit; non quod in illorum mentibus genuinus ille calor, et dominorum impatiens, refrigerit, sed quod princeps eorum 290 (31) Uhtredus primus exemplum defectionis dederit. Illis sub jugum missis, cæteri quoque omnes populi qui Angliam ab aquilone inhabitant vectigal et obsides dederunt. Mox ad australes regiones veniens. Oxenefordenses et Wintonienses leges suas adorare coegit; soli (32) Londonienses, regem legitimum intra mœnia tutantes, portas occluserunt. Dani contra ferocius assistentes, spe gloriæ virtutem alebant: oppidani in mortem pro libertate ruebant, nullam sibi veniam futuram arbitantes si regem desererent, quibus ipse vitam suam commiserat. Ita cum utrinque acriter certaretur, justior causa victoriam habuit; civibus magna ope conantibus, dum unusquisque sudores suos principi ostentare, et pro eo pulchrum putaret emori. Hostium pars prostrata, pars in flumine Tamensi necata, quod præcipiti furore pontem non exspectavissent. Lacerò agmine petit Suanus Bathoniæ; ibi Ethelmerus, occidentalis regionis comes, cum suis omnibus manus ei dedit. Nec adhuc flecterentur Londonienses, tota jam Anglia in clientelam illius inclinata, nisi Ethelredus præsentia eos destitueret sua; quippe homo inertix deditus, et formidine meritorum nullum sibi fidelem metiens (33), bellique et obsidionis necessitatem subterfugiens, illos fuga sua reliquit in medio; quocirca, rebus extremis medentes, compatriotarum exemplo se dedidere. Laudandi prorsus viri, et quos Mars ipse collata non sperneret hasta si ducem habuissent; cujus dum vel sola umbra protegerentur, totius pugnx aleam, ipsam etiam obsidionem, 291 non paucis mensibus luserant. Ille interea, naturalis desidiæ conscientiam excitans, ab urbe profugit; cumque claudestinis itineribus Hamtunam venisset, inde Wehtam enavigavit. Ibi abbatès et episcopos, qui nec in tali necessitate dominum suum deserendum putarent, in hanc convenit sententiam. Viderent quam in angusto res essent suæ et suorum; se perfidia ducum avito extorrem solio, et opis egentem alienæ, in cujus manu aliorum solebat salus pendere; quondam monarcham et potentem, modo miserum et exulem. Dolendam sibi hanc commutationem, quia facilius tolères opes non habuisse, quam habitas amisisse; pudendam

A Anglis eo magis, quod deserti ducis exemplum processurum sit in orbem terrarum. Illos amore sine sumptibus voluntariam subeuntes fugam, domos et facultates suas prædonibus exposuisse, in arcto esse victum omnibus, vestitum deesse pluribus: probare se quidem fidem illorum, sed non reperire salutem; adeo jam subjugata terra, observari littora ut nusquam sine periculo sit exitus. Quapropter consulerent in medium quid censerent faciendum. Si maneant, cavendum plus a civibus quam ab hostibus. Forsan enim crucibus suis novi domini gratiam mercarentur; et certe occidi ab hoste titulatur (34) fortunæ, prodi a cive addidit ignaviæ. Si ad exteras gentes progiant, gloriæ fore dispendium; si ad notas, metuendum ne cum fortuna colorent (35) animum. Plerosque enim probos et illustres viros hac occasione cæsos: experiendam tamen sortem, et tentandum peritus Ricardi Normannorum ducis; qui si sororem et nepotes non ingrato animo susceperit, 292 se quoque non aspernanter protecturum. «Vadabitur enim, inquit, mihi meam salutem conjugi et liberis impensus favor. Quod si ille adversum pedem contulerit, non deerit mihi animus, plane non deerit, quin malim hic gloriose occumbere quam illic ignominiose vivere. Quocirca hoc interim mense Augusto, dum clementior aura componit pelagus, Emma ad fratrem naviget, communia pignora apud eum depositura; sint comites eorum (36) episcopus de Dunelmo et abbas de Burgo. Ego hic usque ad Natale Domini manebo; si bona nunciaverint, subsequetur continuo.»

§ 178. Solutò conventu paretur ab omnibus: navigant illi Normanniam, ipse serenæ famæ avidus interim residet. Mox a transmarinis nuntiatio partibus, Ricardum suscepisse sororem magna alacritate; regem quoque invitare, ut suos dignetur lares. Ita (37) Ethelredus, mense Januario Normanniam veniens, miserias suas sedulitate hospitii consolatus est. Erat ille (38) Ricardus filius Ricardi primi, qui felicitate et probitate sua patrem æquavit: certe in Dei rebus major. Cœnobium Fiscannense, quod pater inchoaverat, ad summan manum evexit. Orationibus et frugalitati adeo intentus, ut nullum monachum, nullum heremitam desiderares. Humilitate cernuus, ut lacescentium cervicositates patientia 293 sibi substerneret. Denique fertur quod noctibus, custodias famulorum fallens,

(31) *Uhtredus primus exemplum defectionis dedit.* Uhtredus et Northanhimbri Sweno se subjecere an. 1013.

(32) *Londonienses... occluserunt.* Swenum a Londonio repulserunt Ethelredus et Turcytellus an. 1013.

(33) *Metiens.* c. d. e. l.; *metuens,* a

(34) *Titulatur.* c. d. e., *titulantur,* a. s.

(35) *Colorent.* e. l.; *colerent,* a. s. d., *tollexent,* c.

(36) *Episcopus de Dunelmo,* etc. Juxta Florentium Wigorniensem, Ælphunus, episcopus Londinensis et Ælfsiñus, Petriburgensis abbas, Emmam

duosque ejus filios, Edwardum et Ælfridum, in Normanniam comitati sunt. Vide etiam Saxon. Chron. a. D. 1013.

(37) *Ethelredus, mense Januario Normanniam veniens.* Die 1 Jan. a. D. 1014.

(38) *Ricardus filius Ricardi primi.* Richardus II, cognomento Bonus, patri an. 996 successit. Juxta plurimos auctores, obiit illa die 23^a Aug. 1027; at Wilhelmus Gemeticensis ejus mortem an. 1026, non secus ac quidam vetustior auctor, ascribit (Acta SS. Bened. sæc. xi, p. 370.

incomitatus ad matutinas monachorum venire solitus fuerit, genuflexibus (39) usque ad lucem incumbens. Id præsertim apud Fiscannium exercens, quadam nocte maturius se agebat; cumque invenisset ostium obseratum, excusso violentius pessulo, soporem sacrastæ turbavit. Ille, miratus in tali noctis horrore pulsantis strepitum; surrexit, ut videret tam audacis facti conscium; reperiensque ut videbatur rusticum, plebeio tectum amictu; non potuit animo suo imperare ut manibus temperaret, sed, vehementi felle commotus, crinem invadit, multos illustri viro colaphos infringens: durat ille incredibili patientia, nec mutire dignatus. Postero die in capitulo querelam deponit; iraque simulata, monachum ad vicum Argentias sibi præcepit occurrere, minitans se ulturum in ejus pervicacia, quod tota loqueretur Gallia. Die dicta monacho astar. et præ metu pene exanimato, rem proceribus exponit, atrocitatem facti per amplificationem exaggerans; conantem reum respondere callidis objectionibus aliquandiu suspendit. Postremo, ut jocundior esset miserationis materia, ab optinuitibus iudicatum clementer absolvit, totumque vicum illum, qui optimi vini ferax esse dicitur, cum appenditiis suis, officio ejus (40) addixit; pronuncians monachum esse optimam, qui, bene custodiens munus injunctum; (41) nec percitus ira laxaverit silentium. (42) Post viginti octo annos ducatus mortis vitam ingrediens, 294. jubet suum corpus (43) sepeliri ad ecclesiam ostium, ubi et pedibus calcantium, et stillicidiis ex alto rorantibus, esset obnoxium; sed nostro tempore Willelmus, illius loci abbas tertius, rem deformem esse permensus, longam sustulit invidiam, et inde levatum ante majus altare locavit. (44) Habuit fratrem Robertum, quem archiepiscopum fecit Rotomagi; in hoc sane non parva macula gloriam aspergens: nam ille immaniter honore abusus, (45) multa primo facinora, multa flagitia commisit; sed postea in senium vergens, elemosynis largissimis hæud dubie quædam delevit.

(39) *Genuflexibus. c. d. e. m., genuflexionibus, a. s. l.*

(40) *Ejus. a. c. d. e. l., ejusdem sacrastæ s.*

(41) *Nec percitus.* Quæ hic de Richardo II, Normanniæ duce, narrantur, velut singulare hujus ævi morum specimen allata sunt. (*Prol. Rec. des Histoires de la France, tom. X.*)

(42) *Post viginti octo annos ducatus.* Richardus II. Vide hujus paragraphi not. 38.

(43) *Sepeliri ad ecclesiam ostium.* Ecclesiam Fiscannensis (*Fécamp*). Confer Dudoneum S. Quintini, ubi Richardi II mortem refert.

(44) *Habuit... Rotomagi.* a. s. d. e. l., omittuntur in c. — Robertus filius erat Richardi I, Normanniæ ducis, ex ejus secunda uxore Gunnor, quæ prius illi concubina fuerat. Ebroicensis comes a patre factus anno 989, ab eodem Rothomagensis archiepiscopus eodem anno creatus est. Ante Pascha obiit, an. 1036. Quidam auctores ejus mortem an. 1037 ascribunt. (*Gall. Christ., tom. XI.*)

(45) *Multa primo facinora.* a. s. d. e. l., omitt. n. c.

(46) *Post Ricardum, etc.* Juxta Mabillonem, Ricardus III obiit die 6^a Aug., primo sui regni anno;

(46) Post Ricardum filius, ejusdem nominis, principatum sortitus, vixit anno vix uno. (47) *Opinio* certe incerta vagatur quod conniventia (48) fratris Roberti, quem Ricardus secundus ex Juditha, filia comitis Britonum Conani, susceperat, vim juveni venefica conceverit. Cujus rei gemens conscientiam, Jerusalem post septem annos comitatus abierit; magnæ laudis causam tunc temporis adorans; ut iter motibus suspectum barbaricis, ritibus 295 diversum Saracenis (49), cum paucis invaderet. Perleudit tamen, nec abstulit, totam viam s. lubriter emensus; maltoque auro introitum mercatus, illud Christianorum decus, sepulchrum dicto Dominice, nudipes et lachrymas veneratus est. Hoc labore apud Deum (ut credimus) fœderata gratia, domumque revertens, (50) apud Niceam urbem Bithiniæ dies implevit, veneno ut fertur (51) interceptus: auctore ministro Radulfo, cognomento Mowino, qui zelus illud spe ducatus animo suo extorsit; sed Normanniæ regressus, re cognita, ab omnibus quasi monstrum exufflatus, in exilium perpetuum discessit. (52) Successit Roberto filius Willelmus puerulus, de quo in consequentibus dicturus, nunc quod instat repetam.

§ 179. Suanus Interea, modo quo diximus, invasam Angliam rapinis et cælibus urgebat; provincialium substantiæ prius abrasæ, mox proscriptiones factæ. Hæsitabatur totis urbibus quid fieret: si pararetur rebellio, assertorem non haberent; si eligeretur subjectio, placido rectore carerent. Ita privata et publicæ opes ad naves cum obsidibus deportabantur, quod non esset ille dominus legitimus, sed tyrannus atrocissimus. Sed non diu propitia Divinitas in tanta miseria sivit fluctuare Angliam, siquidem pervasor continuo ad Purificationem sanctæ Mariæ, ambiguum quæ morte, (53) vitam effudit. Dicitur quod terram sancti Edmundi (54) depopulanti martyr idem 296 per visum apparuerit, leniterque de miseria conventum suorum, insolentisque respondentem, in capite perculerit; quo sed Ordericus Vitalis in secundo regni sui anno decessisse asserit. Nonnulli scriptores ejus obitum diei 3 Febr. 1028 assignant.

(47) *Opinio, etc.* Vide Willelmum Gemeticensem, lib. vi, c. 2, et breve Chronicon S. Martini Turonensis (Apud Chesnium, tom. III. *Script. Franc.* p. 360).

(48) *Fratris Roberti.* Robertus Eximensis (*Hiermes*) comes, fratri successit in Normanniæ ducatu, sicut et etiam Robertus I, cognomento Magnificus et Diabolus.

(49) *Saracenis. e., unus ms. legit Saracenicis.*

(50) *Apud Niceam... dies implevit.* Julii 2, a. D. 1035. Willelmus Gemet., lib. vi, c. 13

(51) *Fertur. a. c. d. e. l., dicitur s.*

(52) *Successit Roberto filius Willelmus puerulus.* Willelmus Nothus (*Le Bâtard*) postea rex Angliæ. Non amplius quam octo annis natus quando pater ejus e visis sublatu est.

(53) *Vitam effudit.* Sweyn obiit die 3 Febr. an. 1014.

(54) *Edmundi. a. c. d. e. l., Edmundi regis et martyris, s.* Confer Hermannum, *De miraculis S. Edmundi.*

dolore tactum, in proximo, ut prædictum est, obiisse. Dani Cnutonem filium Swani in regem eligunt. Angli contra, naturalem dominum cariorum sibi pronunciantes; et regalius se quam consueverat ageret, e Normannia Edelredum accersunt. Ille primo mittit Edwardum filium, qui fidem principum, favorem vulgi, præsens specularetur; qui, ubi omnium vota in bonam partem vidit convenientia, securus pro patre revertitur. Ita (55) rex regressus, et lætis plausibus Anglorum delinitus, ut (56) familiarem desidiâ excussisse videretur, maturavit contra Cnutonem exercitum colligere, qui tunc temporis in Lindesia, ubi eum genitor cum ratibus et obsidibus dimiserat, tirones et equos exigebat, ut pariter coactis viribus in imparatos se effunderet, graviter, ut ipse dicitur, in desertores ulturus; sed dolo, qualem ipse machinabatur, præventus, terga ostendit: tunc ægre salvatus, et in altum cum reliquiis proventus, ab oriente usque in austrum mari Britannicæ circumto, ad Sandwic apulit. Ibi humano et divino jure contempto, obsides quos habebat, magnæ nobilitatis et elegantiae pueros, narium et auribus truncos (57), quosdam etiam eviravit: sic in insontes grassatus, et magnum quid egisse gloriatus, (58) patriam petiit. **297** Eodem anno (59) fluctus marinus, quem Græci Euripum, nos Ledonem vocamus, (60) mirum in modum exerevit, quantum nulla hominum memoria potest attingere; ita ut villas ultra multa milliaria submergeret, et habitatores interceptos necaret. (61) Sequenti magnum concilium congregatum est (62) apud Oxenefordum Danorum et Anglorum; ubi rex nobilissimus Danorum, (63) Sigeferdum et Morcardum, interfici jussit, delatione proditoris Edrici perfidiæ apud se insimulatos. Is illos, favorabilibus assentionibus deceptos, in triclinium pellexit, largiterque potatos (64) satellitibus ad hoc præparatis anima exiit: causa cædis ferebatur quod in bona

(55) *Rex regressus.* E Normannia regressus est Æthelredus a. D. 1014. Editores *Rec. des. histories de la France*, quorundam chronographorum auctoritate nisi Sweyni obitum nec non et Æthelredi regressum in Angliam anno 1015 ascribunt.

(56) *Familiarem desidiâ excussisse videretur.* Vide § 177, « quippe homo lueritiæ deditus, » etc.

(57) *Truncos.* c. d. e. l., *truncatos*, a. s.

(58) *Patriam petiit.* Cnutus Daniam repetiit an. 1014. (Vide Florent. Wigorn. et Sax. Chron.)

(59) *Fluctus marinus*, etc. *Euripus*, maris æstus esse in genere videtur; *ledo* vero minor æstus, non vernus, ut hic Malmesburiensis indicat. *Malina*, vernus æstus est. Hoveden, ubi Lindisfarnæ etymologiam explicat hæc scribit: « Lindis dicitur flumen quod excurrit in mare, duorum pedum altitudinem habens quando *Ledo* fuerit, id est, minor æstus, et videri potest; quando vero *Malina* fuerit, id est, major æstus maris, tunc nequit Lindis videri. »

(60) *Mirum in modum exerevit.* « Hoc anno (1014), in vigilia festi S. Michaelis (28^a Sept.) magnus venit maris æstus qui late in hanc regionem effusus, tam alte ascendit, quod nunquam acciderat, ut plurimas civitates innumerabilemque hominum multitudinem submergeret. » (*Saxon. Chron.*) « Mare

eorum inhiaverat. Clientum eorum, dominorum necem vindicare conantes, armis repulsi, et in turrim ecclesiæ sanctæ Frideswidæ (65) coacti; unde dum ejici nequirent, incendio conflagrati. Sed mox regis pœnitentia eliminata spurcitiâ, sacrarium reparatum; legi ego scriptum, **298** quod in archivo ejusdem ecclesiæ continetur index facti. Uxor Sigeferdi Malmesburiam in captivam est adducta, spectabilis nobilitatis (66) sœmina; quapropter Edmundus regis filius, dissimulata intentione, in partes illas iter arripiens, visam concupivit, concupitæ communionem habuit: sane patris eludens conscientiam, qui domesticis ut alienis esset ridiculo. Erat iste Edmundus non ex Emma natus, sed (67) ex quadam alia, quam fama obscura reddidit. Præter illud (68) integer in cæteris, prædicandæ indolis juvenis, magni roboris et animo et corpore, et propter hoc ab Anglis Ireneside, id est, Ferreum latus, nuncupatus; qui patris ignaviam, matris ignobilitatem virtute sua prope premeret si Parcæ parcere nossent. Nec mora, iustæ consilio comitatum Sigeferdi, qui apud Northanhimbros amplissimus erat, a patre petiit, nec impetratum, suapte industria vendicavit; hominibus ejusdem provincie in obsequium ejus factis cedentibus.

§ 180. (69) Eadem æstate, Cnuto, compositis rebus in Danamarchia, foelera cum finitimis regibus amicitia, venit Angliam, eo animo ut aut vincendum (70) aut moriendum sibi proponeret. Itaque a Sandwic Cantiam, inde in West-Saxoniam progrediens, omnia cædibus incendiisque scedabat; rege apud Cosham morbo decumbente. Tentavit quidem Edmundus occurrere; sed ab Edrico præpeditus, copias interim tuto loco continuit. **299** At Edricus non ultra dissimulandum ratus, quin artes suas aperta fronte nudaret, ad Cnutonem cum quadraginta navibus defecit: omnis quoque (71) West-

littus egreditur tertio Kal. Octobris, et in Anglia villas quamplurimas innumerabilemque populi multitudinem, submersit. » (FLOR. WIGORN.)

(61) *Sequenti.* a. c. e. l., *Sequenti anno*, d. m., *Sequenti autem anno*, s.

(62) *Apud Oxenefordum.* Magnum, *Gemet.*, seu concilium Oxonii habitum est an. 1015.

(63) *Sigeferdum et Morcardum.* q. s. c. e. .., omitt. in d. m. — Filii erant Earngrim. (FLOR. WIGORN.)

(64) *Largiterque potatos.* a. s. c. d. e2. l., omitt. in e.

(65) *Frideswidæ.* a. c. d. e. l., *Frideswidæ Oxonia*, s.

(66) *Nobilitatis.* a. c. d. e. l., *nobilitatis et formæ*, s.

(67) *Ex quadam alia.* Asserit Florentius matrem Eadmundi, *Ironsida*, seu *Ferreum Latus* cognominati, fuisse Algivam, Ægilberthi comitis filiam. Ailredus autem RievaHensis filiam esse dicit Toreti, nobilis comitis

(68) *Illud.* c. d. e., *istud*, a. s. l.

(69) *Eadem æstate Cnuto.*, *venit Angliam*, Cnutus Angliam adiit mense Jan., a. D. 1016.

(70) *Aui vincendum.* a. c. d. e. l., omitt. in s.

(71) *Quoque.* a. s. d. e. l.: *quippe*, c.

Saxonia, datis obsidibus et armis, idem fecit. Mercii vero, sæpenumero (72) congregati, se ad resistendum offerbant: veniret modo rex, et quo progrediendum esset præciperet, duceret secum proceres Londoniæ, paratos esse sanguinem suum patriæ impendere. Ille solitus salutem suam muris committere, non in hostem excurrere, Londoniæ degebat propter proditores, ut aiebat, nusquam procedens. Alter interea partibus suis urbes et vicos applicare, nullo tempore ferari, noctibus consultare, diebus pugnare. Edmundus, diu deliberato consilio in tanta rerum angustia, optimum factu arbitratus si urbes quæ defecerant pugnando reciperet, in eundem sensum Ubtredum, quendam Transhumbranum comitem, adduxit; cæteras enim, quæ adhuc dubio favore pendebant, confirmandas putabant si de rebellantibus graves pœnas sumerent. Sed Cnuto, non minori præditus astutia, simili eos ingenio circumvenit; nam commendatis West-Saxonibus, et Merciorum parte quam subjecerat, ducibus suis, ipse, in Northanhimbros profectus, depopulatione locorum Ubtredum ad sua defensanda redire coegit. Itaque, licet se dedisset, barbarica levitate jussus est jugulari. Comitatus ejus datus Iricio; quem postea, æquas sibi partes vendicantem, Cnuto ab Anglia expulit. Ita subjectis omnibus, Edmundum, per sæmetra fugitantem, non prius persequi destitit quam Londoniam ad patrem pervenisse cognosceret. Tunc usque post Pascha quievit, ut cum omnibus 300 copiis urbem adoriretur. Sed prævenit conatum ejus mors Ethelredi; nam (73) in initio Quadragesimæ, die sancti (74) Gregorii, animam, laboribus et miseriis natam, efflavit: jacet apud sanctum Paulum Londoniæ. Oppidani Edmundum in regem conclamant. Ipse, mox congregato exercitu, apud Pennam et (75) Gillingham Danos fugavit diebus Rogationum. Post festum sancti Johannis, ad (76) Seorstanum eidem congressus, æquis manibus discessit; Anglis suis initium fugæ facientibus auctore Edrico, qui in parte adversariorum stans, et gladium in manu tenens, quem in pugna, quodam rustico impigre cæso, cruentarat: «Fugite, inquit, miseri, fugite! ecce rex vester hoc ense occisus est!» Fugissent continuo Angli nisi rex, cognita re, in editum quemdam collem procederet, ablata galea caput suum commilitonibus ostentans. Tunc, quantis poterat viribus hastile ferreum intorquens, in Edricum misit; sed ab illo prævisum et vitatum, in militem prope stantem peccavit, adeo ut alterum quoque

A affigeret. Nox prælium diremit, aciebus quasi ex conniventia discedentibus, Anglis tamen victoriam pene sperantibus; quo facto, West-Saxonum coaversi animi dominum legitimum cognoverunt. Ipse Londoniam contendit, ut bene meritos cives liberaret, quos pars hostium statim post discessum suum iucluserat; (77) fossa etiam urbem, 301 qua fluvius Tamensi non alluitur, foris totam cinxerat, malaque vulnera fecerat et acceperat. Itaque, audito regis adventu, fugam (78) per prona invadunt: subsecutus eos e vestigio, et transito vado quod Brentford dicitur, victoriosa strage delevit. Reliqua multitudo, quæ cum Cnuto remanserat, Edmundo aliquantulum seriato et partes suas componente, Londoniam iterum terra flumineque obsidet; sed ab oppidanis magnanimitèr pugnantibus repulsa, iram in collimitaneam Merciam effundit, vicos et villas rapinis, incendiis, cædibusque depopulans. Opima præda ad naves convecta quas in amne *Medeguaia* congregaverat: fluvius ille Rofensem urbem præterfluens, violentius et rapaci gurgite minax, mœnia pulchra lavat. Inde quoque rege pugnante fugata, præoccupatoque vado quod superius nominavi Brentford, insigni cæde profligata. Conantem ulterius tendere Edmundum, ut reliquias prædonum sequeretur ad interneccionem, vafer ille et pessimus Edricus revocavit, ficto jamdudum animo in gratiam reversus; consilio enim Cnutonis cum Edmundo erat, ut ejus meditationes renunciaret. Ultimus ille dies Danis profecto fuisset si perseverandum rex putasset; sed præventus (ut dixi) susurro proditoris, qui hostes nihil ultra ausuros affirmaret, maturum sibi exitium et Angliæ toti paravit. Namque illi, data via fugiendi, iterum in unam coalere, Orientales Anglos bello infestantes: ipsum quoque regem, suppetias ferentem, apud Assandunam cedere coegerunt. Auspicium fugæ fuit ille ex consulto, quem totiens nominare pudet. Pauci qui gloriæ suæ non immemores, et alterutros excitantes, cuneum fecerant, ad unum 302 interempti. Ibi Cnuto regnum expugnavit, ibi omne decus Angliæ occubuit, ibi flos patriæ totus emarcuit: inter quos Ulkillus Estanglorum comes, perpetuam jam famam meritis tempore Swani, quando, primus omnium piratas adorsus, spem dedit posse illos superari; et (79) præcipui tunc viri, abbates et episcopi. Edmundus, inde pene solus pedem referens, Glocestram venit, ut ibi recollectis viribus hostes recenti victoria otiosos, sicut putabat, aggrediretur. Nec Cantoni

(72) Sæpenumero. a. c. d. e. l., numero et spe, s.

(73) In initio Quadragesimæ. Juxta Saxon. Chron. et Florent. Wigorn. Æthelrædus obiit Londini, feria secunda, die 23^a Aprilis (die festo S. Georgii) a. D. 1016.

(74) Gregorii. Sic omnes mss.; sed legendum Georgii.

(75) Et. c. e., juxta, a. s. d. l.

(76) Seorstanum. Qui lapis esse supponitur quo quatuor comitatus Oxonii, Glocestria, Wigornia et Warwick a se dividebantur.

(77) Fossa, etc. Fossa excavata fuisse videtur in meridionali fluminis ripa, navesque ad occidentale pontis latus deducta ad obsidendam civitatem. (Vide Sax. Chron.). Nulla nunc hujus fossa vestigia exstant quibus agnosci possit quo loco sita erat.

(78) Fugam. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(79) Præcipui tunc viri. Eadnothus, episcopus Dorcestriensis, Wulsigius abbas, comites Ælricus, Godwinius et Æthelwardus inter cæsos quoque numerantur.

audacia defuit quin fugientem insequeretur. Ita, cum infestis signis constiissent, Edmundus singularem pugnam petiit, ne duo hominuculi propter ambitionem regnandi tot subjectorum sanguine culparentur, cum possent sine dispendio fidelium suorum fortunam experiri. Magnam utrilibet laudem futuram, qui suo potissimum periculo tantum regnum nancisceretur. Hæc cum Cnutoni renunciarentur, abnuit prorsus; pronuncians, animo se quidem excellere, sed contra tam ingentis molis hominem corpusculo diffidere: verum, quia ambo non indebite regnum efflagitent quod patres amborum tenuerint, convenire prudentiæ ut depositis animositatibus (80) Angliam partiantur. Susceptum est hoc dictum ab utroque exercitu, magnoque assensu firmatum, quod et æquitati conquadret, et mortalium paci, tot miseris defatigatorum, placide consuleret. Ita Edmundus, unanimi clamore omnium superatus, concordiæ indulsit; fœdusque cum Cnutone percussit, sibi West-Saxoniam, illi **303** concedens Merciam. Nec multo post, (81) in festo sanctæ Andree, ambiguum quo casu extinctus, Glastoniæ juxta Edgarum avum suum sepultus est. Fama Edricum infamat, quod favore alterius mortem ei per ministros porrexerit. Cubicularios regis fuisse duos, quibus omnem vitam suam commiserat: quos pollicitationibus illectos, et primo immanitatem flagitii exhortantes, brevi complices suos effecisse. Ejus consilio ferreum unum, ad naturæ requisita sedenti, in locis posterioribus adegisse. (82) Frater ejus ex matre Edwius, non aspernandæ probitatis adolescens, per proditorem Edricum, Anglia, jubente Cnutone, cessit: diu terris jactatus et alto, angore animi ut sit corpus infectus, dum furtivo reditu apud Anglos delitescit, defungitur, et apud Tavistokium tumulatur. (83) Filii ejus (84) Edwius et (85) Edwardus, missi ad regem Swevorum ut perimerentur, sed miseratione ejus conservati, Hunorum regem petierunt; ubi, dum benigne aliquo tempore habitati essent, major diem obiit, minor Agatham reginæ sororem in matrimonium accepit. (86) Fratres ex **304** Emma, Elfredus et Edwardus, toto tempore quo Cnuto vixit, in Normannia tutas fovere latebras. De illorum in patriam restitutione Ricardum avunculum

(80) *Angliam partiantur.* Juxta Saxon. Chron. congressus Cnutum inter et Eadmundum Olanegæ, prope Deerhurst, fluminis Severnæ insulam habitus est.

(81) *In festo S. Andree.* Veræ Eadmundi mortis circumstantiæ obscuritate involutæ latent; sed parum adesse videtur dubium quin per insidias interceptus fuerit an. 1017. Florentius Wigorniensis et Sax. Chron. mortem ejus diei 30^a Nov. 1016 ascribunt. Florentius tamen annum indictionis addit qui a. D. 1017 respondet.

(82) *Frater ejus,* etc. Eadwius, Eadmundi, Ironside frater, et Eadwius cognomento *Ceorla cyning* (Rusticorum rex) proscripti sunt a. D. 1017. Prior postea jubente Cnutone cæsus est. (Sax. Chron.; FLORENT. WIGORN.)

(83) *Filii ejus.* Eadmundi Ironside.

(84) *Edwius.* Hic probabiliter legendum foret *Eadmundus.* Eadmundus et Eadwardus, Eadmundi

A nihil egisse comperimus, quin et sororem suam Emmam hosti et invasori nuptum collocavit; ignores majore illius (87) dedecore qui dederit, an fœminæ quæ consenserit ut thalamo illius caleret qui virum infestaverit, filios effugaverit. Porro Robertus, quem superius diximus (88) Jerosolymam ivisse, multotiens, congregatis navibus et impositis militibus, protectionem paravit, subinde jactans se pronepotes suos coronaturum: et proculdubio fidem dictis expleset, nisi quia (ut a majoribus accepimus) semper ei ventus adversabatur contrarius, per occultum scilicet Dei judicium, in cujus voluntate sunt potestates regnorum omnium. Reliquiæ ratiū, multo tempore dissolutarum, Rotomagi adhuc nostræ ætate visebantur.

B § 181. Anno incarnationis Dominicæ millesimo decimo septimo Cnuto regnare cœpit, et viginti annis regnavit; injuste quidem regnum ingressus, sed magna civilitate et fortitudine vitam componens. Primis diebus regnum in quatuor partitus, sibi West-Saxones, Edrico Mercos, Turkillo Orientales Anglos, Iricio Northanhimbros: ac primo interfectores Edmundi, qui ultro spe ingentis præmii rem detulerant, apud se interim celatos, magna frequentia populi produxit in medium, palamque genus insidiarum professos supplicio affecit. Eodemque anno Edricus, quem digne infamare non possum, jussu regis, arte qua multos frequenter (89) circumvenerat ipse quoque **305** conventus, putidum spiritum transmisit ad inferos. Nam nescio qua similitate orta (90), dum asperius colloquerentur, ille fiducia meritorum (91) beneficia regi sua quasi amicabiliter improperans, ait, « Edmundum pro te primo deserui, post etiam ob fidelitatem tui (92) extinxi: » quo dicto, Cnutoni facies immutata iram rubore prodidit, et continuo prolata sententia, « Merito ergo, inquit, et tu moriere, cum sis læsæ majestatis reus in Deum et in me, qui dominum proprium et fratrem mihi fœderatum occideris. Sanguis tuus super caput tuum, quia os tuum locutum est contra te quod misisti manus in christum Domini. » Mox, ne tumultus fieret, in eodem cubiculo proditor fauces elisus, et per fenestram in Tamesim (93) præcipitatus, perfidix meritiū ha-

D Ironside filii, ad regem Swevorum a Cnutone missi sunt. (FOR. WIGORN. a. 1017.)

(85) *Edwardus.* Edwardus uxorem duxit Agatham, ex eaque genuit Eadgarum Æthelingum. Christianam quæ religiosam vitam amplexa est, et Margaretam quæ Malcolmo, Scotiæ regi nupsit.

(86) *Fratres ex Emma.* « Erat iste Edmundus non ex Emma natus, » etc. Vide supra § 179.

(87) *Illius.* s. d. e., omitt. in a. c. l.

(88) *Diximus.* § 178.

(89) *Frequenter.* a. s. d. e. l., ante frequenter, c.

(90) *Orta.* a. s. d. e. l., omitt. in c.

(91) *Meritorum.* s. e. l., Merciorum, a. c. d.

(92) *Tui.* d. e. l., tuam, s. c., tui eum, a.

(93) *Tamesim.* a. d. e. l., Tamesim fluvium. s. c. — Eadricus occisus est, et in Tamesim præcipitatus a. D. 1017.

buit. Succedente tempore (94) Turkillus et frictus, A ab Anglia captatis occasionebus eliminati, male solum petierunt; (95) quorum primus, qui incantor necis beati Elfegi fuerat, statim ut Danemarchiæ littus atigit a ducibus oppressus est. Ita cum omnis Anglia pareret uni, ille ingenti studio Anglos sibi conciliare, æquum illis jus cum Danis suis in consensu, in concilio, in prælio concedere: qua de re, (96) ut prædixi, uxorem superioris regis e Normannia accersit, ut, dum consuetæ domine 306 deferrent obsequium, minus Danorum suspirarent imperiam; simul eo facto Ricardi alliciens gratiam, ut parum de nepotibus cogitaret, qui alios ex Cnutone se suscepturum speraret. Monasteria per Angliam suis et patris excursionibus partim fœdata, partim eruta, reparavit; loca omnia in quibus pugnaverant, et (97) præcipue Assandunam, ecclesiis insignivit; ministros instituit, qui per succidua seculorum volumina Deo supplicarent pro animabus ibi occisorum. Ad consecrationem illius basilicæ et ipse affuit, et optimates Anglorum et Danorum donaria porrexerunt: nunc, ut fertur (98), modica est ecclesia presbytero parochiano delegata. (99) Supra corpus beatissimi Edmundi, quem antiquiores Dani interfecerant, basilicam animositate regia construxit, abbatem et monachos instituit, prædia multa et magna contulit: præstat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quod locus ille infra se aspiciat omnia pene Angliæ cœnobîa. (100) Corpus beati Elfegi, apud sanctum Paulum Londoniæ tumulatum, ipse suis manibus inde levavit, et ad propria remissum, dignis assentionibus veneratus est. Ita (1) omnia, quæ ipse et antecessores sui deliquerant, corrigere satagens, prioris injustitiæ nævom apud Deum for-

assis, 307 apud homines certe absterait. Wintoniæ maxime munificentia suæ magnificentiam ostendit, ubi tanta intulit ut moles metallorum terreat advenarum animos (2), splendor gemmarum reverberet intuentium oculos; (3) Emmæ suggestu, quæ in talibus thesauros dilapidabat sanctitate prodiga, dum ille in exteris terris dura meditaretur præcæta: nam nescia virtus ejus stare loco, nec contenta Dæmarchia quam avito, et Anglia quam bellico jure obtinobat, martem (4) in Swevos transtulit. Senti illi flans contermini, pertinacioribus studiis iram Cnutonis emerit: sed primo, exceptus insidiis, multos ex suis amisit; postremo, reparatis viribus, insistentes (5) in fugam vertit; reges gentis Ulf et Eigaif ad deditiones pacis adduxit: promptissimis in (6) ea pugna Anglis, hortante Godwino comite ut, pristinae gloriæ memores, robur suum oculis novi domini assererent; illud fuisse fortunæ quod ab eo quondam victi fuissent, illud virtutis quod illos premerent qui eum vicissent. Incubere igitur viribus Angli; et, victoriam consummantes, comitatum duei, sibi laudem pararunt. Rediens inde domum, totum regnum Noricorum subegit, (7) effugato rege Olavo; qui, posteriori anno, ut animos provincialium suorum tentaret, cum parva manu in regnum regressus, infidos sibi sensit cum suis usibus.

308 § 182. (8) Cnuto, decimo quinto anno regni (9), Romam profectus est: ibi aliquantis diebus commoratus, et elemosynis per ecclesias (10) peccata redimens, navigio Angliam rediit; et mox Scotiam rebellantem, regemque Malcolmum, expeditione illic ducta, parvo subegit negotio. Veruntamen non inoperosum videbitur si epistolam, quam, Romæ digrediens, Anglis suis per (11) Livingum Tavisto-

(94) *Turkillus*. Thurcilus una cum uxore sua Eadgitha ab Anglia expulsus est jussu Cnutonis die 11^a Novembris a. D. 1021.

(95) *Quorum primus... oppressus est*. Osbernus in Historia Translationis corporis archiepiscopi Elfheah ceu Elfegi, asserit Thurcilum, cum in Daniam aufugisset, a Danis ducibus, ne populum ad rebellandum sollicitaret, morti traditum fuisse.

(96) *Ut prædixi*. Vide § 180.

(97) *Præcipue Assandunam*. Vide Sax. Chron. A. D. 1020.

(98) *Fertur. a. d. e., ferunt, a. c. l.*

(99) *Supra basilicam, etc.* Monasterium hoc non est a Cnutone fundatum: Sigeberhtus, Orientalium Anglorum rex, throno abdicato, monasterium ædificavit, hac ætate Beadarichesworth vocatum, ibique monasticam vitam amplexus est. Ubi vero regis Edmundi reliquiæ in hoc monasterio depositæ sunt, nomen loci in Eadmundsburb mutatum est. Anno 1020 monasterium de integro construxit Cnuto, expulsisque sæcularibus clericis, eorum loco Benedictorum monachorum cœnobium ab Holm in Norfolk constituit.

(100) *Corpus beati Elfegi, etc.* Vide § 165, not. 49.

(1) *Ita. a. s. d. e. l., in c.*

(2) *Animos. a. c. d. e. l., omitt. in s.*

(3) *Emmæ suggestu*. Vide infra, § 196.

(4) *In Swevos transtulit*. Cnuto in Daniam navigavit an. 1025 magnisque copiis e Suevia conductis prælium in campo juxta Sanctum flumen cum Ulf et Eigafo commisit. (Sax. Chron.)

(5) *Insistentes. c. d. e., resistentes, a. s. l.*

(6) *In. e., omitt. in a. s. c. d.*

(7) *Effugato rege Olavo*. Rex Olafus devictus Norvegiæque a Cnutone subacta fuit anno 1023. Olafus in Norvegiam A. D. 1050 regressus eodem anno occisus est.

(8) *Cnuto*. Juxta Saxon. Chron., Florentium Wigorniensem, et alios Anglicos scriptores, Cnuto Romam adiit anno 1031; sed hæc temporis nota non convenit cum anno quo Conradus imperator Romæ a Joanne papa XIX coronatus esse dicitur (die sancto Pascha 1027), cui cæremonia Cnutonem adfuisse traditum est. Juxta Wigornem, (PISTORIUS, *Res. Germ. Script.* III, 472, *Hist. bon.* 1726,) iter ad Romam an. 1027 susceptum est. Vide infra § 183, not.

(9) *Regni. d. e., regni sui, a. s. c.*

(10) *Ecclesias. s. c. e. l., ecclesias erogatis, a. d. m.*

(11) *Livingum, etc.* Lyfingus Tavistok. episcopus a. D. 1032 creatus, defuncto Brihtheah, Wigornienensi episcopo (die 20^a Decembr. 1038) in hæc sedem translatus est. Obiit a. D. 1046.

kiensem abbatem, mox episcopum Cridintunensem, misit, (12) apponam, ad documentum emendationis vitæ et regalium magnificentiæ.

§ 183. « Cnuto, rex totius Angliæ, et Danemarchiæ, (13) et Norregiæ, et partis Swavorum, (14) Alnotho metropolitano, et (15) Alfrico Eboracensi, omnibusque episcopis et primatibus, et toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeis, salutem. Notifico vobis me noviter isse Romam, oratum pro redemptione peccaminum meorum, et pro salute 309 regnorum, quique meo subjacent regimini populorum. Hanc quidem protectionem Deo jam olim devoveram; sed pro negotiis regni, et causis impedientibus, huc usque non poteram perficere. Nunc autem ipsi Deo meo omnipotenti valde humiliter gratias ago, quod concessit in vita mea beatos apostolos Petrum et Paulum, et omne sanctuarium quod intra urbem Romam aut extra addiscere potui expetere, et, secundum desiderium meum, præsentialiter venerari et adorare. Et ideo maxime hoc patravi, quia a sapientibus didici sanctum Petrum apostolum magnam potestatem accepisse a Domino ligandi et solvendi, clavigerumque esse cælestis regni; et ideo specialiter ejus patrocinium apud Deum expetere valde utile duxi. Sit autem vobis notum quia magna congregatio nobilium in ipsa Paschali solemnitate ibi cum domino (16) papa Johanne et imperatore (17) Conrado erat, scilicet omnes principes gentium a (18) monte Gargano usque 310 ad istud proximum mare; qui omnes me et honorifice susceperunt, et magnificis donis honorare. Maxime autem ab imperatore donis variis et muneribus pretiosis honoratus sum, tam in vasis aureis et argenteis, quam in palliis et vestibus valde pretiosis. Locutus sum igitur cum ipso imperatore et domino papa, et principibus qui ibi erant de necessitatibus totius populi mei tam Angli quam Dani, ut eis concederetur lex æquior et pax securior in via Romam adeundi, et ne tot clausuris per viam arentur, et propter injustum theloneum sati-

A gentur: annitque postulatis imperator, et (19) Rodulfus rex qui maxime ipsarum clausurarum dominatur; cunctique principes edictum (20) firmarunt ut homines mei, tam mercatores, quam alii orandi gratia viatores, absque omni angaria clausurarum et theloneorum, cum firma pace Romam eant et redeant. Conquestus sum iterum coram domino papa; et mihi valde displicere dixi, quod mei archiepiscopi in tantum angariabantur immensitate pecuniarum quæ ab eis expetebantur dum pro pallio accipiendo, secundum morem, apostolicam sedem expeterent; decretumque est ne id deinceps fiat. Cuncta enim quæ a domino papa, et ab imperatore, et a rege Rodolfo, cæterisque principibus per quorum terras nobis transitus est ad Romam pro meæ gentis utilitate postulabam, libenter annuerunt; et concessa etiam sacramento firmaverunt, sub testimonio quatuor archiepiscoporum, et viginti (21) episcoporum, et innumerae multitudinis ducum et nobilium quæ 311 aderat. Quapropter Deo omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia quæ desideraveram, prout mente decreveram, prospere perfecti, votisque meis ad velle satisfeci. Nunc itaque sit notum quia ipsi Deo supplex devoti vitam meam amodo in omnibus justificare, et regna mihi subdita populosque juste et pie regere, æquumque judicium per omnes (22) observare; et si quid per meæ juventutis intemperantiam aut negligentiam hactenus, præter id quod justum erat, actum est, totum Deo auxiliante dispono emendare. iccirco obtestor, et præcipio meis consiliariis quibus regni consilia credidi, ne ullo modo, aut propter meum timorem aut alicujus potentis personæ favorem, aliquam injustitiam amodo consentiant, vel faciant pullulare, in omni regno meo. Præcipio etiam omnibus vicecomitibus et præpositis universi regni mei, sicut meam volunt habere amicitiam aut suam salutem, ut nulli homini, nec diviti nec pauperi, vim injustam inferant; sed omnibus, tam nobilibus quam ignobilibus, sit fas justa lege po-

(12) *Apponam*. Hæc epistola apud Florent. Wigorn., etiam occurrit A. D. 1031.

(13) *Et Norregiæ*. Si Cnuto Romam an. 1027 adiit, ut Dani chronographi affirmant, haud recte hoc tempore se Norwegiæ regem nominare poterat.

(14) *Alnotho metrop.* Ægelnothus, cognomento Bonus, consecratus est archiepiscopus Cantuariensis an. 1020; obiit vero an. 1033.

(15) *Alfrico Eboracensi*. Alfricus factus est archiepiscopus Eboracensis A. D. 1023.

(16) *Papa Johanne*. Joannes XIX, aliquando XX dictus, summus pontifex creatus est antequam sacris ordinibus insigniretur; consularis, dux Romæque senator erat, et uno eodemque die laicus et pontifex fuit. Fratri suo Benedicto VIII, an. 1024, successit; sed ejus ad summum pontificatum electio corruptionis ope facta creditur. Conradus II, imperator, imperialem coronam ex ejus manibus die festo Paschæ 1027 accepit, cui cæremoniæ adfuisse dicitur Cnuto, cum Rodolfo, Burgundiæ rege, aliisque principibus. Hæc temporis indicio non convenit cum iis quæ ab auctoricis chronographis referuntur, qui Cnutonis in

Romam iter an. 1031 ascribunt. Cnutonis epistola nec diem nec annum profert, tametsi in ea de præsentia imperatoris cum Joanne papa, et de ingenti nobilium virorum concursu in hac paschatis solemnitate loquatur, a quibus honorifice exceptus pretiosissimisque muneribus cumulatus est.

(17) *Conrado*. Conradus II, cognomento Salicus, defuncto Henrico imperatore, a comitiis Germaniæ rex electus, Moguntii 8 Septembris an. 1024 coronatus est. Imperiali vero corona cinctus est una cum uxore sua a Joanne papa XIX, dicto XX, die sancto Paschæ (26 Martii) 1027, præsentibus Cnutone, ut dictum est, et Rodolfo, Burgundiæ rege.

(18) *Monte Gargano*. S. Angelo in Calabria.

(19) *Rodulfus rex*. Rodulfus III, cognomento Iners (le Fainéant), patri in regno Arélati cæu Burgundiæ, a. D. 993, successit. Adfuisse dicitur cum Cnutone coronationi imperatoris Conradi Romæ die sancto Paschæ 1027.

(20) *Edictum*. e., edictis, s. c., edictisque, a. d. l.

(21) *Viginti*. a. s. d. e. l., viginti quatuor, e

(22) *Omnes*. c. d. e., omnia, a. s. l.

mundi, a qua nec propter favorem regium, nec propter alicujus potentis personam, nec propter mihi congerendam pecuniam, ullo modo devient, quia nulla mihi necessitas est ut iniqua exactione pecunia mihi congeratur. Ego itaque notum vobis fieri volo, quod, eadem via qua exivi regrediens, Danemarchiam vado, pacem et firmum pactum, omnium Danorum consilio, compositurus cum eis gentibus quæ nos et vita et regno privare, si eis esset possibile, volebant; sed non potuerunt, Deo scilicet virtutem eorum destruyente, qui nos sua benignitate in regno et honore conservet, omniumque **312** inimicorum nostrorum potentiam adnihilat. Composita denique pace cum gentibus quæ in circuitu nostro sunt, dispositoque et pacato (23) omni regno nostro hic in oriente, ita ut a nulla parte bellum aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac æstate apparatus navigii habere potero, Angliam venire dispono. Hanc autem epistolam jam præmisi, ut de mea prosperitate omnis populus regni mei lætificetur; quia, ut vos ipsi scitis, nunquam memetipsum nec meum laborem abstinui, nec adhuc abstinere, impendere pro omni populi mei necessaria utilitate. Nunc igitur obtestor omnes episcopos in eos et regni præpositos, per fidem quam mihi debetis et Deo, quatenus faciatis ut, antequam Angliam veniam, omnium debita quæ secundum legem antiquam debemus sint persoluta; scilicet (24) eleemosyna pro aratris, et decimæ animalium ipso anno procreatorum, et (25) denarii quos Romam ad sanctum Petrum debetis, sive ex urbibus sive ex villis, et mediante Augusto decima frugum, et in festivitate sancti Martini primitiæ

(23) *Pacato. a. s. d. e., parato, c., parato vel pacato. l.*

(24) *Eleemosyna pro aratris.* Plough-alms, eleemosyna pro aratris, unum penny ecclesiæ pro unoquoque agro solvebatur. « De qualibet caruca juncta inter Pascha et Pentecosten unum denarium, qui dicitur Ploughalms. » (Ex Regist. de Ramesey, in Arch. Scac. fol. 158.)

(25) *Denarii quos Romam ad sanctum Petrum debetis.* Romefeoh, seu S. Petri denarius. Vide § 109, not.

(26) *Chirchseet. e., Chirchescot, d., Cyrescet, c. l., Seyrisceat, a., Curescet vel Chireseth, s. Kemble, in doctissima de hoc vocabulo dissertatione peremptorie ostendit church seeat, seu church shot non fuisse, ut quidam volunt, quoddam ecclesiæ tributum, sed quædam extriti frumenti portio quam unusquisque inter Britones et Anglos ad ecclesiam suam quoquo anno deferre in die festo S. Martini cogebatur.*

(27) *In quarum custodiam, etc.* Suggestit Sharpius Malmesburiensem hic probabiliter in animam habuisse morem quem secuti sunt primi principes Normanniæ stirpis, qui se leges Edwardi regis observaturos jurabant. In margine codicis d. hæc verba occurrunt: « Hic desunt leges Cnutonis; » et in l.: « Hic desunt leges Cnutonis, continentes sex folia et dimidium. »

(28) *Ethelnothus.* Vide § 183, not.

(29) *Livingum.* Vide § 176, not.

(30) *Prins præsentia, etc.* Hæc duo facta inversa sunt: Ægelnothus Romam adiit an. 1022, corpusque Ellegi transtulit. an. 1023. Vide Osbornum, *De translatione S. Ellegi* (Angl. sacra).

seminum ad ecclesiam sub cujus parochia quisque degit, quæ Anglice Chirchseet (26) nominatur. Hæc et alia si cum venero non erunt persoluta, regia exactione secundum leges in quem culpa cadit **313** districte absque venia comparabit. Nec dicto deterius fuit factum. Omnes enim leges ab antiquis regibus, et maxime ab antecessore suo Ethelredo latas, sub interminatione regis mulctæ perpetuis temporibus observari præcepit; (27) in quarum custodiam etiam nunc tempore honorum sub nomine regis Edwardi juratur, non quod ille statuerit, sed quod observarit.

§ 184. Erant tunc in Anglia summi et sapientissimi viri, quorum præcipuus (28) Ethelnothus, archiepiscopus post (29) Livingum: hic, ex decano summus sacerdos, multa opera prædicabili memoria digna fecit, regem ipsum auctoritate sanctitadinis in bonis actibus mulcens, in excessibus terrens; sedem archiepiscopatus et (30) prius præsentia corporis sancti Ellegi sublimavit, et postea Romæ præsens in pristinam dignitatem reparavit. Domum rediens, apud Papiam brachium (31) sancti Augustini doctoris centum talentis argenti et talento auri comparatum, apud Coventreiam misit. Porro (32) Cnuto Glastoniensem ecclesiam, ut fratris sui Edmundi manes inviseret (sic enim eum vocare **314** solitus fuerat), festinavit; factaque oratione, super sepulchrum pallium misit versicoloribus figuris pavonum, ut videtur, intextum. Astabat regio lateri supradictus Ethelnothus, qui septimus ex monachis (33) Glastoniensis cœnobii præsidebat cathedræ Cantuariensi. Primus (34) Brithwaldus; secundus (35) Adthelmus, qui primus Wellis episcopus; tertius nepos ejus (36) Dunstanus; quartus (37) Ethel-

(31) *S. Augustini doctoris.* Augustini, episcopi Hipponis-Regii, in Africa. Obiit die 28 Aug. A. D. 430, obsessio Hipponis, ubi sepultus est. Ejus reliquias secum tulerunt Africani episcopi in Sardiniam exsules (A. D. 500). Creditum est octavo sæculo eas a Luitprando, Lombardorum rege, e Sardinia ad Papiam translatas fuisse (A. D. 721). Augustini Vitam exaravit Tillemont in decimo tertio volumine *Memor. Eccles.*

(32) *Porro. a. g. l., omitt. textum a verbo Porro usque ad finem § 125.*

(33) *Ex monachis. e., omitt. in s. c. d.*

(34) *Brithwaldus.* Berthwaldus electus est archiepiscopus Cantuariensis die 1 Julii, A. D. 692, sed non ante diem Dominicam, 29 Julii, A. D. 693, sacro ordine insignitus fuit. Cærenonia in Francia a Godwino, metropolitano Franciæ episcopo, perfecta est, eodemque anno, die Dominica 31 Augusti, cathedræ Cantuariensi insedit. Obiit die 9 Jan. A. D. 731.

(35) *Adthelmus.* Athelmus primus fuit Fontenacensis ecclesiæ episcopus, eaque de sede ad Cantuariensem an. 911 translatus est. Quod tamen Glastoniensis cœnobii monachus fuerit ambigitur. Vide Whartonius notam, in *Angl. sac.* part. 1, p. 556.

(36) *Dunstanus.* Vide § 149.

(37) *Ethelgarus.* Ethelgarus, principio Glastoniensis monachus, primus fuit electus abbas novi monasterii Wintoniæ fundati, secularibus expulsi canonici. Cicestrensis (Selsey) consecratus episcopus an. 980, Cantuariamque an. 988 translatus, obiit die 3 Dec. 989.

garus, qui novi monasterii Wintoniæ abbas primus, deinde Cicestrensis episcopus; quintus (38) Siricus, qui factus archiepiscopus nutriculae suæ septem dedit pallia, de quibus in anniversario ejus tota antiqua ornatur ecclesia; sextus (39) Elfegus, qui ex prioratu Glastoniæ primus factus est abbas Bathoniæ, deinde episcopus Wintoniæ; septimus (40) Ethelnothus, qui, cum regi antecessorum suorum privilegia ostendisset, rogavit et rogando obtinuit ut scripto regio (41) in hæc verba confirmaret.

315 § 185. « Regnante (42) in perpetuum Domino, qui sua ineffabili potentia omnia disponit atque gubernat, vicesque temporum hominumque mirabiliter discernens, terminumque incertum prout vult æquanimitè imponens, et de secretis naturæ mysteriis misericorditer docet ut de fugitivis et sine dubio transitoriis mansura regna Dei suffragio adipiscenda sunt. Quapropter ego Cnut rex Anglorum, cæterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, cum consilio (43) et decreto archipræsulis nostri Ethelnothi, simulque cunctorum Dei sacerdotum, et consilio optimatum meorum, ob amorem cælestis regni, (44) et indulgentiam criminum meorum, et relaxationem peccaminum (45) fratris mei regis Edmundi, concedo ecclesie sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Glastoniæ jura et consuetudines in omni regno meo, et omnes forisfacturas omnium terrarum suarum; et sint terræ ejus sibi liberæ et solutæ ab omni calumpnia et inquietatione, sicuti meæ mihi habentur. Verum illud præcipue ex omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti auctoritate, et perpetuæ Virginis interdictione prohibeo, et universis regni mei præpositis et primatibus super quam salutem præcipio, ut nullus omnino illam insulam intrare audeat, cujuscunque ordinis aut dignitatis sit; sed omnia, tam in ecclesiasticis quam in sæcularibus causis, tantummodo abbatis judicium et conventus expectent, sicuti prædecessores mei

A sanxerunt et privilegiis confirmaverunt. Chentwines, **316** Ines, Cuthredus, Elfredus (46), Edwardus (47), Athelstanus, et gloriosissimus (48) Edmundus, et incomparabilis Edgarus. Si quis autem quovis deinceps tempore sub aliqua occasione interrompere atque irritam facere hujus privilegii testamenti nisus fuerit, sit a consortio piorum ultimi examinis ventilabro dispersitus. Si quis vero benevola intentione hæc facere, probare, et defensare studuerit, beatissimæ Dei genitricis (49) et omnium sanctorum intercessione amplifiet Deus portionem ejus in terra viventium. » Scripta est hujus privilegii donatio, et promulgata (50) in lignea basilica sub præsentia regis Cnutonis, anno ab incarnatione Domini millesimo tricesimo secundo, indictione **B** secunda (51).

§ 186. (52) Ejusdem etiam archipræsulis monitu, rex ad transmarinas ecclesias pecunias mittens, maxime Carnotum ditavit, ubi tunc florebat (53) Fulbertus episcopus in sanctitate et philosophia nominatissimus: qui inter cætera industriæ suæ documenta ecclesie dominæ nostræ sanctæ Mariæ, cujus fundamenta jecerat, summam manum mirifico effectu imposuit; quam etiam, pro posse honorificare studens, musicis modulationibus crebro **317** extulit. (54) Quanto enim amore in honorem Virginis anhelaverit, poterit conjicere qui cantus audierit cælestia vota sonantes. Extat inter cætera opuscula ejus epistolarum volumen, (55) in quarum una gratias agit Cnutoni magnificentissimo regi, quod largitatis suæ viscera in expensas ecclesie Carnotonensis effuderit.

§ 187. Ejus anno decimo quinto Robertus rex Francorum, (56) de quo supra prælibavimus, vitam clausit; vir eleemosynis deditus, adeo ut festis diebus cum amiretur, et exueretur regis insignibus, si non aliud haberet ad manum, ipsa vestimenta pauperibus distribueret, nisi ex industria vestiarii egenos importune petentes arcerent. Habebat duos filios, Odonem et Henricum; (57) Odo major natu

(38) *Siricus*. Siricus e Glastoniensi monacho Wintoniæ episcopus an. 986 creatus, et Cantiam an. D. 1000 translatus, obiit an. 1005.

(39) *Elfegus*. Ælfheah. E Glastoniæ prioratu factus est abbas Bathoniæ (Bath), postea vero an. 984, episcopus Wintoniæ. Cantuariam translatus anno 1005, a Danis occisus est anno 1012. Vide § 165, not.

(40) *Ethelnothus*. Vide § 183, not. 14.

(41) *Regio*. s. c. d. e. 2. w., omitt. in e.

(42) *Regnante*. Hæc charta occurrit in Malmes. *Antiq. Glast. Eccl.* et apud Gale, III, p. 323.

(43) *Consilio*. e., *consensu*, s. c. d.

(44) *Et indulgentiam criminum meorum, et relaxationem*. Omitt. in c. 1.

(45) *Fratris mei regis Edmundi*. « Sic enim eum vocare solitus fuerat. » Vide § 184.

(46) *Elfredus*. c. e., *Elredus*, d., *Ailredus*, *Alfredus*, s.

(47) *Edwardus*. s. legit *Ethelredus* post *Edwardus*.

(48) *Athelstanus, et gloriosissimus*. Omitt. in c.

(49) *Genitricis*. d. e., *genitricis Mariæ*, s. c.

(50) *Promulgata*. c., *promulgata*, s. c. d.

(51) *Secunda*. e., *prima*, d., omitt. in s. c. — A.

D. 1032 respondet indict. xv.

(52) *Ejusdem etiam archipræsulis monitu, rex*. s. c. d. e., *ejus monitu rex etiam*, s. g. l.

(53) *Fulbertus*. Fulbertus, episcopus Carnotensis (A. D. 1007-1029), discipulus fuerat Gerberti, postea Silvestri papæ II. Plurimi auctores eum inter Franciæ cancellarios, regnante Roberto, connumerant, alii vero rectius id in dubium revocant. Carnotensis ecclesiam tantum cancellarius fuisse videtur. Ejus opera, quæ epistolis, sermonibus, canonibus, hymnis et aliis carminibus constant, prima vice edita sunt an. 1608, curante Carolo V llarensi (*Oper. var. in-8°*. Paris., 1608). Obiit circa annum 1029.

(54) *Quanto enim amore in honorem Virginis... sonantes*. « On dit qu'il avait une si particulière dévotion à la sainte vierge qu'elle l'honora souvent de ses faveurs particulières. » (MOREAU.)

(55) *In quarum una*. Vide epistolam Fulberti ad regem Cnutonem (an. 1020 aut 1021). No. XLIV, p. 466, tom. X *Rec. des Hist. de la France*. Fulberti Carnot. episc. Op. var. in-8°. Paris., 1608, epist. 97, p. 92.

(56) *De quo supra prælibavimus*. Vide supra § 163.

(57) *Odo major natu habes*. Malmesburiensis, non secus ac Chronicon S. Martini Turonensis (apud

hebes, alter astutus et vehemens. Diviserat in amorem A prolem utraqueque **318** parens uterque: pater primogenitum amplectebatur, dicitans successurum; mater minorem fovebat, cui, et si non per astutem, per prudentiam certe regnum deberetur. Ita, ut sunt foeminae in incepto pertinaces, non prius abscedit quam omnes duces, qui regno Francorum famulantur, praemiis et pollicitis ingentibus in sua vota transluceret. Henricus ergo, (38) maxime anniente Roberto Normanno, coronatus est priusquam plane pater exirasset (59). Cujus beneficii obnoxius, cum ille, (60) ut superius dixi, Ierosolymam iret, Willelmum filium ejus puerulum contra desertores enixissime juvit. At Cnuto, transursa vitae meta, Scepthoniae (61) defunctus, et Wintoniae sepultus est.

DE HAROLDO FILIO CNUTONIS.

§ 188. (62) Anno Dominicæ incarnationis millesimo tricesimo sexto (65) Haroldus, quem fama filium Cnutonis ex filia Elselini comitis loquebatur, regnavit annis quatuor et mensibus totidem. Elegerant eum Dani et Londoniæ cives, qui jam pene in barbarorum mores propter frequentem convictum transierant. Angli diu obstiterunt; magis unum ex filiis Ethelredi, qui in Normannia **319** morabantur (64), vel Hardecnutum filium Cnutonis ex Emma, qui tunc in Danemarchia erat, regem habere volentes. Maximus tum (65) justitiæ propugnator fuit Godwinus comes, qui etiam pupillorum se tutorem professus, reginam Emmam et regias gazas custodiens, resistentes umbone nominis sui aliquandiu dispulit; sed tandem, vi et numero im-

par, cessit violentiæ. Haroldus scepro confirmatus (66) novercam exiliavit. Illa in Normannia nihil sibi tutum arbitrata, ubi, defunctis fratre et nepotibus, recens deserti orphanæ fervebat invidia, in Flandriam transiit ad (67) Baldwinum comitem, expertum probitate virum; qui postea, defuncto (68) rege Henrico qui (69) Philippum parvum reliquerat filium, regnum Francorum nobiliter aliquantis annis rexit, fideliterque adyto (nam ejus amitam uxorem habebat) restituit. Hujus sub umbra Emma securum triennium egit; quo peracto, (70) Haroldus, apud Oxenfordam mense Aprilis defunctus, Westmonasterio tumulum habet. Tunc Anglis et Danis in unam sententiam convenientibus, propter Hardecnutum missum, ille per Normanniam (71) in Angliam mense Augusto **320** venit; nam filii Ethelredi jam fere omnibus despectui erant, magis propter paternæ socordiae memoriam, quam propter Danorum potentiam. (72) Hardecnutus, biennio præter decem dies regnans, spiritum inter pocula apud Lamudam juxta Londoniam amisit, et Wintoniæ juxta patrem sepultus est: juvenis, qui egregiam pietatem animi in fratrem et sororem ostenderit; germanum enim Edwardum, annosæ peregrinationis tædio, et spe fraternæ necessitudinis, natale solum revisentem, obviis (ut aiunt) manibus excipias indulgentissime retinuit. Veruntamen immaturus in cæteris, per Alfricum Eboracensem (73) episcopum, et alios quos nominare piget, Haroldi cadavere defosso, caput truncari, et miserando mortalibus exemplo, in Tamesin projici jussit. Id a quodam piscatore excentum særena. (74) in cœmiterio Danorum

Chem. tom. III *Script. Hist. Franc.*, p. 360), et alia quædam Francaica chronica, hic in errorem impegit quoad filios Roberti Franciæ regis. Defuncto Hugone, filio suo primogenito (die 17 Sept. A. D. 1025), qui Compendii, anno 1017, coronatus fuerat, secundum suum filium Henricum, Burgundiæ ducem, in throno sibi socium et regni consortem assumere in animo habebat Robertus, sed in hoc proposito contrariam habuit Constantiam, quæ tertium suum filium Robertum regiæ dignitati magis idoneum arbitrabatur. Henricus tamen prælatus est, thronumque ascendit die Pentecostes (14 Maii) 1027, quo tempore, frater ejus Robertus Burgundiæ dux creatus est. Odo, quartus filius, qui hebeti ingenio erat, gravatus degit (Vide Rodulfum Glabrum, lib. III, De filiis regis Roberti). Albericus Trium Fontium conjicit Malmesburiensem innuisse Robertum, sed incaute Odonem appellasse. Albericus ipse tamen in errorem inducitur Henricum Roberto natu minorem, Henricumque matris ope ad regale solium evectum asserens, dum e contra illam Henricus contrariam habuit.

(58) *Maxime anniente.* a. c. d. e. l., *maxime anquente, s.*

(59) *Expirasset.* e. l., *expiraret,* a. c. d. e. 2. l.

(60) *Ut superius dixi,* § 178 et 180.

(61) *Defunctus.* Cnuto obiit die 12 Novembr. an. 1035. (*Sax. Chron. FLOR. WIGORN.*)

(62) *Anno Dom. Inc. mill. tric. sexto.* Defuncto Cnutone, regnum primo divisum est, aquilonis pars in ditionem Haroldi cecidit, meridionalem vero obtinuit Hardecnutus. Anno 1037, electus est Haroldus, qui in universam Angliam regnaret. (*FLOR. WIGORN.*)

(63) *Haroldus,* etc. « Dixerunt quidam Haroldum filium esse Cnutonis et Ælfgife, Elselini, *caldorman,* seu urbis prætoris filia; sed hoc multis prorsus incredibile visum est. » (*Sax. Chron.*) Si Florentio *hides* sit, Elfgiva, cum filium regi parere impotens esset, illi cujusdam sutoris filium fraudulentè tradidit.

(64) *Morabantur.* a. c. d. e. l., omitt. in s.

(65) *Tum.* a. e. l., *tamen, d., autem, c. 1, tunc, c. 2.*

(66) *Novercam exiliavit.* Anno 1057.

(67) *Baldwinum comitem.* Baldwinus, cognomento *De l'Isle,* Flandriæ comes, patri Balduino IV successit a. D. 1036, ceu, ut contendunt quidam, a. D. 1035. Emma honorifice a comite ejusque conjugè Adela, Roberti Francorum regis filia nupta est. (*Vide Eacomium Emmae.*) Baldwinus a rege Henrico filii sui Philippi, an. 1059, tutor institutus est.

(68) *Rege Henrico.* Obiit Henricus rex anno 1066, successorem relinquens Philippum, septem tum tantum annos natum. Vide § 128, not. 60.

(69) *Philippum.* Philippus obiit an. 1108. Vide § 128, not. 64.

(70) *Haroldus... defunctus.* Juxta *Sax. Chron.* obiit Haroldus die Martii 17 (xvi Kal. April. 1066).

(71) *In Angliam,* etc. Juxta *Sax. Chron.* Hardecnutus Sandwich appulit die 17 Junii. Vide notam sequentem.

(72) *Hardecnutus... amisit.* Hardecnutus obiit die 8 Junii a. D. 1012.

(73) *Episcopum.* a. d. e. l., *archiepiscopum, s. e.* — Ælricus non ut prædecessor duas sedes Eboraci et Wigorniae tenuit.

(74) *In cœmiterio Danorum Londoniæ.* S. Clement Danes. — « Brevi autem post a quodam piscatore ad Danos allatum est, et in cœmiterio quod habuerunt

Londonæ tumultatur. Tributum inexorabile et im-
portabile Angliæ imposuit, ut classariis suis per
singulas naves (75) viginti marcas ex pollicito pen-
saret. Quod dum importune per Angliam exigitur,
duo infestius hoc munus exequentes a Wigornia civi-
bus extincti sunt; quapropter per comites suos
arte iacensa et depopulata, fortunis civium abrasis,
contumeliam **321** famæ, et amoris suodetrimen-
tum, ingessit. Sane ne silentio premam quod de primo-
genito Ethelredi Elfrædo rumigeruli spargunt. Ille
(76) inter mortem Haroldi et expectationem Har-
decnuti fluctuans, regnum ingressus, compatriota-
rum perfidia, et maxime Godwini, luminibus orbatus
est apud Gillingeham; inde ad Heliense cœnobium
directus, miseram vitam paucis tempore pane ciba-
rio sustentavit; omnibus comitibus præter decimos
decapitatis, nam sors decimum quinque morti
exemerat. Hæc, quia fama serit, non omisi; sed,
(77) quia chronica tacet, pro solido non asserui (78).
Hæc de causa Hardecnutus, Livingo Cridietmensi
episcopo, quem fama facti auctorem assererat, in-
fensus, illum episcopatu expulit, sed post annum
pœcunia serenatus restituit. Godwinum quoque obli-
quis oculis intuitus, ad sacramentum purgationis
compulsi. Apposuit ille fidei juratæ xenium, ut
gratiam plenam redimeret, locupletissimum sane
et pulcherrimum, ratem auro rostratam, habentem
octoginta milites qui haberent in brachiis singulis
armillas duas, unamquamque sedecim unciarum
auri, in capitibus cassides deauratas, securim Da-
nicam in humero sinistro, hastile ferreum dextra
manu gestantes; et, ne singula enumerem, armis
omnibus instructos, in quibus fulgor cum terrore
certans sub auro ferrum oculos. Cæterum, ut
dicere cœperam, Hardecnutus Gunhildam sororem
suam, Cnutonis ex Emma filiam (79), spectatissimæ
speciei puellam, **322** a multis precibus tempore patris
suspiratam, nec impetratam, (80) Henrico impera-
tori Alemannorum nuptum misit. Celebris illa
pompa nuptialis fuit, et nostro adhuc seculo etiam
in trivis cantilata, dnm tanti nominis virgo ad na-
vem ducebat, stipantibus omnibus Angliæ pro-
ceribus, et in expensas conferentibus quicquid ab-
conderat vel marsupium publicum vel ararium

regium. Ita ad sponsum (81) perveniens, multo
tempore scelus conjugale fovit: postremo, adulterii
accusata, puerulum quendam sturni (82) sui alum-
num, quem secum ex Anglia duxerat, delator,
(83) gigantes molis homini, ad monomachiam ap-
posuit (84), cæteris clientibus inertis timore resu-
gentibus. Itaque, conserto duello, per miraculum
Dei insinulator succiso poplite evolvitur. Gunnil-
dis, insperato triumpho tripudians, viro repudium
dedit; nec ultra minis aut delinimentis adduci po-
tuit ut thalamo illius consentiret, sed, velum sancti-
monialium suscipiens (85), in Dei servitio placido
consenuit otio.

DE HENRICO IMPERATORE.

§ 189. Erat imperator multis et magnis virtuti-
bus præditus, et omnium pene ante se bellicosissim-
us, quippe qui etiam Vindelicos et Leucios
subegerit, cæterosque populos Suevis conterminos,
qui usque ad hanc diem soli omnium mortalium
paganas superstitiones anhelant; nam Saraceni et
Turchi Deum Creatorem colunt, **323** Mahumet non
Deum, sed ejus (86) prophetam æstimantes. Vin-
delici vero Fortunam adorant; cujus idolum loco
nominatissimo ponentes, cornu dextræ illius com-
ponunt (87) plenum potu illo quem (88) Græco vo-
cabulo, ex aqua et melle, Hydromellum vocamus.
Idem sanctus Hieronymus Ægyptios et omnes pene
Orientales fecisse, in decimo octavo super Isaiam
libro confirmat. Unde ultimo die Novembris men-
sis, in circuitu sedentes, in commune prægustant;
et si cornu plenum invenerint, magno strepitu ap-
plaudunt (89), quod eis futuro anno pleno copia
cornu responsura sit in omnibus; si contra, ge-
munt. Hos ergo ita Henricus tributarios effecerat,
ut, omnibus solemnitatibus quibus coronabatur
(90), reges eorum quatuor, lebetem quo carnes
condiebantur, in humeris suis, per annulos qua-
tuor vectibus ad coquinam vectitarent.

DE SORORE IMPERATORIS, ET CLERICO ILLAM DILIGENTE.

§ 190. Præterea crebro tumultibus regni expedi-
tus, cum se communioni et hilaritati dedisset, joci
plenus, ut sat erit duobus probare exemplis. Soro-
rem sanctimoniale[m] unice diligebat, ut suo eam
lateri deesse non pateretur, sed semper triclinium

Londoniæ sepultum est apud sanctum Clementem. D
(RAD. DE DICETO, *Abbr. Chron.*)

(75) *Viginti. a. d. e. l., triginta, c.* Anno 1040 tri-
butum pro sexaginta duabus navibus, ratione octo
marcarum pro unoquoque gubernatore impositum
est (*Sax. Chron.*) Juxta Florent. Wigorn. octo mar-
cas unicuique gubernatori de tota Anglia præcepit
[rex] dependi. Anno etiam sequenti tributum 21099
librarum exercitui, postea vero 11038 libr. triginta
duabus navibus solutum est (*Sax. Chron.*).

(76) *Inter mortem Haroldi.* Juxta Florentium,
obit Elfredus a. D. 1036, consequenter ante Haroldi
obitum. Probabiliter nobis legendum est « Cnutonis »
pro « Haroldi. »

(77) *Quia chronica tacet.* Editum Saxon. Chroni-
con nullam de hæc re mentionem facit, sed duo sunt
manuscripti qui eam referunt. Vide mss. Cott. Tiber.
B. I et IV.

(78) *Asserui. a. s. d. e. l., affirmo, c.*

(79) *Filiam. a. s. e. l., omitt. in c. d.*

(80) *Henrico imperatori Alemannorum. Henricus*
III, filius Conradi II.

(81) *Sponsum. a. s. l. sponsam, c. d. e.*

(82) *Sturni. a. c. d. e. l., fratris, s.*

(83) *Gigantæ molis homini.* Et nomen erat Ro-
dingaro, puerulus vero illi appositus esse dicitur
punitio quidam nomine Mimicon. (*Chron. Joh.*
Bromton.)

(84) *Apposuit. a. c. d. e., opposuit, s. l.*

(85) *Suscipiens. a. c. d. e. l., accipiens, s.*

(86) *Ejus. &, Dei, a. s. e. d. l.*

(87) *Componunt. a. c. d. e. l., imponunt, s.*

(88) *Quem. a. s., quod, c. d. e. l.*

(89) *Applaudunt. a. s. d. e. l., plaudentes, c.*

(90) *Coronabatur. a. d. e. l., coronabantur, s.*

ejus suo conjungeret. Dum igitur quadam hyeme, quæ nivibus et pruinis aspera inhorruerat, uno die loco detineretur, clericus quidam curialis, familiarior justo puellæ effectus, crebro nocturnas in cubiculo ejus protelabat vigilias; et quamlibet multimodis tergiversationibus nequitiam palliaret, advertit illud aliquis (quod difficile sit crimen non prodere vultu vel gestu); et jam vulgo rem ventilante, solus nesciebat imperator, et sororem suam pudicam credere audebat. Sed, cum quadam nocte cupiis fruerentur amplexibus, et diutius se voluptas protenderet, iluxit mane, et ecce omnem terram nix operuerat; tum clericus, qui se deprehendendum per vestigia in nive timeret, persuadet amicæ suæ ut dorsum ejus impositus angustias illas evaderet. Illa, non (91) refutans impudentiam dummodo vitaret verecundiam, levat tergo anasium et extra curiam effert. Et forte tum imperator minctum surrexerat, et per fenestram cœnaculi despicens (92) videt clericum equitatem: primo quidem visu hebetatus, sed, re diligentius explorata, pudore et indignatione obmutuit. Interea hesitanti utrum peccatum impunitum dimitteret, vel peccantes honeste redargueret, obvenit occasio ut episcopatum vacantem daret clerico, hæc verba auribus insurrexerat: « Accipe, inquit, episcopatum, et vide ne ulterius inæquites mulierem. » Item dans abbatiam sanctimonialium germanæ (93), « Esto, ait, abbattissa, nec ultra patiaris clericum (94) equitem. » Confusi illi, qui tam gravi dicto se sentirent lapidatos, desiverunt a flagitio quod divinitus inspiratum putabant domino.

325 DE CLERICO NOLENTE LEGERE EVANGELIUM PRO IMPERATORE.

§ 191. Item habebat clericum in curia, qui et hierarum peritiam et vocis elegantiam vitio corporis deformabat, quod meretriculam villæ dementer ardebat; cum qua nocte quadam solenni volutatus, mane ad missam imperatoris aperta fronte astabat. Dissimulata scientia, mandat ei Cæsar ut se paret ad evangelium, quod ejus melodia delectaretur; erat enim diaconus. Ille, pro peccati conscientia, multis præstigiis subterfugere; imperator contra nunciis urgere, ut probaret constantiam: ad extremum prorsus abnuenti, « Quia, inquit, non vis mihi parere in tam facili obsequio, ego te extorem totius terræ meæ esse (94) præcipio. » Clericus amplexus sententiam abscessit continuo; missi pedissequi qui eum persequerentur, ut, si perseverandum putaret, jam urbem egressum revocarent. Ita incunctanter

A compilatis omnibus suis et in sermibus composita, jam profectum, magnaque violentia retractum, Henrici præsentia assistunt; qui lætum subridens, « Probe, ait, fecisti, et gratulor probitati tuæ, quod plripenderis Dei timorem quam patriam, respectum cœlestis iræ quam meas minas; quapropter habeto episcopatum qui primus in imperio meo vacaverit, tantum indecenti amori renuncies. »

§ 192. At, quia nihil constans est in humanis gaudiis, quoddam triste portentum tempore ejus accidit, quod non tacebo. Fuldense comobium est in Saxonia (95), sancti Galli corpore insignis, et 326 prædiis ditatum permagnitudo. Ejus loci abbas sexaginta millia bellatorum imperatori præbet in hostem, habetque ex antiquo privilegium ut in præcellentibus festivitatibus ad dextram ejus considet. Illic ergo Henricus Pentecosten apud Mogontiam (96) celebrabat. Paulo ante missam, cum sedilia pararentur in ecclesia, inter cubicularios archiepiscopi et abbatis jurgium agitata utrorum dominus juxta Cæsarem sederet; illis prærogativam antistitis, istis priscum morem (97) referentibus. Ubi verbis parum ad concordiam proceditur, (ut habent Germani, idemque Teutones, indomitum animum), ad pugnam ventum: itaque pars suldes arripere, pars saxa jacere, pars enses evaginare, postremo quicquid primum ira invenisset, eo pro armis uti: ita furore per ecclesiam grassante, pavimentum sanguine inundavit. Sed statim episcopis convolantibus pace inter reliquias dissidentium statuta, templum purgatum, missa festivis clamoribus acta. Cum vero, mira subjectionem, sequentia cantilata (98), et verba, « Hæc diem gloriosum fecisti, » chori contulissent, vox ab ære lapsa late insonuit, « Hunc diem bellicosum ego feci. » Rigentibus cæteris, imperator indignius intendens muneri, lætitiæque intelligens inimici, « Tu, inquit, omnis malitiæ inventor simul et incentor, diem bellicosum et arrogantibus bellicosum fecisti; sed nos per Dei gratiam, qui illum gloriosum fecit, pauperibus gratiosum reddemus. » Et mox, reincepta sequentia, solemniter ploratus Sancti Spiritus gratiam invitabat; intelligeres illum adventasse, illis cantantibus, istis lachrymantibus, omnibus pectora 327 tundentibus. Finita missa, egenis per præcones conclamationis, omnes dapes que sibi et curialibus parabantur in usus eorum exhausit; ipse obsonia apponens, ipse juxta disciplinam ministrorum de longe consistens, ipse superflua ciborum abstergens.

§ 193. Tempore Conradi patris a quodam clerico

(91) Non. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(92) Despicens. a. s. c. e. l., respiciens, d.

(93) Germanæ. a. s. d. e. l., sorori, c.

(94) Equitem. Historia fere similis de celeberrimo Eginhardo et de Caroli Magni filia vulgata est. Vide Du Chesne, *Script. Franc.*, tom. II. (SHARPE, 241.)

(94) Esse. c. e., omitt. in a. s. d. l.

(95) Sancti Galli. S. Gal, Irlandais, disciple de S. Colomban, le suivit en France. Son rare mérite

le fut choisir pour être évêque de Constance; mais il fut élire en sa place Jean son disciple. Il fonda, l'an 615, un monastère célèbre en Suisse, qui porte son nom, et mourut l'an 640, âgé de 95 ans. (MORERI.)

(96) Mogontiam. s. l., Mogontium, a. c. d. e.

(97) Morem. a. s. d. e. l., nomen, c.

(98) Cantilata. c., cantata, a. s. c. d. l.

fistulam tulerat argenteam qua pueri ludo aquam A
jaculantur, pactus episcopatum cum foret imperator.
Adultus repetenti pollicitum impigre dederat;
nec multo post, aspera valetudine correptus, decubuit.
Morbo crescente, triduo exsensus (99) et mutus
jacuit, cum in solo pectore vitalis halitus palpitaret;
nec aliud vitæ indicium erat quam quod, manu ad nares
apposita, quantuluscunque sentiebatur anhelitus.
Episcopi præsentés, triduo indicto jejunió, lachrynis et votis pro vita regis superos
pulsabant; quibus, ut credi fas est, remediis convalescens,
accitum episcopum quem injuste fecerat, sententia concilii
deposuit : pressus se toto triduo dæmones infestos
vidisse flammam in se per fistulam jaculantes,
flammam adeo pertinacem ut noster ignis, in
comparatione illius, jocus putetur et nihil B
calere. Juvenem inter hæc semiustulatum adventasse,
ferentem immensæ magnitudinis calicem aureum aqua
plenum; cujus visione et laticis aspergine delimita,
extinctis ardoribus, in sanitatem evasisse.
Ephœbum illum beatum fuisse Laurentium, cujus
ecclesiæ tectum longa carie dissolutum compagnarit,
et præter alia xenia calice aureo honorificavit.

§ 194. Occurrunt hoc loco quæ de illo viro feruntur
magna miracula, ut de cerva quæ illum, inimicos
fugitantem, ultra invadabilem fluvium 328
dorso exerit, et quibusdam aliis, quibus ideo
supersedeo quia æstimationem lectoris supergredi
nolo. (100) Obiit octavo decimo anno imperii emen-
so, et apud Spiram conditus est, quam ipse ex anti-
quissima et diruta Nemeto ita nominatam novavit.
Epitaphium ejus hoc est :

*Cæsar, tantus eras quantus et orbis,
At nunc in modico clauderis antro.
Post hæc quisque sciat se ruiturum (1).
Et quod nulla mori gloria tollat.
Florens imperii gloria quondam,
Desolata suo Cæsare marcel;
Hanc, ultra, speciem non habitura
Quam tecum moriens occultasti.
Leges a senibus patribus auctas,
Quas lassata diu raserat ætas,
Omnes ut fuerant ipse reformans,
Romanis studuit reddere causis.
Tu, longinqua satis ragna, locosque
Quos nullus potuit flectere, Cæsar,
Romanis onerans viribus artus,*

(99) Exsensus. s., omnes mss. legunt *exsensus*.

(100) Obiit, etc. Obiit Henricus Rotfeldi, juxta
Saxonie et Thuringie confinia in decimo octavo
regni, quindecimo autem imperii sui anno, die 7
Octobris, a. D. 1056, et Spiræ conditus est.

(1) *Se ruiturum*. a. s. c. 2. d. e. l., *se moriturum*, c.

(2) *Lumina*. a. e., *numina* s. c. d. l.

(3) *Iste Leo*. Bruno, Tulli Leucorum episcopus,
papa electus est, ut Leo IX, desinente anno 1048,
ab antistitibus et nobilibus jussu imperatoris Henrici
III, Moguntii congregatis. Roma pontificali cathedra
inseedit die 13 Februarii anni sequentis, obiit autem
die 19 Aprilis 1054.

(4) *Spirensi episcopo*. Leg. *Tullensi*.

(5) *Henricum*. n. c. d. e. l., *Henricum imperato-
rem*. s.

(6) *Quinque*. a. s. d. e. l., *quindecim*. c. — Leo

Ad civile decus excoluiti.

O quanto premitur Roma dolore,

Desolata prius morte Leonis :

Nunc, Auguste, tuo funere languens;

Bino se viduam lumine plangit.

Quæ te non timuit patria vivum?

Vel quæ non doluit, Cæsar, obisse?

Nam sic lætus eras jam superatis,

Et sic indomitis genibus asper;

329 *Ut, quæ non timuit, jure doletet,*

Et, quæ non doluit, jure timeret.

Luge, Romæ, tuum nomen in umbris;

Et defecta duo lumina luge (2).

§ 195. Sane (3) iste Leo, de quo epitaphium lo-
quitur, fuerat Romanæ apostolicus, ex Brunone (4)
Spirensi episcopo ita vocatus et proventus; ma-
gnæ et mirabilis sanctitatis, cujus Romani multa
miracula per orbem serunt. Obierat ante (5) Henri-
cum, post (6) quinque annos apostolatus.

DE SANCTO EADWARDO TERTIO, REGE ET CONFESSORE.

§ 196. (7) Anno ab incarnatione Domini millesimo
quadregesimo secundo, Edwardus (8) filius
Ethelredi suscepti regnum, mansitque in eo annis
viginti quatuor non plenis; vir propter morum sim-
plicitatem parum imperio idoneus, sed Deo devotus.
ideoque ab eo directus (9). Denique eo regnante nullus
tumultus domesticus qui non cito comprimeretur,
nullum bellum forinsecus; omnia domi forisque
quieta, omnia tranquilla: quod eo magis stupen-
dum, quia ita se mansuete ageret ut nec viles ho-
munculos verbo lædere 330 nosset. Nam dum qua-
dam vice venatum isset, et agrestis quidam stabu-
lata illa quibus in casses cervi urgentur confudisset,
ille sua nobili percitus ira, « Per Deum, inquit, et
matrem ejus, tantundem tibi nocebo si potero. »
Egrediens animus, qui se regem in talibus non me-
misset, nec abjectæ conditionis homini se posse
nocere putaret. Erat interea ejus apud domesticos
reverentia vehemens, apud externos metus ingens;
fovebat profecto ejus simplicitatem Deus, ut posset
timeri qui nesciret irasci. Sed, quamvis vel desea
(10) vel simplex putaretur, habebat comites qui
eum ex humili in altum conantem erigerent: (11)
Siwardum Northimbrensiū, qui, jussu ejus cum
Scotorum rege Macbetha congressus, vita regnoque
spoliavit, ibidemque (12) Malcolmum, filium regis
Cumbrorum, regem instituit; Lefricum Hereforden-

D IX annis quinque cum hebdomadibus quibusdam
Ecclesiæ præfuit.

(7) Anno ab Inc. Dom. mill. quadr. sec. etc. Obiit
Hardacnutus anno 1042, et Edwardus autem elec-
tus est rex tempore æstivo ejusdem anni, sed non
ante diem Paschatis (3 Aprilis) sequentis anni co-
ronatus est.

(8) *Edwardus*. a. c. d. e. l., *sanctus Edwardus*. s.

(9) *Directus*. s. c. d. e. l. *dilectus*, a.

(10) *Vel deses*. a. s. c. d. l., *ommitt. in e.*

(11) *Siwardum... spoliavit*. Juxta Sax. Chron.,
die Septem Dormientium, (27 Julii) a. D. 1054, Si-
wardus comes cum magnis copiis in Scotiam pro-
gressus est, prælioque cum Scotis inito, Macbeothum,
in fugam convertit.

(12) *Malcolmum*. Malcolmus III, § 180. not. 85.
et Sax. Chron. a. D. 1067.

sium, qui eum contra similitates (13) Godwini favore magnifico tutabatur, quod ille fidente conscientia meritorum minus regem revereretur: Leofricus nam conjuge Godiva, in Dei rebus munificus, monasteria multa constituit; Coventriæ, sanctæ Mariæ Stove, Wenclok, Leonense, et nonnulla alia: cæteris ornamenta et prædia, Coventriæ corpus suum eum maximo apparatu auri et argenti delegavit; (14) Haroldum West-Saxonum filium Godwini, qui duos fratres reges Walensium, Ris et Griffinum, solertia cura in mortem egerit, omnemque **331** illam barbariem ad statum provinciæ sub regis fide redegerit (15). Fuerunt tamen nonnulla quæ gloriam temporum deturparent: monasteria tunc monachis viduata; prava judicia a perversis hominibus commissa; supellex matris ejus, præcipiente illo, penitus abrasa. Sed harum rerum invidiam amatores ipsius ita extenuare conantur: monasteriorum destructio, perversitas judiciorum, non ejus scientia, sed per Godwini filiorumque ejus sunt commissa violentiam, qui regis ridebant indulgentiam; postea tamen ad eum delata, acriter (16) illorum exilio vindicata. Mater

*Angustos filii jamdum riserat annos, nihil unquam de suo largita, hæreditario scilicet odio parentis in prolem; nam magis Cnutonem et amaverat vivum, et laudabat defunctum. Præterea, congestis undecennique talentis crumenas infecerat, pauperum oblita; quibus non patiebatur dari nummum ne diminueret numerum. Itaque quod injuste coaccervarat non inhoneste (17) ablatum, ut egenorum proficeret compendio, et fisco sufficeret regio. Hæc referentibus etsi plurimum fides haberi (18) debeat, (19) sanctam tamen mulierem fuisse conperio, et thesauros suos in ornamenta ecclesiæ Wintoniæ et aliarum fortassis expendisse. Sed ut ad superiora **332** redeam, Hardecnute mortuo, Edwardus, tam tristi nuntio accepto, incertumque fluctans quid ageret, quo se verteret nesciebat. Multa volventi potior sententia visa ut Godwini consilio fortunas suas trutinaret. Conventus ille per*

(13) *Godwini.* De Godwini rebellionem vide Sax. Chron. a. D. 1051, 1052.

(14) *Haroldum.* Postea regem Anglorum.

(15) *Redegerit.* a. s. d. e. l., *subegerit.* e.

(16) *Illorum exilio.* Godwinus comes una cum filiis suis in exilium pulsus est an. 1051, comes ipse cum conjuge sua et tribus filiis, Sweyno, Tostigo et Gytho Brugas adiit Baldwini comitis opem rogaturus, Haroldus et Leofwini in Hiberniam se receperunt. (Sax. Chron. a. D. 1051.) Vide etiam Malmesbir. *De Gest. pontif.*, lib. 1, p. 116, ed. Lond.

(17) *Inhoneste.* a. c. 2. d. e. l., *injuste,* s. c. l.

(18) *Haberi.* a. e. d. e. l., *adhiberi,* s.

(19) *Sanctam tamen mulierem.* etc. Vide § 181.

(20) *Annuat.* e. d. e., *non abnuat,* a. s. l.

(21) *Exponentem.* a. s. d. e. l., *pronunciantem,* c.

(22) *Honorat.* a. d. e. l., *onerat,* s. c.

(23) *Evi.* e. d. e., *avo,* a. s. l.

(24) *Gillingeham.* a. s. d. e. l., *Lundoniam,* c.

(25) *Et.* a. s. c. d. e. 2. l., *omittit.* in E.

(26) *Wintoniam.* a. s. d. e. l., *Lundoniam,* c. — Londoniæ levatur in regem (a. D. 1042). Ungitur in regem Wintoniæ (a. D. 1043). (FLOR. WIGORN.)

A legatorios ut pace præfata colloquerentur, diu hæsitabundus et cogitans tandem annuit (20); venientem ad se, et conantem ad genua procumbere, allevat; Hardecnuti mortem exponentem (21), orantemque in Normanniam reditus auxilium ingentibus promissis honorat (22): Melius esse ut vivat gloriosus in imperio, quam ignominiosus moriatur in exilio. Illum Ethelredi filium, Edgari nepotem; jure ei competere regnum ævi (23) maturo, laboribus defæcato, scienti administrare principatum per ætatem severe, miserias provincialium pro pristina egestate temperare; id quo minus fiat nihil obstat, si sibi credendum putet, suam auctoritatem plurimum in Anglia ponderari: quo se pronior inclinaverit, eo fortunam vergere; si auxilietur, neminem ausurum obstrepere, et e converso. Paciscatur ergo B sibi amicitiam solidam, filiis honores integros, filia matrimonium: brevi futurum ut se regem videat, qui nunc vitæ naufragus, exul spei, alterius open implorat.

§ 197. Nihil erat quod Edwardus pro necessitate temporis non polliceretur; ita utrinque fide data, quicquid petebatur sacramento firmavit. Nec mora, Gillingeham (24) congregato concilio, rationibus suis explicitis, regem effecit, hominio palam omnibus dato: homo affectati leporis, et ingenue gentilitia lingua eloquens, mirus dicere, **333** mirus populo persuadere quæ placerent. Quidam auctoritatem ejus secuti, quidam numeribus flexi, quidam etiam debitum Edwardi amplexi; pauci qui præter æquum et bonum restitere, et (25) tunc censorie notati, et postmodum ab Anglia expulsi. Edwardus die solenni Paschæ magna pompa apud Wintoniam (26) coronatus; et ab (27) Edsio archiepiscopo sacra regnandi præcepta edoctus, quæ ille tunc memoria libenter recondidit, et postea sancte factis propalavit. Idem Edsius, posteriori anno in incurabilem morbum incidens (28), successorem sibi abbatem Abbandoniæ Siwardum statuit; ante cum rege tantum et comite communicato consilio, ne quis ad tantum fastigium aspiraret indignus, vel prece

(27) *Edsio... edoctus.* Eadsige a Wintonia ad Cantiam translatus est an. 1058. Juxta Sax. Chron., Eadsige regem Edwardum Wintoniæ die sanctæ Paschæ inunxit, præsentemque universo populo optimis monitis erudit.

(28) *Successorem sibi,* etc. (Hoc anno (1044) eodem suam infirmitatis causa resignavit archiepiscopus Eadsige, Siwardumque Abbandoniæ (*Abington*) abbatem, permittentibus moventibusque rege et Godwino comite, in sui locum episcopum consecravit. Id in paucorum hominum notitiam venerat antequam perficeretur, timebat enim archiepiscopus ne quisvis alius hanc sedem peteret aut pretio sibi vindicaret. (Sax. Chron.) Vide etiam Malmesb. *De gest. pontif.* lib. 1, p. 116. Videretur tamen ex Florentio et aliis auctoribus Siwardum nihil amplius fuisse quam archiepiscopi Eadsige, seu Eadsii coadjutorem: « Decessit quoque Siwardus, Eadsii Dorobernensis archiepiscopi chorepiscopus. » (FLOR. WIGORN. a. D. 1049.) Et iterum a. D. 1050: « Eadsius Dorobernensis archiepiscopus obiit, cui Robertus Londonensis episcopus, genere Normannorum, successit. » (FLOR. WIGORN.)

vel pretio (29): Non multo post (30), Edgitham filiam Godwini rex in connubium accepit; foeminam in cujus **334** pectore omnium liberalium artium esset gymnasium, sed parvum in mundanis rebus ingenium; quam cum videres, (31) si literas stuperes, modestiam certe animi et speciem corporis desiderares. Hæc, et vivo marito et mortuo, probri suspitione non caruit; sed (32) moriens tempore Willelmi (33), jurejurando astantibus de perpetua integritate ultro satisfecit. Nuptiam sibi rex hac arte tractabat, ut nec thoro amoveret, nec virili more cognosceret: quod an familiæ (34) illius odio, quod prudenter dissimulabat pro tempore, an amore castitatis fecerit, pro certo compertum non habeo. Illud celeberrime fertur, nunquam illum cujusquam mulieris contubernio pudicitiam lasisse. Sed, quia ad id locorum ventum est, lectorem prænotitium volo quod hic quasi ancipitem viam narrationis video, quia veritas factorum pendet in dubio. Siquidem aliquantos Normannos rex accerserat, qui olim inopiam exulis pauculis beneficiis levarant; inter quos (35) Robertum, quem ex monacho Gemmetecensi episcopum Londoniæ, et post archiepiscopum Cantuariæ, stauerat. **335** Illic, cum reliquis, Angli moderni vituperant delatorem Godwini et filiorum ejus, hunc discordiæ seminatore, hunc archiepiscopi emptorem: Godwinum et natos magnanimos viros, et industrios auctores et tiores regni Edwardi, non mirum si succensuerint quod novos homines et advenas sibi præferri viderent; nunquam tamen contra regem, quem semel fastigaverint, asperum etiam verbum locutos. Contra, Normanni sic se defensitant, ut dicant et eum et filios magna arrogantia et infidelitate in regem et in (36) fami-

liares ejus egisse, æquas sibi partes in imperio vendicantes, sæpe de ejus simplicitate solitos nugari, sæpe insignes facetias in illum jaculari: id Normannos perpeti (37) nequivisse, quin illorum potentiam quantum possent enervarent. Denique Deum monstrasse quam sancto animo Godwinus servierit; nam cum post piraticas rapinas, unde dicemus inferius, priori gratiæ redditus esset, et in convivio cum rege discumberet, orto sermone de Elfredo regis fratre (38), « Tu, » inquit, « rex (39), ad omnem memoriam germani, rogato me vultu video quod aspicias; sed non patiatur Deus ut istam offam transglutiam, si fui (40) conscius alicujus rei quæ spectaret ad ejus periculum vel tuum incommodum. » hoc dicto, offa quam in os miserat suffocatus, (41) oculos ad **336** mortem invertit. Inde ab ipso filio ejus Haroldo, qui regi astabat, sub mensa extractus, in episcopatu Wintoniæ sepultus est.

§ 198 Propter istas, ut dixi, altercationes periclitatur oratio, dum quod ex asse verum definitum non habeo, vel propter naturale utrarumque gentium dissidium, vel quia ita res se habet quod Angli aspernanter ferant superiorem, Normanni nequeant pati parem. Sed de moribus eorum in sequenti libro pergam dicere, cum de adventu Normannorum in Angliam occasio se obtulerit. Nunc, (42) quanta veritate potero, perstringam de similitate regis in Godwinum et filios ejus.

§ 199. (43) Eustachius erat comes Bononiæ, pater Godefridi et Baldewini qui nostro tempore reges apud Jerosolymam (44) fuerunt: habebatque sororem regis Godam legitimis nuptiis desponsatam, quæ ex altero viro, Waltero Medantino, filium tu-

(29) *Vel prece vel pretio.* a. s. d. e. l., omitt. in c. 1., inserta in margine c. 2.

(30) *Edgitham,* etc. Eodem anno (1045) rex Edwardus uxorem duxit Edgitham, Godwini comitis filiam, diebus decem ante diem festum Præsentationis Domini (die 23 Jan.). (*Saxon. Chron.*)

(31) *Si literas stuperes.* Ingulphus de Edgitha scribit: « Puella pulcherrima, litteris apprime erudita; vixi ego illam multoties, cum patrem meum in regis curia morantem adhuc puer inviserem, et sæpius mihi de scholis venientis de literis ac versu meo apponebat, cum occurrerem; et libentissime de grammatica soliditate ad logicam levitatem, qua callebat, declinans, cum argumentorum subtili ligamine me conclusisset, semper tribus aut quatuor nummis per ancillulam numeratis, ad regium penum transmisit, et resectum dimisit.

(32) *Moriens.* Edgitha Wintoniæ obiit diebus septem ante diem Natalis Domini (19 Decembr.) an. 1075, ingentisque pompa in eodem tumulo ac vir suus, Wertmonasterii jussu regis Willelmi I sepulta fuit.

(33) *Willelmi.* c. d. e.. regis Willelmi, a. s. l.

(34) *Familiæ.* a. s. d. e. l., facile, c.

(35) *Robertum.* Robertus Cantuariensis factus archiepiscopus an. 1051 (*Sax. Chron.*) anno sequenti exsulatus est.

(36) *In.* a. s. c. l., omitt. in d. e.

(37) *Perpeti.* a. d. e. l., pati s. c.

(38) *Elfredo regis fratre.* Vide § 188.

(39) *Rex.* a. d. e. l., O rex, s. c.

(40) *Fui.* a. s. d. e. l., sim, c.

(41) *Oculos ad mortem invertit.* In Sax. Chron. diversa datur comitis Godwini obitus relatio. « Hoc anno (1055) Wintoniæ rex aderat in die sancto Paschæ, et cum eo Godwinus comes, filius ejus Haroldus comes et Tostigus. Prima die post Pascha mensæ cum rege assidebat cum subito humi contra suppedaneum prolapsus est, voce simul et viribus destitutus. In regis cubiculum illum tulerunt, animos recepturum sperantes, sed ita non contigit. Sic voce et viribus destitutus usque ad feriam quartam remansit, donec vitam exhalarat xvii Kal. Maii (15 April.) Wintoniæ in veteri monasterio sepultus est. » Vide etiam Flor. Wigorn. a. D. 1053.

(42) *Quanta veritate potero, perstringam.* Vide Saxon. Chronic., an. 1052 (1050-1.)

(43) *Eustachius.* Eustachius II, cognomento aux Grenons. Patri Eustachio I, an. 1049, successit; uxoremque duxit, an. 1050, Godam, Æthelberhti regis filiam, et Waltheri Medantini (Gauthier de Mantes) viduam, ex qua prolem non habuit; sed ex Ida uxore tres reliquit filios, Eustachium qui illi successit; Godefridum, Antwerpæ marchionem an. 1076 ab imperatore Henrico IV creatum, postea vero Bullionis ducem, regem tandem Jerosolymæ electum an. 1099 (23 Julii) ubi diem supremum obiit die 18 Julii an. 1100. Illi successit Baldwinus frater Edessæ comes.

(44) *Apud Jerosolymam* c. d. c., *Jerosolymorum,* a. s. l.

lerat (45) Radulfum, qui eo tempore erat comes Herefordensis, ignavus et timidus, qui Walensibus pugna cesserit, comitatumque suum, **337** et urbem cum episcopo, ignibus eorum consumendum reliquerit; cuius rei infamiam, mature veniens Haroldus virtutibus suis abstersit. Eustachius ergo, transfretato mari de Witsand in Doveram, regem Edwardum, nescio qua de causa, adiit. Collocutus cum eo, et re impetrata quam petierat, (46) per Doroberniam redibat: unus antecessorum ejus ferocius cum cive agens, et vulnere magis quam prece (47) hospitium exigens, illum in sui excidium (48) invitavit. Quo cognito, Eustachius, ad ~~mandandam~~ necem servi cum toto comitatu profectus, homicidam quidem cum aliis decem et octo interemit; sed, civibus ad arma convolantibus, viginti ex suis amisit, innumeris vulneratis; ipse vix cum altero in ipso tumultu subterfugit. Inde ad curiam pedem referens, nactusque secretum suae partis patronus assistens, iram regis in Anglos exacuit. Godwinus per nuntios ad curiam accitus venit. Exposita causa, et praecipue rege insolentiam Dorobernensium accumulante, intellexit vir acrioris ingenii, unius tantum partis auditis allegationibus, non debere proferri sententiam. Itaque, quamvis rex jussisset illum continuo cum exercitu in Cantiam proficisci, in Dorobernenses graviter ulturum, restitit; et quod omnes alienigenas apud regis gratiam invalescere invideret, et quod compatriotis amicitiam praestare vellet. Praeterea videbatur ejus responsio in rectitudinem propensior, **338** ut magnates illius castelli blande in curia regis de seditione convenirentur: si se possent explicare, illaesi abirent; si nequirent, pecunia vel corporum suorum dispendio, regi cuius pacem infregerant, et comiti quem laeserant, satisfacerent: iniquum videri ut quos tutari debeas, eos ipse potissimum (49) inauditos adjudicet. Ita tunc discessum, Godwino parvipendente regis furorem quasi momentaneum. Quocirca totius regni proceres jussi Glocestram convenire, ut ibi magno conventu res ventilaretur. Venerunt eo etiam (50) Northanhimbri comites tunc famosissimi, Sywardus et Leofricus, omnisque Anglorum nobilitas. Soli Godwinus ejusque filii, qui se suspectos scirent, sine praesidio armorum veniendum non arbitrati, cum manu valida Beverstane restiterunt; famam serentes in vulgus, quod ideo exercitum aduassent ut Walenses com-

A pescerent, qui, tyrannidem in regem meditantes, oppidum in pago Herefordensi obfirmaverant, ubi tunc Swanus, unus ex filiis Godwini, militiae praetendebat excubias. Sed Walenses jam audientiam praevenerunt, et conspirationis accusatos in via curiae toti fecerant, adeo ut rumor spargeretur quod in eodem loco regius exercitus eos adoriretur. Quo accepto, Godwinus ad conjuratos classicum cecinit ut ultro domino regi non resisterent; sed, si conventi fuissent, quin se ulciscerentur loco non cederent. Et profecto facinus miserabile et plusquam civile bellum fuisset, nisi materiora consilia intercessissent. Ita quantulumque concordia interrim inita, iterum-praeceptum ut Londoniam concilium congregaretur; mandatum Swano filio Godwini ut fuga sua regis iram mitigaret. **339** Godwinus et Haroldus quantocius ad concilium hac conventionem venirent inermes, duodecim solum homines adducerent; servitium militum, quos per Angliam habebant, regi contraderent. Contra, illi negare: non posse se ad conventiculum factionorum sine vadibus et obsidibus pergere; domino suo in militum deditioe parituros, tum praeterea in omnibus praeter gloriae et salutis periculum. Si veniant inermes, vitae timeri dispendium; si paucos stipatores habeant, gloriae fore opprobrium. Obstantius obfirmarat rex animum ne a quiesceret precibus supplicantium; itaque prolatum edictum ut intra quinque dies Anglia excederent (A. D. 1051). Godwinus et Swanus Flandriam, Haroldus concessit Hiberniam. Comitatus ejus attributus Elgare Leofrici filio, viro industrio; quem ille suscipiens tunc rexit nobiliter, reverso restituit libenter. Et postea, Godwino mortuo cum Haroldus parentis ducatum impetrasset, repetiit audacter, aliquanto tamen tempore inimicorum accusatione (51) exiliatus. Omnis reginae substantia ad unum annum emuncta; ipsa regis sorori apud Warewellan in custodiam data, ne scilicet omnibus suis parentibus patriam suspirantibus sola sterteret in pluma. Posteriori anno (A. D. 1052) exulum quisque de loco suo egressi Britannicum mare circumvagari, littora piraticis latrocinii infestare, de cognati populi opibus praedas eximias conjectare (52). Contra quos, a regis parte, plusquam sexaginta naves in anchoris constiterunt: praefecti classi **340** Odo et Radulphus comites, et regis cognati (53). Nec segnem sensit regem illa necessitas, quin ipse in navi pernoctaret, et latronum exitus specularetur,

(45) Radulphum. Vide Florent. Wigorn. a. D. 1051 Radulphus, Herefordensis comes, obiit die 21 Decembris 1057. (Sax. Chron. et FLORENT. WIGORN.)

(46) Per Doroberniam redibat. Relationem pugnae inter Eustachii viros et Dorobernenses e Saxonica Chronica hausisse videtur Malmesburiensis in qua statuitur quod comes et sui viri. Cantuarie sumpto cibo, Doveram processerunt, ubi hostitari decreverant. Ibi acciderunt quae hic narrantur, non vero Cantuarie, ut ex Malmesburiensi se sui videtur.

(47) Prece. a. c. d. e. l., prece aut pretio, s.

(48) Excidium. a. s. d. e. l., exitium e.

(49) Potissimum. a. s. d. l., omitt. in E.

(50) Eo etiam. s. d. e. l., etiam ibi, e., ergo et etiam, a.

(51) Exiliatus. Ælfgarus an. 1055 proscripserunt eum; sed Griffino Walensium principi junctus Angliam proscripserunt victor, invadit. Defuncto patre Leofrico comite, die 30 Sept. 1057 comitatus Merciae successit; anno autem sequenti pulsus paulo post, Griffini Aquilonum Walensium ope adjutus, ad suos rediit.

(52) Conjectare. e., conjectare, a. s. c. d. l.

(53) Cognati. a. s. d. e. l., propinqui, c.

scilulo explens consilio quod manu nequibat præsenio. Sed, cum comitatus ventum esset, et jam pene manus consererentur, nebula densissima repente coorta furentum obtutus confudit, miseramque mortalium audaciam compescuit: denique Godwinus ejusque comites, eo unde venerant, vento cogente reducti. Non multo post, pacifico animo repatriantes, regem apud Londoniam offenderunt (54): orantes veniam admisi sunt. Senex ille, et lingua potens (55) ad flectendos animos audientium, probe se de omnibus quæ objectabantur expurgavit: tantumque brevi valuit, ut sibi liberisque suis honores integros restitueret; Normannos omnes, ignominia notatos, ab Anglia effugaret; prolata sententia in Robertum archiepiscopum ejusque complices quod statum regni conturbarent, animum regium in provinciales agitantes. Verum ille, non expectata violentia, sponte profugerat cum sermo pacis componeretur; Romamque profectus, et de causa sua sedem apostolicam appellans, cum per Gemeticam reverteretur defunctus, ibique sepultus est in ecclesia sanctæ Mariæ, quam ipse præcipuo et sumptuoso opere construxerat. Invasit continuo, illo vivente, (56) Stigandus, qui erat episcopus Wintoniæ, archiepiscopatum Cantuariensem; 341 infamis ambitus pontifex, et honorum (57) ultra debitum appetitor, qui, spe throni excelsioris episcopatum Saxonum Australium (58) deserens, Wintoniam incederet, illam quoque cum archiepiscopatu tenuerit. Quapropter nunquam ab apostolica sede pallium meruerit, nisi quod (59) Benedictus quidam perversor apostolatus misit; pecuniâ scilicet ad concedendum (60) corruptus, vel quod mali gratificetur similibus. Sed ille mox a Nicholao (61), qui ex episcopo Florentiæ legitime papatum susceperat, expulsus zelo fidelium, indebitum nomen exiit. Stigandus quoque tempore regis Willielmi (62) per cardinales Romanos (63) degra-

adatus (64) perpetuisque vinculis innodatus, inexplabilis aviditatis nec moriens finem fecit; siquidem, eo mortuo, clavicula in secretis reperta, quæ, seræ cubicularis scrinii apposita, innumerabilium thesaurorum dedit indicium chartas, in quibus notata erat et metallorum qualitas et ponderum quantitas quæ per omnia prælia compilator avarus defoderat. Sed hæc postmodum; nunc de Godwino quod inchoaveram terminabo.

342 § 200. Habuit primis annis uxorem Cnutonis sororem, ex qua puerum genuerat; qui, primis pueritiæ annis emensis, dum equo quem ab avo acceperat puerili jactantia superbiret ab eodem in Tamesim (65) portatus, voragine aquæ suffocatus interit: mater quoque, ictu fulminis exanimata, sævitæ poenas solvit; quod dicebatur agmina mancipiorum in Anglia coempta, Danemarchiam solere mittere, puellas præsertim quas decus et ætas pretiosiores facerent, ut earum deformi commercio cumulos opum aggeraret. (66) Post ejus obitum aliam duxit, cujus genus non comperi; de qua liberos tulit, Haroldum, Swanum, Tostinum, Wulnodum, Girtham, Leofwinum. Haroldus post Edwardum rex aliquot mensibus fuit, et a Willelmo apud Hastings victus, vitam et regnum cum fratribus duobus minoribus (67) amisit. Wulnodus a rege Edwardo Normanniam, quod eum pater obsidem dederat ibi toto tempore Edwardi inextricabili captione irretitus; regnante Willelmo in Angliam remissus, in vinculis Salesbiriæ consecuit. Swanus, perversi ingenii et infidi in regem multotiens a patre et fratre Haroldo descivit; et, pirata factus, prædis marium virtutes majorum polluit. Postremo pro conscientia (68) Brunonis cognati interempti, et ut 343 quidam dicunt, fratris, Ierosolimam abiit; indeque rediens a Saracenis circumventus, et ad mortem cæsus est. Tostinus a rege Edwardo, post mortem Siwardi, Northanbiu-

(54) Offenderunt. a. c. d. e. l., invenerunt, s.

(55) Et lingua potens. c. d. e. l., et fama clarus et lingua potens, a; S. omit. clarus.

(56) Stigandus. Stigandus Orientalium Anglorum an. 1046 episcopus consecratus est; sed regis maris causam amplexus eodem anno episcopatu suo spoliatur quem tamen anno sequenti recuperavit. Defuncto Ælfwino Wintoniæ episcopo, an. 1047, hinc sedi successit Stigandus, unde, proscripio archiepiscopo Roberto, an. 1052, Cantuariam translatus est, palliumque a Benedicto papa X, an. 1058 recepit.

(57) Honorum. c. d. e. bonorum, a. s. l.

(58) Saxonum. Legendum videtur, Orientalium Anglorum.

(59) Benedictus. Defuncto Stephano IX, episcopus Velitrensis sanctam sedem an. 1058 factionis ope usurpavit, quam novem mensibus et viginti diebus tenuit. Etsi tantum usurpator esset, sub nomine Benedicti X inter summos pontifices ponitur.

(60) Ad concedendum c. e., persuadendum a. s. d. l.

(61) Nicholao. Gerardus, episcopus Florentinus, die 28 Decembris an. 1058 electus, die 18 mensis sequentis coronatus cognominatusque est Nicolaus II. Florentia obiit mense Jul. 1061.

(62) Willielmi. a. c. d. e. l. Willelmi Conquestoris, s.

(63) Romanos. a. o. d. e., Romæ, c. l.

(64) Degradatus. Stigandus gradu dejectus est in magno concilio Wintoniæ habito intra octavam Paschæ, an. Dom 1070, presentibus rege et tribus Romanis cardinalibus, tribus de causis: videlicet, quod injuste sedem Wintoniensem cum suo archiepiscopatu tenuit; quod archiepiscopo Roberti, adhuc superstitis et injuste pulsus pallium ferret; quod demum a Benedicto pseudopontifice pallium recepisset. (SM. DUNELM.)

(65) Tamesim. a. c. d. e. l., Tamesim fluvium.

(66) Post ejus obitum, etc. Secundæ comitis Godwini uxori nomen erat Gytha. (Sax. Chron. et Flor. Wigorn.)

(67) Minoribus. e., junioribus, a. s. c. d. l.

(68) Brunonis cognati, etc. Sweynus, stuprata Eadgyra Leomonasterii abbatissa in Daniam aufugit sed impetrandæ a rege veniæ anxius, Beornum comitem (filium avunculi sui, Danici comitis, Ulf) requisivit, ut sibi comitem intercessoremque præberet. Consanguinei petitioni assensus est Beornus, nec ullum pertimescens dolui tres tantum sibi socios assumpsit. Vix tamen navem conscenderat, cum jussu Sweyni mortis, trahitus est. (FLORENT. WIGORN. et Sax. Chron.)

brizæ comitatus prælati, pene decennio provinciz Northanhimbros in rebellionem excitavit. Solitarium enim repertum ex regione fugarunt, pro contuitu ducatus occidentum non arbitrati: homines ejus, et Anglos et Danos obruncarunt; equos et arma, et supellectilem omnem corridentes. Rumore ad regem delato, turbataque patria, Haroldus ivit obviam ut propulsaret injuriam. Northanhimbri licet non inferiores numero essent, tamen quieti consulentes factum apud eum excusant; se homines libere natos, libere educatos, nullius duris ferociam pati posse, a majoribus didicisse aut libertatem aut mortem. Unde si subditos velit, Markerium filium Elgari eis præficiat, re experturum (70) quam dulciter sibi obedire si dulciter tractati fuerint. Hæc Haroldus audiens, qui magis quietem patriæ quam fratris commodum attenderet, revocavit exercitum; et, adito rege, firmum ducatum Marcherio statuit. Tostinus, infensus omnibus, cum uxore et liberis Flandriam abiit, ibique usque ad Edwardi fuit obitum; qui nostris literis differetur interim, dum dixerò quod ejus tempore Romæ accidisse a senioribus didicimus.

§ 901. Erat papa (71) Gregorius sextus, ante dictus Gratianus, magnæ religionis et severitatis. Is 344 ita Romani apostolatus statum per incuriam antecessorum diminutum invenit, ut præter pauca oppida urbî vicina, et oblationes fidelium, pene nihil haberet quod se sustentaret. Civitates et possessiones in longinquo positæ, quæ ad jus ecclesiæ pertinebant, a prædonibus ablata; tramites publici et strata viarum per totam Italiam a latronibus stipabantur, ut nullus peregrinus nisi cum majori manu impune transiret. Fervebant totis semitis insidiatorum examina, nec inveniebat viator quo colloquio evaderet: ita in vacuum sicut in pecuniosum farebatur; nec supplex habere gratiam, nec resistens pati poterat violentiam. Cessatum est ab omni provincia Romaniter aggredi, quod mallet quislibet per domesticas ecclesias nummos suos dividere, quam latrunculos propriis laboribus paseere. Quid in urbe unico olim habitaculo sanctitatis? ibi in medio foro vagabantur sicarii, genus hominum infidum et versutum. Si quis semitarum observatores aliquo transisset artificio, capitis scilicet periculo apostoli ecclesiam videre cupiens, in sicarios incidens, nullo modo sine substantiæ vel salutis damno domum reverteretur. Super ipsa sanctorum apostolorum et martyrum corpora, super sacra altaria, gladii nudabantur; oblationes accedentium vixdam

A appositæ de manibus abriplebantur; abreptæ in commessiones et scortorum abusiones consumebantur. Tantorum malorum turbo Gregorii papam offendit. Ille primo leniter, et ut pontificem decet, 345 magis amore quam terrore cum subjectis agere; delinquentes plus verbis quam verberibus premere; urbani a peregrinorum infestatione, a rapina sacrorum, cessarent. Alterum esse contra naturam, ut ille qui communi vesceretur aere non communi frueretur pace: Christiano inter Christianos libere, quo liberet, progrediendum; deum omnes sint ex uno famulatio, omnes unius sanguinis conjuncti coagulo, redempti pretio; alterum contra Dei mandata, qui præceperit ut qui altario deserviunt de altario vivant. Præterea domum Dei decere esse domum orationis, non speluncam latronum, non gladiatorum conventiculum. Permitterent oblationes in usus transire sacerdotum, vel in expensas pauperum. Provisurum se illis quos egestas ad rapinas compelleret, ut aliquo honesto officio stipem haberent; quos cupiditas exagitabat, ipsi sibi, pro Dei timore et sæculi honestate, modum ponerent. Invasores ecclesiastici patrimoniis mandatis et epistolis invitavit, ut aut indebita redderent, aut se jure illa tenere in senatu Romano probarent. Si neutrum facerent, ecclesiæ membra se non esse cognoscerent, qui capiti ecclesiæ beato Petro, et ejus vicario, resultarent. Talia frequenter concinnatus, aut parum aut nihil proficiens, severioribus remediis inveterato morbo tentavit occurrere. Cauterio itaque excommunicationis omnes ab ecclesiâ corpore removit, vel qui talia facerent, vel qui agentibus convivio vel etiam colloquio participarent. Hæc ille pro suo officio satis agebat, sed pene in perniciem versa sedulitas; nam et ille dicit, « Qui arguit derisorem, ipse sibi injuriam facit, » maligni illi, levi admonitione perstricti, contra ferere, minis auras territare, muros urbis armis circumonare, adeo ut pene papam interimerent. Itaque 346 ferro abscissionis utendum judicans, armis undecunque et equos acquisivit, milites et equites adornavit; ac, primum basilicam beati Petri præoccupans, raptores oblationum vel extinxit vel effugavit. Inde fortunam sibi aspirare videas longius progreditur; et, si qui resisterent occidis, prædia omnia et oppida, multis temporibus amissa, in antiquum jus reformavit. Ita pax, per multorum segnitiam exulans, per unum hominem in patriam rediit. Securi peregrini insuetas viarum terrores orbitas, læti per urbem antiquis oculis pascebant miraculis, cantantes donis factis repatriabant.

(69) *Provincia*. a. s. c. d. e 2. l., deest in e.—Tosti Northanhimbriæ comitatus, defuncto Siwardo comite a. D. 1055, successit, sed a suis baronibus proscriptus est an. 1065. Vide Sax. Chron. et Florent. Wigorn.

(70) *Re experturum*. a. c. d. e., *rex expertum*, s.

(71) *Gregorius sextus*. s. c. e. l., *Gregorius*, illius vocabuli *sæxtus*, a. d. m. — Pagiug Gregorii pontifi-

catus initium mensi maio 1044 ascribit; sed Ughellius chartam citat in qua mensis Augustus 1046 primus esse ejus pontificatus annus statuitur. Depositus est in concilio Sutrii die Natalis Domini a. D. 1046, habito, eo quod sanctam sedem simonia obtinisset. Animadvertit Sharpius quæ hic a Malmesburiensi de hoc pontifice referuntur apocrypha repertari. Confer. Rodulphi. Glabers. lib. v. c. 5.

Quirites interea, raptò vivere assueti, sanguinarium illam vocabant, indignam esse qui Deo offerret sacrificium tot cædium conscius; et, ut fieri solet quod morbus obloquii ab uno serpat in omnes, ipsi etiam cardinales argumenta populi probabant, adeo ut, cum beatus ille valetudine qua defunctus est decumberet, consilio inter se prius habito, ausu temerario admonerent ne se in ecclesia sancti Petri cum cæteris apostolicis tumulari præciperet qui tot hominum mortibus officium fœlisset. Tum ille, recollecto spiritu, torvisque luminibus minax, hanc orationem habuit :

§ 202. « Si in vobis vel scintilla humanæ rationis vel scientia divinæ auctoritatis esset, tam præcipiti suasionem non conveniretis pontificem vestrum; qui, quantum vixi et patrimonium meum in vestra commoda effudi, et postremo famam mundi pro vestra liberatione neglexi. Et si alii hæc quæ proscinditis at texerent, par erat vos obsistere, opiniones stultorum melioribus interpretationibus lenientes. Cui, quæso, thesaurizavi? forsitan mihi. At thesauros antecessorum meorum habebam qui cuiuslibet avaritiæ sufficerent. Quibus salutem, quibus libertatem restitui? **347** referetis quod mihi. At adorabar a populo, et libere quæ volebam acutabam; applaudebatur mihi totis orationibus, acclamabatur in laudes meas totis diebus. Has laudes, hos plausus abstulit mihi vestra tenuitatis contumacia; ad vos fluxi animum, et severius agendum æstimavi. Fortunarum vestrarum titulos prædo impius abliguriebat, vos inopem vitam diurno pane agebatis; ille de oblationibus vestris pretiosa sibi serica mercabatur, vos populari et dissuto amictu oculos movebatis meos. Itaque, cum hæc nequirem pati, bellum aliis indixi, ut damno civium emerem gratiam (72) clericorum. Sed, ut modo experior, in ingratos beneficia collata perdi; quod alii per angulos mussitant vos evomit in publico. Et libertatem quidem probo, sed pietatem requiro. Morientem patrem filii de sepultura sua exagitant; communem mortalium domum mihi negabitis? Non arceatur ab introitu ecclesiæ meretricula, non usurarius, non latro; et vos papam ingredi prohibetis? Quid refert an mortuus an vivus sacrarium introeat, nisi quod vivus multitentatur illecebris, ut nec in ecclesia macularum subsistat immunis, ibi sæpe peccandi reperiens materiam ubi venerat diluere culpam; mortuus peccare nesciat, imo peccare non possit, supremo carens viatico. Quam immanis igitur barbaries, ut hunc a dono Dei excludas, cui peccandi desit et voluntas et facultas! Quapropter, filii, tam præruptæ audaciæ pietentiam agite, si forte vobis remittat Deus hanc noxam. Stulte enim et amare locuti estis ad hanc horam. Sed ne ovietis me sola vni auctoritate, ra-

tionem accipite : « Omnis actus hominis secundum cordis intentionem debet **348** examinari, ut eo vergat facti iudicium unde processit facienti consilium. » Fallor si non idem Veritas dicit; « Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si vero nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. » Crebro (73) me miserabilis convenit egenus ut ejus levarem inopiam; ego, futurorum iuscius, non abnuui, sed diversis monetis onustatum dimisi. Discedens ille in publico aggero latronem offendit; incautus cum eo sermonem conseruit, prædicans sedis apostolicæ indulgentiam, et, ut fidem dictorum probaret, marsupium protulit. Interim dum itur, multaue confabulatione via fallitur, dolosus ille, paulisper remoratus, caputque peregrini clava quam ferebat affligens, nec mora extinxit; subreptisque denariis, gloriatus est de homicidio quod persuaserat percuræ cupidò. (74) Nunquid ergo me inde recte iudicabitis, qui peregrino dederam unde causam mortis incurreret? Neque enim ille, quamvis crudelissimus, hominem pessondaret nisi avidis stultis nummos infarcire speraret. Quid dicam de legibus forensibus et ecclesiasticis? Nonne in eis unum idemque factum, diverso respectu, et punitur et laudatur? animadvertitur in latronem quod occiderit hominem in occulto, probatur in milite si fuderit hostem in bello; ita homicidium et in illo vituperabile et in isto laudabile censetur, quia iste pro salute patriæ, ille occiderit pro aviditatis ingluvie. Laudatus est olim prædicandæ memoriæ prædecessor noster Adrianus primus quod investituras ecclesiarum Karolo Magno concesserit, ita ut nullus electus consecraretur **349** ab episcopo nisi prius a rege insigniretur et annulo et baculo: contra, laudatur in nostri sæculi pontificibus quod has donationes tulerunt principibus. Poterat tunc rationabiliter concedi, quod nunc rationabiliter (75) debet auferri. Cur ita? Quia erat animus Magni adversus avaritiam invictus, nec facile invenisset aditum aliquis nisi intrasset per ostium; præterea, per tot terrarum interstitia nequibat requiri sedes apostolica ut unicuique clerico assensum commendaret suum, dum esset prope rex qui nihil per avaritiam disponderet, sed juxta sacra canonum scita religiosa personas ecclesiis introduceret. Nunc omnia palatia regum luxus et ambitus occupavit; quare merito libertatem suam sponsa Christi asseverat, ne illam tyrannus ambizioso usurpatori prostituat. Ita in utramvis partem potest causa mea infirmari vel allegari. Non est episcopi officium ut ipse committi jubeat (76) præflum; cæterum, spectat ad munus episcopi ut, si videat naufragari innocentiam, et manu et lingua occurrat. Sacerdotes Ezechiel accusat quod non steterint ex

(72) Gratiam. a. c. d. e. l., gloriam s.

(73) Crebro. a. s. d. e. l., certe crebro, s.

(74) Nunquid ergo me inde recte iudicabitis, qui peregrino dederam nude causam mortis incurreret.

Omitt. in c1.

(75) Rationabiliter. c. d. e., laudabiliter, a. s. l.

(76) Committi jubeat. c. d. e., committat vel committi jubeat, a. s. l.

adverso, nec opposuerunt (77) clypeum pro domo Israel in die Domini. Duæ sunt scilicet personæ in ecclesia Dei ad rescauda vitia constitutæ : una quæ exacuat eloquium, altera quæ portet gladium. Ego, ut vos mihi testes esse potestis, non neglexi meas partes : quoad speravi proficere, armavi linguam ; illum cuius interest rem agere gladio certiozem feci nuncio ; occupatum se rescripsit bello Windelicorum, rogans ut meis laboribus suis expensis non gravarer deturbare latronum 350 conciliabula. Si remissem, quam excusationem Deo asserrem, cum imperator suas in me partes sollicitasset ? Viderem eadem civium, damnum peregrinorum, et dæmoniorum ? Alqui qui parci latroni, occidit innocentem. Sed obijciatur non esse sacerdotis ut se cæde cuiuslibet immaculet, et ego concedo : at ille se non inquinat (78) qui sonentem premeus, insontem liberat ; imo vero, imo beati, qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore. Sacerdotes fuerunt, amplissima laude famosi, Finæ et Mathathias, ambo sacra tiara frontem insigniti, ambo sacerdotalibus stolis amicti, ambo tamen in delinquentes manu ulti sunt. (79) Alter venereos amplexus pugione confodit : alter inmolantem inmolatitio crucori commiscuit. Si ipsi, quasi spissas legis tenebras palpantes, pro ipsis umbraticis mysteriis zelo divino efferati sunt, nos, aperta fronte veritatem contuentes, patiemur sacra nostra prophanari ? Azarias sacerdos (80) regem Oziam thurificantem expulit ; et proculdubio non dubitasset occidere, nisi ille accelerasset cedere. Prævenit episcopalem manum plaga divina, ut lepra depasceretur illius cadaver cuius animus anhelasset illicita. Deturbata fuit regis devotio, et non deturbabitur latronis ambitio ? Parum est quod excuso, si non et laudem factum meum. Contuli enim illis beneficium quibus videor contulisse exitium, poenam minui qui mortem acceleravi. Sceleratus enim, quanto plus vixerit, tanto plus peccabit ; nisi forte aliquis (81) quem Deus 351 singulari exemplo respexerit. Mors in commune bona est omnibus : per eam justus repouitur in cœlestibus, injustus ponit ferias sceleribus ; malus dat flagitiis terminum, bonus pertendit ad bravium ; sanctus propinquat ad palmam, peccator spectat ad veniam, quod figit flagitiis metam. Gratiæ igitur mihi habendæ sunt illorum vice qui tantis miseris exempti sunt meo munere. Hæc habui, quæ pro me dicere, ut vestras assertiones evacuarem. Sed, quoniam et meæ et vestræ ratiocinationes falli possunt, committamus omnia divino examini : corpus meum,

A autecessorum more compositum, ante januas ecclesiæ sistite ; januas seris et repagulis damnetur : si Deus voluerit ut ingrediar, applaudetis miraculo ; sin minus, de cadavere meo facite quod potius vestris insederit animis. »

§ 203. Hac permoti oratione, cum ille extremum efflasset (82), ante portas seris oclusas exanimis præsulis exuvias deportant ; sed mox divinitus turbo emissus, omnia repagulorum obstacula dirumpens, valvas etiam ipsas, vehementi patefactas impetu, ad parietem impulit. Populus astans exclamat in gaudium : pontificis corpus cum patribus (83) celebri veneratione locatum.

DE MULIERE MALEFICA A DÆMONIBUS AB ECCLESIA
EXTRACTA.

B § 204. Hisdem diebus simile huic in Anglia contigit, non superno miraculo, sed inferna permissio ; quod cum retulero, non vacillabit fides historiarum mentes auditorum sint incredulæ. Ego illud a tali viro audivi, qui se vidisse juraret, 352 cui erubescerem non credere. Muller in Berkeleya mansuebat, maleficiis, ut post patuit, insueta, sequeiorum veterum non inscia, gulæ patrona, petulantia arbitra, flagitiis non ponens modum, quod esset adhuc citra senium, vicino licet pede pulsans senectutis aditum. Hæc cum quadam die convivaretur, cornicula quam in deliciis habebat, vocalius solito, nescio quid, cornicata est : quo audito, dominæ cullus de manu (84) excidit, simul et vultus expulit ; et, producto gemitu, « Hodie, ait, ad ultimum sulcum meum pervenit aratrum ; hodie audiam et accipiam gaude incommo dum. » Cum dicto nunciis miseriarum intravit : percunctatus quid ita vultuosus adventaret, « Affero, inquit, tibi ex villa illa, » et nominavit locum, « filii obitum et totius familie ex subita ruina interitum. » Hoc dolore (85) seorsina pectus saucia continuo decubuit ; sentiensque morbum perrepere ad vitalia, superstites libera, monachum et monacham, pernicious invitavit epistolis. Advenientes voce singultiente alloquitur : « Ego, fili, quodam meo miserabili fato dæmoniacis semper artibus inservii ; ego vitiorum omnium sentina, ego illecebrarum magistra fui. Erat tamen, inter hæc mala, spes vestræ religionis quæ miseram palparet animam ; de me desperata, in vobis reclinabar ; vos proponebam propugnatores adversus dæmones, tutores contra sævissimos hostes. Nunc igitur, quia ad finem vitæ accessi, et illos habeo exactiores in poena quos habui suosores in culpa, rogo vos per materna ubera, si qua fides, si qua pietas, ut mea saltem tentetis alleviare tormenta : et de anima

(77) *Opposuerunt*. s. l., *apposuerunt*, a. e. d. e.

(78) *At ille se non inquinat*. d. e., *si ille se inquinat*, a. s. c. l.

(79) *Alter... commiscuit*. Vid. Joseph. *Antiq. Jud.* lib. iv, c. 6, § 12 ; lib. xii, c. 6, § 2.

(80) *Azarias sacerdos*. a. s. d. e. l., *at Zacharias sacerdos*, c. 2, *at Zacharias sacerdotes*, c. 1. (Vide 2 Chron., c. xxvi, 16 21.)

(81) *Aliquis*. c. d. e., omitt. in a. s. l.

(82) *Extremum efflasset*. c. e. l., *extremum efflasset spiritum*, a. s. d.

(83) *Patribus*. c. d. e., *presbyteris*, a. l., *prædecessoribus*, a.

(84) *De manu*. c. d. e., omitt. in a. s. l.

(85) *Hoc dolore*. a. c. d. e.; *hoc dicto et dolore*, a. l.

quidem sententiam prolata[m] non revocabitis. **353** A sum. Denique illud revocatum Aurelianiensi episcopo, et per eum in vulgus seminatum.

corp[us] vero forsitan hoc modo servabit[is]. Insuite me (86) corio cervino, deinde in sarcophago lapideo sapinate, operculum plumbo et ferro constringite; super hæc lapidem tribus catenis ferreis, magni scilicet ponderis, circumdate: psalmicines quinquaginta sint noctibus, ejusdemque numeri missæ diebus, qui adversariorum excursus feroces levigent. Ita, si tribus noctibus secure Jacuero, quarta die infodite matrem vestram humo; quanquam verear ne fugiat terra sinibus me recipere et fovere suis, quæ toties gravata est malitiis meis.) Factum est ut præceperat, illis magno studio incumbentibus. Sed, proh nefas! nil lachrymæ valere piæ, nil vota, nil preces; tanta erat mulierculæ malitia, tanta diaboli violentia. Primis enim duabus noctibus, cum chori clericorum psalmos circa corpus concreparent, singuli dæmones ostium ecclesiæ, immani obice clausum, levi negotio defringentes, extremas catenas diruperunt; media, quæ operosius elaborata erat, illibata duravit (87). Tertia nocte, circa gallicinium, strepitu advenientium hostium omne monasterium a fundamentis moveri visum (88): unus, cæteris et vultu terribilior et statura eminentior, januas majori vi concussas in fragmenta dejecit. Diriguere clerici metu, et (89) steteruntque comæ et vox faucibus hæsit.) Ille arroganti, ut videbatur, gestu ad sarcophagum accessit, inclamatoque nomine, ut surgeret imperavit: qua respondente quod nequiret pro vinculis, et Solveris, inquit, et malo tuo; et statimque catenam, quæ cæterorum **354** ferociam eluserat, nullo conamine ut stuppeum vinculum diripit. Operculum etiam tumbæ pede depulit; apprehensamque manu, palam omnibus, ab ecclesia extraxit: ubi præ foribus equus, niger et superbus, hinniens videbatur, uncis ferreis per totum tergum protuberantibus; super quos misera Imposita, mox ab oculis intuentium, cum toto sodalicio disparuit. Audiebantur tamen clamores per quatuor fere miliaria miserabiles suppetias orantis. Ista incredibilia non Judicabit qui legerit beati (90) Gregorii Dialogum, qui refert in quarto libro nequam hominem, in ecclesia sepultum, a dæmonibus foras ejectum. Apud Francos quoque non semel auditum est quod dicam: Karolum Martellum insignis fortitudinis virum, qui Saracenos, Gallias ingressos, Hispaniam redire compulit, exactis diebus suis in ecclesia sancti Dionysii sepultum; sed, quia patrimonia omnium pene monasteriorum Gallix pro mercede commilitonum mutilaverat, visibiliter a malignis spiritibus e sepulchro abreptum, ad hanc diem nusquam vi-

DE ANULO STATUÆ COMMENDATO.

§ 205. Verum, ut Romam revertar, ejusdem urbis civis, ephæbus (91) ætate, locuples opibus, genere senatorio sublimis, uxorem (92) noviter duxerat; sodalibus suis accitis, convivium frequens paraverat. Post cibum, cum minutioribus poculis hilaritatem invitassent, in campum prodeunt, ut oneratos dapibus stomachos vel salu[m], **355** vel jactu, vel aliquo exercitio attenuarent. Ipse rex convivii, ludi signifer, pilam poposcit: interim anulum sponsalium digito extento statuæ æræ, quæ proxime astabat, composuit. Sed cum pene omnes solum impeterent, suspiciosus, extis incaltescentibus, primus se a lusu removit: anulum repetens, invenit statuæ digitum usque ad volam curvatum. Diu ibi luctatus, quod nec anulum ejicere, nec digitum valeret frangere, tacite discessit; re sodalibus celata, ne vel præsentem riderent, vel absentem annulo privarent. Ita nocte intempesta cum famulis rediens, digitum iterum extentum, et anulum subreptum, miratus est. Dissimulato damno, novæ nuptiæ blanditiis delinuit est. Cunque hora cubandi (93) venisset, seque juxta uxorem collocasset, sensit quidam nebulosum et deusum inter se et illam volutari, quod posset sentiri, nec posset videri. Hoc obstaculo ab amplexu prohibitus, vocem etiam audivit, « Mecum concumbe, quia hodie me desponsasti: ego sum Venus, cujus digito apposuisti anulum; habeo illum, nec rediam.» Territus ille tanto prodigio, nihil referre ausus est nec potuit; insomnem illam noctem duxit, tacito iudicio rem examinans. Eclpsum est in hoc multum tempus, ut quacunque ille hora gremio vellet conjugis incumbere, illud idem sentiret et audiret; alias sane valens, et domi aptus et militiæ. Tandem, querelis uxoris communitus, rem parentibus detulit: illi, habito consilio, Palumbo cuidam suburbano presbytero negotium pendunt; erat is nigromanticis [necromanticis] actibus instructus, magicas excitare figuras, dæmones territare et ad quodlibet officium impellere. Pactus ergo grande mercimonium, **356** ut, si amantes conjungeret, multo ære sulciret marsupium, in omne se ingenium notis artibus excitavit, compositamque epistolam juveni dedit: «Vade, inquit, illa hora noctis ad complutum ubi se finit in quadrivium, et stans tacite considera. Transient ibi figuræ hominum utriusque sexus, omnis ætatis, omnis gradus, omnis postremo conditionis; quidam equites, quidam pedites; alii vultum in terram dejecti, alii

(86) *Me. c. d. e.*, omitt. in a. s. l.

(87) *Illibata duravit. c. d. e.*, omitt. in a. et l., *integra remansit*, s. et in l2. alia manu inter lineas superscripta.

(88) *Moveri visum. c. d. e.*, *visum est everti*, s., *risum*, a. l1., *est everti*; hæc in l1., manus alia inter lineas scripsit.

(89) *Steteruntque comæ, etc. Virg. Æn. III, 48.*

(90) *Gregorii Dialogum... in quarto libro.* Multas ejusmodi legendæ in Gregorii Dialogis occurrunt.

(91) *Ephæbus.* Glossa in a. 1, *Lucianus.*

(92) *Uxorem.* Glossa in a. 1, *Eugeniam.*

(93) *Cubandi.* a. s. c. d. e.; *cumbendi* l.

tumido supercilio elati; et prorsus quicquid ad lætitiā vel tristitiā pertinet, in illorum vultibus et vultibus et gestibus: nullum eorum compellabis etsi loquantur tecum. Sequetur illam turbam quidam, reliquis statura procerior, forma corpulentior, curra sedens; huic tacitus epistolam trades legendam: siet e vestigio quod voles, fac tantum præsentī animo sis.) Aggreditur illo iter præceptum, et, nocte sub divo astans, fidem dictorum presbyteri visu explorat; nihil enim fuit quod minus promissis desideraret (94). Inter cæteros quoque transeuntes vidit mulierem ornatu meretricis mulam ineq̄uitantem; crinis solutus humeris involitabat, quem vitā aurea superne constrinxerat; in manibus aurea virga qua equitaturam regebat: ipsa, præ tenuitate vestium pene nuda, gestus impudicos exequabatur. Quid plura? Ultimus, qui dominus videbatur, oculos terribiles in juvenem exacueus, ab axe superbo smaragdīs et unioñibus composito, causas adventus exquirīt: nihil ille contra, sed protenta manu porrigit epistolam. Dæmon, notum sigillum non ausus contemnere, legit scriptum; moxque, brachiis in cœlum elatis, Deus, inquit, omnipotens (95), quamdiu patieris nequitias Palumbi 357 presbyteri? Nec mora, satellites a latere suo visit qui anulum extorquerent a Vevere: illa, multum tergiversata (96), vix tandem reddidit. Ita juvenis, voti compos, sine obstaculo potius est diu suspiratis amoribus. Sed Palumbus, ubi dæmonis clamorem ad Deum de se audivit, suam dierum sibi præsignari intellexit. Quocirca, omnibus membris ultro truncatis, miserabili defunctus est poenitentia, confessus papæ coram populo Romano inaudita flagitia. [(97) hoc omnis Romana regio usque hodie prædicat, matresque docent liberos suos ad memoriam posteris transmittendam.]

DE CORPORE PALLANTIS FILII EVANDRI.

§ 206. Tunc (98) corpus Pallantis filii Evandri, de quo Virgilius narrat, Romæ repertum est illibatum, ingenti stupore omnium quod tot secula incorruptione sui superavit: quod ea sit natura conditorum corporum, ut, carne tabescente, cutis exterior nervos, nervi ossa contineant. Hiatus vulneris quod in medio pectore Turnus fecerat, quatuor pedibus et semis mesuratum est. Epitaphium huiusmodi repertum:

*Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit more suo, jacet hic.*

Quod non tunc crediderim factum, licet Carmentis, mater Evandri, Latinās literas dicatur invenisse; sed ab Ennio, vel alio aliquo antiquo poeta (99)

(94) *Desideraret. e., desiderares, a. s. c. d. l.*

(95) *Omnipotens. a. c. d. e., in cuius conspectu omne peccatum est tanquam fœtor, s. l. 2., hæc in interlineari spatio apud l. 1. recentiori manu scripta.*

(96) *Multum tergiversata. a. c. d. e. l., vultum tergiversata, s.*

(97) Hæc addit apographum Pertzii. Vide (*Monum. Germ.*, X, 471), qui hanc legendam ex codice Cantabrigiensi descripsit. EDIT. PATR.

A compositum. Ardens lucerna ad caput inventa arte mechanica, ut nullius status violentia, nullius liquoris aspergine, valeret extinguī. Quod cum multi mirarentur, unus, ut semper aliqui solertius ingenium in malis habent, stylo subtus flammam foramen fecit; ita introducto aere, ignis 358 evanuit. Corpus, muro applicitum, vastitate sui ætæ altitudinem vicit; sed procedentibus diebus, stillicidiis rorulentis iufusum, communem mortaliū corruptionem agnovit, cute soluta et nervis fluctibus.

DE MULIERE DUO CORPORA HABENTE

§ 207. Tunc quoque in confinio Britannię et Normannię portentum visum est in una vel potius duabus mulieribus. Duo erant capita, quatuor brachia, et cætera gemina omnia usque ad umbilicū: inferius duo crura, duo pedes, et cætera omnia singula. Ridebat, comedebat, loquebatur una: flebat, esuriebat, tacebat altera. Ore gemino manducabatur, sed uno meatu digerebatur. Postremo una defuncta, supervixit altera: portavit pene triennio viva mortuam, donec et mole ponderis et dolore cadaveris ipsa quoque defecit. Putatum est a quibusdam, et literis etiam traditum, quod hæc mulieres Angliam et Normanniā significaverint; quæ, licet spatiis terrarum sint divisæ, sunt tamen sub uno dominio unitæ. Hæc quicquid pecuniarum aridis faucibus insorbuerint, in unam lacunam defluit, quæ sit vel principum avaritia, vel circumpositarum gentium ferocia: mortuam et pene exhaustam Normanniā vigens pecuniis sustentat Angliā, donec et ipsa fortassis succumbat exactorum violentia; felix si unquam et libertatem respirare poterit, cujus inanem jamdudum persequitur umbram. Nunc gemit calamitatibus afflicta, pensionibus addicta: causam huiusce calamitatis describam, si prius quædam dixerō ad rem pertinentia. Quia enim forensia gesta et negotia bellica regum Anglorum huc usque contexui, libet aliquantisper in sanctitate quorundam 359 spatiari: simulque considerandum quatenus divinæ pietatis fulgor ab initio fidei populū illum circumfulserit, quod nusquam gentium, ut opinor, reperies tot sanctorum illibata post mortem corpora, incorruptionis illius extremæ simulachrum præferentia. Quod ideo fieri credo cœlitus, ut natio pene extra orbem posita, ex consideratione incorruptelæ sanctorum, fidentius ad spem resurrectionis animaretur. Et sunt sane quinque omnino quos noverim (cæterum, plures ecclesie prædicant sui) sancta (100) Etheldritha et (1) Wibur-

(98) *Corpus Pallantis filii Evandri, de quo Virgilius narrat. Æn. 2, 474-487.*

(99) *Poeta. a. c. d. e. l., omitt. in s.*

(100) *Etheldritha. Aunæ, Orientalium Anglorum regis filia, et Ectrithi uxor erat. Heliuse (Ely) cœnobium an. 673 condidit cuius prima abbatissa facta est. Helia sepulta fuit ubi corpus ejus incorruptum permansit. Hanc monialem celebravit Beda (lib. iv, cap. 9 et 20).*

(1) *Wiburga. Altera Aunæ, Orientalium An-*

ga virgines, (2) rex Edmundus, (3) archiepiscopus A Elfegus, (4) Cuthbertus antiquus pater, omnes inviolais cute et carne, flexibilibus articulis, extremis vitali quodam tepore, speciem dormientium meditantēs. Quis enumeret cæteros omnifariæ 360 conditionis et professionis (5) sanctos? Quorum nuncupatim nomina et vitas (6) persequi nec propositum est nec otium; quanquam, oh si tempus olim fuerit super (7)! sed tacebo, ne majora viribus videar polliceri. Atque adeo nullum de plebe necesse est nominare, sed tantum regæ stirpis pueros puellasve, ut cæptæ materiæ orbitas ducam; plerosque innocenter cæsos, quos non humana conjectura, sed divina ratio, martyres consecravī: unde datur cognosci quantam fecerint licentiæ voluptatum parcimoniam, qui, tam facilis necis compendio, cælestem occupaverunt gloriam.

§ 208. (8) In laudibus beatissimi Oswaldi, regis et martyris, in superiori libro aliquandiu versata est oratio; cujus sanctitatis fuere indicia, cum cætera, (9) tum illud quod secundum quædam exemplaria in gestis Anglorum asseritur. In Selesiensī 361 cœnobio, quod sanctæ religionis (10) Wilfridus monachis Northanhimbris répleverat, exitialem morbum exortum multos necasse; reliquos, triduo indicto jejunio, pestem pellere tentasse. Secunda jejunii die, beatos apostolos Petrum et Paulum, puero eadem valetudine decumbenti apparentes, his illum animasse: non eum debere metuere mortem imminentem, quæ sit et præsentis languoris exitus et vitæ perennis introitus. Cæterum, neminem de

glorum regis, filla. Ejus et corpus (A. D. 797) apud Deorham inventum est prorsus integrum incorruptumque quinquaginta quinque annis ex quo de hac vita migraverat. » (Sar. Chron.) At Florentius annum sequentem assignat: « A. D. 798. Corpus sanctæ Wihburgæ virginis, filix Annæ regis Orientalium Anglorum, et sororis sanctarum virginum Sexburgæ, Æthelburgæ, ac Ætheldrithæ, sine corruptione inventum est, post annos fere LV ex quo apud villam quæ Dirham vocatur humatum est. » (FLOR. WIGORN.) Confer Vitam B. Wihburgæ virginis, mss. Trin. Coll. Cant. Gall. O. 2.

(2) Rex Edmundus. Orientalis Angliæ rex; martyrium passus est die 20^a Novemb. an. 870. Vide § 97, not.

(3) Archiepiscopus Elfegus. Vide § 165, not.

(4) Cuthbertus. Lindisfarne sextus episcopus et sanctus patronus. Tumulus ejus, undecim annos, postquam humatus fuerat aperto, corpus, quod incorruptum integrumque inventum est, in alium locum translatum fuit; anno autem 1104, amplius quam quatuor sæculis ex quo prima vice exhumatus est, ejus feretro iterum aperto; corpus adhuc integrum incorruptumque Dunelmum delatum est. Anno tandem 1827 Cuthberti tumulus denuo tertia vice apertum est. Integra et lectu digna vestium et reliquiarum ibi inventarum relatio publicata est a Raine Dunelmensi (in-4^o Dunelmi, 1828).

(5) Et professionis. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. 1.

(6) Quorum nuncupatim nomina et vitas. a. s. c. c., l. legit, omnia pro nomina; quorum nunc pandere nomina et vitas, d.

(7) Quanquam, oh si tempus olim fuerit super! a. s. c. e. k. l., quanquam otii tempus olim fuerit super, s.

PATROL. CLXXIX.

A illo monasterio hac pestilentia moriturum, quod Deus præclari regis Oswaldi concesserit meritis, pro compatriotis eadem die supplicantis; hunc enim esse diem quo idem rex, peremptus a perfidis, stellatum in momento tribunal conscenderit. Quærent ergo in albo quo mortuorum scribebantur nomina, et si ita invenirent, soluto jejunio, securitati et lætitiæ indulgentes, missarum solennia Deo et sancto regi concinerent. Huic (11) visioni pueri mors e vestigio subsecuta, martyrisque dies in martyrologio inventa, simul et expulsio morbi, ab omni provincia adeo sunt attestata, ut nomen Oswaldi ex tunc inter martyres notaretur; quod, pro recenti funere, fœdellium antea numero sociabatur. Merito ergo, merito, inquam, laudandus, cujus gloriam divinus assensus B approbato extulit indicio, ut eum missarum præcipere celebrari præconio; inusitato, ut opinor, mortalibus exemplo. Ne autem hæc videantur strivola, prohibet indubitata historici auctoritas, simulque beatus (12) episcopus Acca, relatoris symmistes.

§ 209. (13) Eghertus rex Cantuariorum, filius Ercomberti, 362 de quibus supra dixi, habuit cognatos juvenes, vicino consanguinitatis gradui lineam regum contingentes, (14) Ethelredum et Egelbirtum, filios scilicet Ermenredi patris sui. Hos ille in spem regni adolescere metuens, salutique suæ timens, ægro et miserabili victu circa se aliquandiu habitos, tandem contuitum suum eis lividens, ab aulæ frequentia removit; moxque per ministrum nomine Thunre, quod tonitruum sonat, oc-

(8) In laudibus beatissimi Oswaldi, regis et martyris, in superiori libro aliquandiu versata est oratio, § 49.

(9) Tum illud quod secundum quædam exemplaria in gestis Anglorum asseritur. Bedæ Hist. ecclesiast. gent. Angl., lib. IV, c. 14. In quibusdam Bedæ codic. mss. caput hoc deest, exstat in Mori ms. quem secutus est Smith. Sic huius loci omissionis rationem reddit doctissimus editor. — Magna hic est differentia mss. in numerandis capitulis. Nec hic titulus nec proxime sequens est in indice capitulorum codicis Mori, etiamsi caput 14 sit in ipso codice Cottoniano non notandum est, sed in codice Cottoniano deest hoc caput 14 de Oswaldi; et notatur in margine manu valde antiqua: *Hic deest folium*. Exinde etiam sequiores mss. vel argumenta caput 14 et 15. vel caput ipsum 14 omittunt, prout ab hoc vel illo veteri codice transcripti fuerint. Sed cum argumenta et dispositio capitulum bene convenient subjecto in vulgaribus mss. unusque e veteribus mss. folium deest fateatur; et recepti ordinis mutatio confusionem aliquant lectoribus pariat, ego in antiquorum codicum dissonantia vulgarem dispositionem secutus sum: »

(10) Wilfridus. Vide § 51, not.

(11) Huic. e. l., Huic autem, s.

(12) Episcopus Acca. Acca Wilferthensis presbyter, ad Hexhamensem episcopalem sedem evehctus est an. 710. (Vide Bedam, lib. V, c. 20, et Smithi not. ad hunc locum).

(13) Eghertus rex Cantuariorum, filius Ercomberti, de quibus supra dixi, § 12.

(14) Ethelredum et Egelbirtum, filios scilicet Ermenredi patris sui. Vide § 12 et § 13.

culte interemptos, scobi profundæ immersit, arbitratus posse latere homicidium quod commisisset clam visibus hominum. Sed divinus ille oculus, quem arcana cordium non fallunt, tulit in lucem insontes, multas ibi largitus sanitatum gratias; quoad vicini commoti, rudera illa tumultuario cespite corporibus conjecta (15) effodientes, fossam ad speciem sepulchri dirigunt, ecclesiola super ædificata. Jacuere ibi usque ad tempus regis Edgari; tunc enim a beato Oswaldo archiepiscopo (16) Wigorniensis levata, et ad cœnobium Ramesiæ deportata sunt: ex qua die multis se miraculis manifestarunt supplicum votis exorabiles.

§ 210. Offa rex Merciorum, pro confirmatione, ut putabat, regni, sine ullo delectu amici vel inimici multos potentes trucidavit; inter quos Egelbirtum (17) regem, nefariam rem in procum filix operatus. Verum illius mors innocua, brevi regno filii Offæ creditur, ut supra dixi, vindicata: quin et Deus adeo evidentibus signis sanctitatem ejus prodidit, ut hodieque sedes episcopalis 363 Herefordi sub ipsius nomine consecratur. Nec ineptum debet videri aut incongruum quod antecessores nostri, probi et religiosi viri, vel taciturnitate tolleraverunt, vel auctoritate roboraverunt.

§ 211. Quid de sancto (18) Kenelmo, (19) teneræ ætatuæ puero, stylus hic comminiscetur dignum? Hunc pater Kenulfus rex Merciorum, septennem, Quendridæ sororis fidei edocandum reliquit; sed illa, falso sibi regnum præsagens, fraterculum, tollendum e medio, satelliti qui alumnus erat commendavit. Is insontem, causa remittendi animum (20) quasi venatum ducens, inter fructea obruncatum occuluit. Et mirum dictu, quod fraus, tam celate in Anglia commissa, Romæ divinitus innotuit: siquidem membrana super altare sancti Petri superne, columba ferente, delapsa, necis et sepulchralis loci per ordinem index; quæ, quia elementis Anglicis erat conscripta, a Romanis, et aliarum gentium hominibus qui aderant, frustra legi tentata. Sed salubriter et in tempore astitit Anglus, et, linguæ involucrum Latialiter Quiritibus evolvens, effecit ut apostolici epistola regibus Anglis compatriotam martyrem indicare; quapropter frequenti cœtu innocentis corpus levatum Winchelcumbam veheretur. Ita clericorum vocali cantu, et laicorum alacri plausu, parricidalis fœmina commota, e fenestra cœnaculi in quo stabat caput extulit; et, forte psalterium præ manibus habens, continuatione lectionis ad psalmum pervenerat, et Deus laudem

A meam, quem a fine, nescio quo præstigio, retrograde dicens, nitebatur lætitiæ 364 cantantium infirmare. Tum vero vi divina lumina veneficæ, cavis orbibus evulsa, cruore versum polluerunt, et hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam, Cruoris signa exstant hodie, immanitatem mulierculæ et Dei ultionem spirantia. Corpusculum sancti celebriter colitur, nec ullus fere locus in Anglia majori ad festum adventantium veneratur frequentia. Exigit hoc et antiquæ sanctitatis persuasio, et miraculorum crebra exhibitio.

§ 212. Nec vacabunt laude tua paginæ nostræ, felix puer, (21) Wistane filii Wimundi, filii Wihladii regis Merciorum et Eihelstedæ filix Chelwulfi qui fuit patruus Kenelmi: te, inquam, non tacebo, quem Berfertus cognatus nefarie interemit. Norinque posteris, si qui has literas cognitione dignas duxerint, nihil in seculo indolis tuæ nobilitate gloriosius, qua irritatus infestus lanio (22) te mortificaverit; nihil in Deo puritate tua innocentius, qua invitatus internus arbiter te honorificaverit: nam cœlo demissa columna (23) lucifera, denseque noctis dirumpens pallia, profundæ caveæ scelus detexit, carnificis nequitiam arguit. Quapropter venerandæ reliquæ, levatæ parentum officio, Rapedune locatæ sunt, tunc temporis famoso (24) monasterio; nunc est villa comitis Cestrensis, cujus gloria pro situ vetustatis exoleta. Nunc Eveshamum inhabitas, dignus qui faventium votis serenus indulgeas.

§ 213. De sanctitate regum Orientalium Saxonum et Orientalium Anglorum Beda multa 365 retulit; quorum regnorum (25) genealogiam hujus operis (26) primo libro breviter intexui, quia plena gesta regum nusquam potui reperire (27). Veruntamen (28) de sancto Edmundo, quem sæculum Bedæ non attigit, amplior procedetur oratio, qui in Orientali Anglia principatum tenuit. Provincia illa ab austro et oriente cingitur oceano; ab aquilone paludem uligine et stagnorum rapaci voragine, quæ trium vel duum milium (29) spatio latitudine, infinitaque longitudine, protensa, incolarum usui piscosam præbent exuberantiam; ab occidente reliquæ insulæ continua, sed defossa humo ad instar monti aggere permunita. Pæcorum pabulis, ferarum capturis humus egregia; cœnobiis referta, congregationibus monachorum numerosissimis intra ipsas stagnorum insulas institutis; gens læta et lepida, facetaque festivitate jocorum ad petulantiam pro-

(15) *Conjecta*. c. d. e., *injecta*, a. s. l.

(16) *Archiepiscopo*. a. s. c. e. l., *episcopo*, d. — Oswaldus Eboracensis archiepiscopus simul et Wigorniensis episcopus erat.

(17) *Egelbirtum regem*. Vide § 86 et § 97, not. 10.

(18) *Kenelmo*. Vide § 95, not.

(19) *Teneræ ætatuæ*. a. s. c. d. e., *teneræ ætati*, l.

(20) *Animum*. a. c. d. e. l., post *animum* s. legit *vel recreandi*.

(21) *Wistane*. De S. Wistano consule mss. Harl. 2233, *De martyrio S. Wistani*.

(22) *Infestus lanio*. a. d. e. l., *infestus latro*, l., *infaustus latro*, c.

(23) *Columna*. d. e. l., *columba*, a. s. c.

(24) *Famoso*. s. c. d. e. l., post *famoso* a. legit *sicut in primo libro dixit*.

(25) *Regnorum*. a. s. c. d. e. 2. l. m. omitt. in e. l.

(26) *Primo libro breviter intexui*. §§ 97, 98.

(27) *Reperire*. a. c. d. e. l., *invenire*, s.

(28) *De sancto Edmundo*. Vide § 97, not.

(29) *Milium*. s. c. d. e. l., *milliariorum*, a.

nior. (30) Hic regnavit Edmundus, vir Deo devotus, a vita prosapia regum excellens; qui, cum aliquot annis pacifice provinciam præfuisset, nulla temporum mollitie virtutem evirare impulsus. Danorum duces, Hinguar et Hubba, Northanhimbrorum et Orientalium Anglorum depopulaturi (31) provincias venere: quorum primus regem non resistantem, sed armis projectis solo pronum et orantem, cepit, et (32) post nonnulla tormenta **366** decapitavit. Emicuit post necem beati viri transactæ vitæ puritas miraculis inauditis. Caput, a corpore lictoris sævitia divisum, dumeta projicientibus Danis occulerant: quod dum cives quærerent, hostem abeuntem vestigiis insecuti, funeri regio justas soluturi inferias, jocunda Dei munera hausere; exanimati capitis vocem expressam, omnes ad se lustratores invitantis. Lupum, feram cadaveri assuetam, laceratis illud circumplexum (33), innoxiam præterdere custodiam: eundem, more domestici animalis, bajulos post tergum modeste ad tumbam secutum, nullum læsisse, a nullo læsum esse. Tunc pro tempore humi traditum corpus venerabile, terrea gleba superjecta, et exiliis pretii lignea capella superstructa. Sed aderat oscitantibus provincialibus virtus martyris, semisopitas mentes eorum ad sui reverentiam signis excitans; et leve quidem ac frigidulum sit, sed primum virtutum (34) ejus experimentum, quod subjiciam. Latrunculos, noctu sacram ædem expilare aggressos, invisibilibus conatibus irretivit; formoso admodum spectaculo, quod præda prædones tenuit, ut nec cœpto desistere, nec inchoata valerent perficere. Quapropter Theodredus, Londoniæ præsul, qui apud sanctum Paulum jacet, plebeæ machinæ diurnam (35) amolitus est injuriam, augustius ædificium super veneranda membra molitus, quæ et miranda incorruptione, et lacteo quodam candore, gloriam sanctæ animæ prædicabant. Caput, olim a cervice revulsum, nunc reliquo corpori compaginatum, signum tamen martyrii coccinea cicatrice **367** prætendens. Porro illud humana miracula excedit, hominis mortui crines et ungues sensim pullulare, quos Oswen, quædam sancta mulier, quot annis hos tonderet, illos desecaret, sacra veneratione posteris futuros: sanctæ temeritatis fœmina, quæ coram cerneret et contractaret artus quibus omnis inferior hic est mundus. At non ita Lefstanus, præcipitis et effrenatæ audaciæ adolescens, qui sibi corpus martyris

minis inflatoribus ostendi exegerat; famæ, ut dicebat, incertum fide oculorum ponderare deliberans (36). Ideoque prærupti ausus pœnam tulit, amens effectus; et post modicum, scaturiens vernibus, et mortuus. Novit profecto quod olim consueverat; novit Edmundus modo facere:

Parcere subjectis et debellare superbos.

Quibus artibus ita sibi omnis Britannicæ devinxit incolas, ut beatum se in primis astruat qui cœnobium illius vel nummo vel valenti illustrat. Ipsi quoque reges, aliorum domini, servos se illius gloriantur, et coronam ei regiam missitant, magno si uti volunt redimentes commercio. Exactorum vectigalium, qui alias bacchantur, fas nefasque juxta metientes, ibi supplices citra fossatum sancti Edmundi litigationes sistunt, experti multorum pœnam perseverandum (37) putarunt.

§ 214. Nomina quoque puellarum regii generis aliquarum oris mei perstringet præconium; præfata brevitatis venia, quam non fastidii nausea, sed miraculorum facit incititia. Anna rex Orientalium Anglorum habuit filias tres, Etheldritham, **368** Ethelburgam, Sexburgam. Etheldritha, duobus viris nupta, felici ([38] ut Beda auctor est) continentia, sine ulla pudoris jactura, sine ulla libidinis urtica, perpetuæ virginitatis lauream cœlo victrix exhibuit. Ethelburga, in monasterio Galliæ quod dicitur (39) Brigis, sanctimonialis primum, dehinc abbatissa, illibatæ integritatis signaculo floruit: et speciosum certe quod ambæ sorores, sicut concupiscentiam carnis in se vivæ domuerant, ita defunctæ incorruptam eandem præferunt, illa in Anglia, ista in Gallia, ut earum sanctitas, quæ abunde fulgurat, sufficiat geminos irradiare polos. Sexburga, Ercomberto regi Cantuariorum in matrimonium data, et post ejus mortem velata in eodem monasterio quo soror Etheldritha, prædicatur sancta. Habuit ex illo rege filias Ercongotam et Erméildam. (40) De Ercongota scire volentes lectio Bedæ informabit. (41) Ermenilda, Wulferio regi Merciorum locata, habuit filiam Werburgam, virginem sanctissimam. Utræque sanctæ, mater apud Hely, ubi post matrem Sexburgam abbatissa fuit (42), filia apud civitatem Legionum, pausant, in monasterio ejusdem urbis quod construxit noviter Hugo comes Cestrensis, ejectis inde pauculis clericis qui ibidem sædo et paupere victu vitam transigebant. Earum, et præcipue junioris, ibi laudantur

(30) Hic regnavit. Quæ ab his verbis ad finem § 213 adduntur, in Malmesb. occurrunt; *De gest. pontif.* p. 136.

(31) Depopulaturi. a. c. d. e., *dépopulari*, s. l.

(32) Post nonnulla tormenta. Arbori alligatus est et sagittis ad mortem confusus. Vide Abbonem, *De passione S. Edmundi*, regis Orientalium Anglorum; ms. Dom. Joan. Bapt. Oxon. n.º 199.

(33) Circumplexum. a. c. d. e. l., *complexum*, s.

(34) Virtutum. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(35) Amolitus est injuriam. c. d. e., *sustulit injuriam*, a. s. l.

(36) Deliberans. c. d. e., *desiderans*, a. s. l.

(37) Putarunt. Multo ampliora de hac re occurrunt in Malmesb. *De gestis pontif.* l. ii, p. 136^b, ed. Lond.

(38) Ut Beda auctor est. *Histor. Eccles.* lib. iv, c. 19, 20.

(39) Brigis. Faremoustier en Brie, celeberrimæ Benedictinarum monialium parthenon.

(40) De Ercongota scire volentes lectio Bedæ informabit. *Histor. Eccles.* lib. iii, c. 8, § 172. Vide etiam Malmes. *Gesta reg. angl.* § 41, not.

(41) Ermenilda, Wulferio regi Merciorum locata; habuit filiam Werburgam, virginem sanctissimam. Vide supra § 76 fin.

(42) Fuit. Post fuit s. l. legunt et.

merita, extolluntur miracula; cumque omnium A petitionibus sint incunctanter favorabiles, 369 tum (43) maxime orationes foeminarum et puerorum vicino et contiguo auxilii pede attingunt.

§ 215. Frater Wulferii Merewaldus (44), ex Ermenberga filia Ermenredi fratris Ercomberti, tulit filias (45), Mildritham et Milburgam. Mildritha (46) in Taneto insula Cantiae, quam matri suae in solutionem necis fratrum suorum, Ethelredi et Egelbirthi, dederat rex Egbertus, coelibatui dans operam, ibidem vitae metam incurrit. Sequenti tempore, ad coenobium sancti Augustini Cantuariam translata, eximia monachorum sedulitate honoratur, pietatis fama et dulcedinis juxta vocabulum suum in cunctos aequae praedicabilis. Et quamvis ibi pene omnes monasterii anfractus pleni sint sanctorum corporibus, nec eorum parvi nominis aut meriti, sed quorum singula per se possent illustrare Angliam, nullo tamen illa colitur inferius, quin imo amatur et commemoratur dulcius. Adest illa se diligentibus, nullos surda transiens aure, saluti consulens animae.

§ 216. Milburga (47) apud Wenelec requiescit; olim ab accolis nota, sed post adventum Normanorum, dum nescitur locus sepulchri, aliquandiu oblivioni data: nuper vero, adunato ibi conventu monachorum Cluniacensium, dum, inchoata novi templi machina, quidam puer per pavimentum concitatus cursitaret, efracta mausolei 370 fovea propalam corpus virginis fecit. Tunc balsamici odoris aura per ecclesiam properante (48), altius levatum tot miracula praebuit, ut, catervatim eorum (49) populorum unde confluerent, vix patuli campi capiebant viatorum agmina; dum aequis umbonibus dives et mendicus se agerent, cunctos in commune praecipitante fide. Nec cassum eventum res habuit, adeo ut nullus inde nisi exstincta vel mitigata valetudine discederet; nonnullosque regius morbus, medicis sane incurabilis, per merita virginis relinqueret.

§ 217. Edwardus senior, (50) de quo superius multa retuli, suscepit ex uxore Edgiva (51) filias multas; inter quas et Edburgam, quae, vix dum (52) trima esset, spectabile futurae sanctitatis dedit periculum. Explorare volebat pater utrum ad Deum an ad seculum declinata esset pusiola; posueratque in triclinio diversarum professionum (53) or-

namenta, hinc calicem et evangelia, inde armillas et monilia. Illuc virguncula ulnis nutritiae (54) blandientis allata, genibus parentis assedit; jussaque utrum vellet eligere, torvo aspectu secularia despiciens (55), prompteque manibus reptans (56) evangelia et calicem, puellari adoravit innocentia. Exclamat coetus assidentium, auspiciam futurae sanctitatis in puella; exosculatus, pater ipse arctioribus basis dignatus sobolem: «Vade, inquit, quo te vocat Divinitas, sequere fausto pede quem elegisti Sponsum; et profecto 371 et ego et conjux felices erimus (57) si a filia religione victi fuerimus.» Ita sanctimonialium habitum iuduta, cunctas sodales ad amorem sui in urbe Wintoniae sedulitate obsequii invitabat; nec resupinabat eam alta prosapiae magnitudo, quod generosum putaret in Christi inclinari servitio. Crescebat cum aetate sanctitas; adolescebat cum adulta humilitas, in tantum ut singularum soccos furtim noctu surriperet, et diligenter lotos et inunctos lectis rursus (58) apponeret. Quapropter, licet multis miraculis Deus viventem insignierit, istud exemplum magis in causa praedico, quod omnia opera ejus inchoabat charitas et consummabat humilitas. Denique devotionem pectoris et integritatem corporis ejus miracula, in vita et post mortem, commendant plurima, quae templorum ejus aeditui Wintoniae et Perscore nescientibus viva voce pronunciant.

§ 218. Edgari regis filia, beata Edgitha, Wiltoniense coenobium, sedem ossium suorum, dulcibus (59) exuviis exornat, amore fovet; ubi, ab infanzia scholae Dominicae tradita, incorrupta semper virginitate et frequentibus excubiis Dei gratiam demerebatur, natalium tumorem mentis ingenuitate premens. Unum a majoribus accepi quod non mediocriter iudicium offendebat hominum, fallens videlicet oculos eorum auratarum apparatu vestium; siquidem cultioribus indumentis jugiter ornata procederet quam illius professionis (60) sanctitudo exposceret. Unde a sancto Ethelwoldo palam increpata, respondisse fertur, nec inepte nec infacete, «Verax et irrefragabile 372 iudicium Dei, sola mortalium operitur conscientia; nam et in sordibus luctuosus potest esse jactantia. Quapropter puto quod tam incorrupta mens potest esse sub istis vestibus, quam sub tuis discissis pellibus.» Hoc dicto repercussus pontifex, et veri-

(43) Tum. c. d. e., tunc, a. s. l.

(44) Merewaldus. Vide § 76 fin.

(45) Filias. a. c. d. e., duas filias, s. l.

(46) In Taneto insula Cantiae. Hanc compensationem aestimandi sibi concessa facultate, (id est eorum weregild,) eam terrae partem quaesivit quam cervus uno cursu circuire posset in insula Taneto, ubi coenobium condidit. Vide W. Thorn. col. 4910, et Natale S. Mildrithae (Saxonice), ms. Cott. Calig. A. XIV, 4. SHARPE, 278.

(47) Milburga. Vide § 76.

(48) Properante. c. d. e., spirante, a. s. l.

(49) Eorum. e., eo, a. s. c. d. l.

(50) De quo superius multa retuli. Vide supra

§ 125, not.

(51) Edgiva. e., Elgiva, a. s. l., Edelaritha, c. d.

(52) Vix dum. a. d. e. l., s. c. omitt. viz.

(53) Professionum. a. c. d. e. l., possessionum, s.

(54) Nutritiae. a. c. d. e. l., nutriticis, s.

(55) Despiciens. e., despuens, a. c. d. l. m., respuens, s.

(56) Reptans. a. c. d. e. l., raptans., s.

(57) Erimus. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(58) Rursus. d. e., rursum, a. s. c. l.

(59) Dulcibus. a. s. c. d. e. 2. l., ducibus e l.

(60) Professionis. a. c. d. e. l. omitt. in s.

tatem dicti approbans taciturnitate sua, lætūque A quod a virtutibus majorum rex Edwardus, de quo erubescens quod scintillante puellæ sententia fuerit aute digressionem dicebam, miuine degeneraverit. inustus, siluit. Viderat illam sanctus Dunstanus Denique miraculis et prophetiæ spiritu, sicut deinceps dicam, claruit. In exactionibus vectigalium in consecratione basilicæ beati (61) Dionysii, quam parcus, quippe qui et exactores 374 execraretur; in cibis et potibus regalis luxus immunis; in illa in amorem martyris (62) ædificaverat, pollicem præcipuis festiuitatibus, quamvis amiciretur vestibus dextrum frequenter protendere, et signum crucis auro intextis quas regina sumptuosissime elaborauerat, ita temperans erat, ut nec majestati suæ fronti e regione pingere; delectatusque admodum, decesset, nec tamen supercilium attolleret; magis « Nunquam, inquit, putrescat hic digitus. » Continuque intra missarum agenda prorupit in lacrymas, lacrymas adeo profluas ut singultienti voce discipulum prope astantem conculceret; rei que Dei (68) de his munificentiam, quam mundialem causam quæsitus, « Cito, ait, hæc florida rosa gloriam mente versans. Unum erat quo in seculo marcescet, cito avis dilecta Deo avolabit, post sex cculo (69) animum oblectaret suum, cursus canum ab hoc die septimanas. » Consecuta est e vestigio velocium, quorum circa saltus latratibus solebat rerum veritas pontificale vaticinium; namque illa, lætus applaudere; volatus volucrum, quorum natura est de cognatis avibus prædas agere. Ad hæc nobilis propositi tenax, prædicta die (63) citra juven- exercitia continuis diebus, post audita mane divi- ventæ terminum efflavit; cum esset annorum vinti- officia, intendebat, Cætera, vir Deo voluntarie dedi- ginti trium. Nec multo post, idem beatus vidit tus, inter regni negotia vivebat angelum; pauperibus somnii visione sanctorum Dionysium virginem ami- hospitibusque, maxime transmarinis (70) et cabiliter manu tenentem, et ex oraculo divino con- religiosis, benignus appellando, munificus dando, stanter jubentem ut a famulis honorificaretur in et ad illorum sanctitatem monachos suæ patriæ terris, sicut a Sponso et Domino venerabatur in cœlis. Ita crebrescentibus ad tumbam miraculis, invitando. Erat discretæ proceritatis, barba et ca- edietum ut corpus virgineum levaretur, et altius pillis cygneus, facie roseus, toto corpore lacteus, effereetur; inventumque totum in cineres solum membrorum habitudine comoda peridoneus.

373 præter digitum, et alvum, et alvo subjecta : unde disputantibus nonnullis, uni ex his qui vide- rant, dormienti, virgo ipsa astitit, dicens: non nigrum esse si partes illæ corporis putruerint, quod usus habeat (64) exanimata corpora in quos- dam ærcanos naturæ (65) sinus defluere, et ipsa utpote puella membris illis peccaverit; cæterum, juste ventrem nulla corrumpi putretudine, qui nulla sit aculeatus unquam (66) libidine, immunem se fuisse crapulæ et carnalis copulæ.

§ 219. Sane ambæ istæ virgines meritis suis singula fulciunt cœnobîa, adunatis in utroque multarum sanctimonialium cœtibus; quæ, dominabus et magistris suis vocantibus ad gratiam, respondent per obedientiam. Fortunatus qui virginalium orationum particeps fuerit, quarum devotioni se Dominus Jesus placido indulget assensu. Nam, ut de Scestoniensibus dixi (67), omnes jamdudum virtutes, terris relictis, cœlum petiere; in solis fere sanctimonialium mentibus, si uspiam sunt terrarum, illas reperies, (quod mihi sanctorum virorum pace dixisse licuerit,) quia multum laudandæ sunt fœminæ quæ, dissimulata sexus infirmitate, certantibus studiis servantes continentiam, opimam ad superos evehunt victoriam.

§ 220. Plures e familia regia utriusque sexus cognovisse, ad rem referre arbitror; ut sciatur

(61) Beati. c. d. e., sancti, a. s. l.

(62) Martyris. a. c. d. e. l., matris, s.

(63) Citra juvenæ terminum efflavit. c. e. f. l., citra imminetent terminum efflatum ut, d. m., citra imminetent terminum efflavit, a. s.

(64) Habeat. a. c. d. e. l., fuerit, s.

(65) Naturæ. a. c. d. e. l. legit illius post naturæ.

(66) Unquam. Omitt. in e l

(67) Dixi. Vide § 163.

(68) Dei. a. s. l., omitt. in e. d. e.

(69) In seculo. c. e., in hoc seculo, a. s. d. l.

(70) Transmarinis. s. c. e. l., post transmarinis a. d. legunt monachis.

(71) Anglorum. d. e. l., omitt. in f.

(72) Manuum. a. c. d. e. omitt. in s. l.

(73) Resideret. a. c. d. e. l., recederet, s.

præcepit eam usque ad integram sanitatem curialibus stipendiis sustentari; verum (74) ante septimanam exactam ita obductis cicatricibus venusta cutis rediit, ut nihil præteriti morbi discerneres; post annum quoque geminam prolem enixa, sanctitatis Edwardi miraculum auxit. Multotiens eum hanc pestem in Normannia sedasse ferunt, qui interiorius ejus vitam noverunt: unde nostro tempore quidam falsam insumunt (75) operam, qui asseverant istius morbi curationem non ex sanctitate, sed ex regalis prosapiæ hæreditate (76) fluxisse.

§ 223. Cæcatus quidam, quo incommodo incertum, rumorem frequentem in curia severat sanitatem se recepturum si aqua ex ablutione **376** manuum regis (76^a) oculos tangeretur: id ad se delatum non paucis nuntiis ille riserat, referentis rugato aspectu inspectatus; peccatorem se esse, opera sanctorum virorum sibi non convenire. Verum ministri non negligendum arbitrari, eo nesciente, sed in (77) ecclesia orante (77^a), somnio credulitatem faciunt: namque confestim (78) ut lotus est aqua, diuturnis tenebris exulantibus, lux tempestitiva orbes implevit, læto fragore plaudentium suscitato. Rex causam percunctatus edidicit; moxque certitudine visus ejus comperta, quod scilicet, digitos suos in oculos sanati intentans, illum reducto capite cavere cerneret, gratias Deo porrectis in cælum manibus egit. Eodem modo sanavit arcum quemdam Lincolnæ, qui multis annis supervixit, regalis index miraculi.

§ 224. Et ut perfectam viri virtutem, in hac præsertim potentia, cognoscas, subjiciam quod mireris. Wulfwinus quidam, cognomento Spillecorn, filius Wulmari de Nutegareshale, quadam die in sylva Bruelle ligna cædens, dum diuturno post laborem sopori indulsisset, sanguine, ut credo, circa oculos coagulato, visum decem et septem annis amisit; quibus evolutis, somnio edoctus, octoginta et septem ecclesias circumvit, remedium cæcitatæ a sanctis efflagitans. Postremo, ad regis curiam veniens, vestibulum cameræ, adversantibus cubiculariis, frustra diu trivit; sed perstitit improbus pulsator, donec ægre admodum (78^a) rege ipso jubente (79) admissus est. Audiens quippe somnium innocue responderat, « Per **377** dominam meam sanctam Mariam, multum grate feram si Deus voluerit per me misero misereri. » Itaque, quanquam nihil de miraculis auderet, coactus a ministris cum

A aqua cæco manum imposuit; confestimque (80) sanguine ex oculis ubertim stillante, clamorem alticrem sanatus produxit, « Video te, rex; video te, rex! » Ita videns, regali palatio multis temporibus apud Windeleshores, nam ibi curatus fuerat, præfuit, sanatoris annos longævitate vitæ transcendens. Ipso die, ex eadem aqua, tres cæci et unus monoculus, qui regali elemosyna pascebantur, sanati sunt; ministris plena fide liquorem salutiferum largientibus.

§ 225. Die sancto Paschæ ad mensam apud Westmonasterium assederat, diademate fastigatus, et optimatum turma circumvallatus. Cumque alii, longam Quadragesimæ inediam recentibus cibis compensantes, acriter comederent, ille a terrenis avvocato animo, divinum quiddam speculatus, mentes convivantium permovit, ampliorem effusus (81) in risum; nulloque causam lætitiæ perquirere præsumente, tunc quidem ita tacitum, donec edendi satiety obsoniis finem imposuit. Sed remotis mensis, cum in triclinio regalibus exueretur, tres optimates eum; prosecuti quorum unus erat Haroldus (82), secundus abbas, tertius episcopus, familiaritatis ausu interrogant quare riserit; mirum omnibus, nec immerito, videri, quare in tanta serietate (83) dici et negotii, tacentibus cæteris, scurrilem cachinnum ejecerit. « Stupenda, » inquit, « vidi, nec ideo sine causa risi. » Tum illi, ut moris est humani ingenii, sciscitari **378** et quæere C causam ardentius, (84) ut supplicibus dignanter rem impertiat. Ille, multum cunctatus, tandem instantibus mira respondit: Septem dormientes in Cælio monte requiescere (85) jam ducentis annis in dextro jacentes latere; sed tunc, in hora ipsa risus sui, latus invertisse sinistrum; futurum ut septuaginta quatuor annis ita jaceant, dirum nimirum miseris mortalibus omen. Nam omnia ventura in his septuaginta quatuor annis quæ Dominus circa finem mundi prædixit discipulis suis: « gentem contra gentem surrecturam, et regnum adversus regnum, terræ motus per loca, pestilentiam et famem, terrores de cælo et signa magna, regnorum mutationes, gentilium in Christianos bella, item Christicolarum in paganos victorias. » Talia mirabilibus inculcans passionem septem dormientium, et habitudines corporum singulorum, quas nulla docet littera, ita prompte disseruit ac si cum eis quotidianò victitaret contubernio. His auditis, comes

(74) Verum. c. d. e., verumtamen, a. s. l.

(75) Insumunt. a. c. d. e. l., insinuunt, s.

(76) Hæreditate, fluxisse. Vide Petrum Blesensem in epist. 150.

(76^a) Oculos tangeretur. c. e. l., oculos tangeret, a. s. d.

(77) Ecclesia. c. d. e. l., ecclesia Dei, a. s.

(77^a) Somnio. a. d. e. l., omitt. in s. c.

(78) Ut lotus est aqua. s. e. c. l., ut secus lotus est, a. d.

(78^a) Rege ipso. a. s. c. d. e. 2. l., ipso omitt. in e. l.

(79) Admissus est. a. s. d. e. l., ipse adm. ssus est, c.

(80) Confestimque. c. d. e., confestim, a. s. l.

(81) Effusus. c. d. e., perfusus, a. s. l.

(82) Haroldus. c. e., comes Haroldus, a. s. l.

(83) Serietate. c. e. l. serenitate, a. s. d.

(84) Ut supplicibus dignanter rem impertiat. a. s. d. e. l., ut supplicibus rem diligentius impertiat, c.

(85) Requiescere. e., quiescere, a. s. c. d. l.

militem, episcopus clericum, abbas monachum, ad A
 veritatem verborum exculpandam, Manicheti Constantinopolitano imperatori misere, adjectis regis sui litteris et muneribus. Eos ille, benigne secum habitus, episcopo Ephesi destinavit, epistola pariter quam sacram vocant comitante, ut ostenderentur legatis regis Angliæ (86) Septem Dormientium 379
 martiriales exuviæ. Factumque est, et vaticinium regis Edwardi Græcis omnibus comprobatum, qui se a patribus accepisse jurarent super dextrum illos latus requiescere; sed, post introitum Anglorum in speluncam, veritatem peregrinæ prophetiæ contubernalibus suis prædicarent. Nec moram festinatio malorum fecit, quin Agareni, et Arabes, et Turchi, alienæ scilicet a Christo gentes, Syriam, et Liciam, et Minorem Asiam omnino, et Majoris urbes multas, inter quas et Ephesum, ipsam etiam Jerosolymam, depopulati, super Christianos invaderent. Tunc etiam, mortuo Manichete Constantinopolis imperatore, Diogenes, et Michaelius, ac Bucinacius, et Alexius vicissim se de imperio præcipitarunt; quorum ultimus, ad nostra tempora usque durans, Joannem filium reliquit hæredem, astutia et fraudibus quam probitate notior, multa noxia in peregrinos sacri itineris machinatus; (87) Anglorum tamen fidem suscipiens, præcipuis familiaritatibus suis eos applicabat, amorem eorum filio transcribens. His septem annis proximis tres papæ (88), Victor (89), Stephanus (90), Nicolaus, apostolatus 380
 vigorem continuis mortibus labefactarunt: e vestigio quoque (91) Henricus, pius Romanorum imperator, defunctus, successorem Henricum filium habuit, qui multas oppressiones orbi Romano (92) fatuitate nequitiaque sua intulit. Eodem anno (93) Henricus rex Francorum, miles strenuus et bonus, potionis haustu interiit. Non multo post, cometes stella, ut ferunt, mutationes regnorum præterdens, longos et flammeos crines per inane (94) ducens, apparuit: unde pulchre quidam nostri monasterii monachus, Eilnerus nomine, viso coruscantis astri terrore conquiniscens,

(86) *Septem Dormientium*, etc. Septem Dormientes Ephesi incolæ erant: sex illorum natu non ignobiles; septimus, eorum servus. Sæviente Deciana persecutione in cellam vinariam confugerant unde identidem servum ad cibum comparandum emittebant. Hoc auditò, Decius cellæ ostium occludi jussit. Post sæcula quædam elapsa, cum cæmenti pars, quo cellæ ostium occludebatur, corruisset, illic influens lux dormientes excitavit. Tranquilla noctis quiete se recreatos arbitantes, servum ad comparandos cibos emittunt. Cuncta in Epheso stupens miratur servus, valdeque singularis dialogus haberi cœpit: civibus eum de invento occulto thesauro accusantibus, ipso legalem imperii pecuniam se offerre constanter asserente. Quo comperto imperator episcopo comiti festinus adest. Relatis quæ sibi acciderant, paulo post animam efflant. Hujus miraculi causa martyres reputati sunt. Vide Capgrave, *Legenda nova* (SHARPE, 287).

(87) *Anglorum tamen fidem*, etc. Normannis Angliam invadentibus, multi Angli Constantinopolim confugerunt ubi Alexius illos benignissime suscepit,

« Venisti, inquit, venisti, multis matribus lugende; dudum est quod te vidi, sed nunc multo terribiliorem te intueor, patriæ hujus excidium vibrantem. » Is erat litteris, quantum ad id temporis, bene imbutus, ævo maturus, immanem audaciam prima juventute conatus: nam pennas manibus et pedibus haud scio qua inuexerat arte, ut Dædali more volaret, fabulam pro vero amplexus, collectaque e summo turris aura, spatio stadii et plus volavit; sed venti et turbini violentia, simul et temerarii facti conscientia, tremulus cecidit, perpetuo post hæc debilis, et crura effractus. Ipse ferebat causam ruinæ quod caudam in posteriori parte oblitus fuerit.

§ 226. Similem huic prophetiam Edwardus moriens 381
 exhibuit, quam hic per anticipationem dicam. Cum enim biduo elinguis jacuisset, die tertio post soporem graviter ac profunde suspirans, « Deus, inquit, omnipotens, si non est fantastica illusio, sed verax visio, quam vidi, da mihi facultatem eam astantibus exponendi, aut e converso. » Ita mox expedita loquela, « Duos, inquit, modo monachos vidi mihi assistere, quos adolescens olim in Normannia videram religiosissime vixisse et Christianissime obisse. » Hi se Dei nuncios præfati, talia ingessere: *Quoniam primores Angliæ, duces, episcopi, et abbates, non sunt ministri Dei, sed diaboli, tradidit Deus hoc regnum post obitum tuum anno uno et die uno in manu inimici, pervagabunturque dæmones totam hanc terram. Cumque ego hæc me ostensurum populo dicerem, illumque poenitentia facta liberandum, præmisso exemplo Ninivitarum, promitterem, Neutrum, aiunt, erit; quia nec ipsi poenitebunt, nec Deus eis miserebitur.* Et quando, inquam, tantarum calamitatum remissio sperari poterit? Tunc, inquiunt, quasi si arbor viridis succidatur in medio, et pars abscissa deportetur a stipite trium jugerum spatio, cum sine quolibet adminiculo, suo iterum connexa trunco, cæperit et floribus pubescere et fructus protrudere ex coalescentis succi amore pristino, tunc demum poterit sperari talium malorum remissio. »

Normannisque, qui Nøbertum Guiscardum ducem sequebantur, opposuit (ORDERIC VITALIS, p. 508).

(88) *Victor*. Victor II, Leonis IX, an. 1056 successor, an. 1057 vita functus est.

(89) *Stephanus*. Fredericus, Godefridi ducis frater, Victori II, die 2^a Aug. 1057 successit.

(90) *Nicolaus*. Ad sanctam sedem promotus est an. 1059.

(91) *Henricus*, etc. Henricus III Botfeldi obiit inter Saxonix conflua, autumnali tempore, an. 1056.

(92) *Orbi Romano*, c. e. l., *urbi Romanæ*, a. s. d.

(93) *Henricus rex Francorum*... *potionis haustu interiit*. Henricus obiit 4 Aug. 1060. « Causa corporeæ salutis, a Joanne, medicorum peritissimo, potionem accepit: sed veneno nimiam sitim inferente, jussu archiatri sprevit; et a cubiculario potum accipiens, dum medicus abesset, ante purgationem bibit. Unde nimis infirmatus, eodem die post perceptionem sacræ eucharistiæ, obiit. » (WILL. GEMET. *Historia*, c. 58. Confer Orderic. Vital., p. 480.)

(94) *Inane*. a. c. d. e. l. *mane*, s.

§ 227. Hujus vaticinii veritatem, quamvis cæteris timentibus, tunc Stigandi archiepiscopi risus excepisset, dicentis vetulum, accedente morbo, nugas delirare. Hujus ergo vaticinii veritatem nos experimur, quod scilicet Anglia exterorum facta est habitatio et alienigenarum dominatio. Nullus hodie Anglus vel dux, vel pontifex, vel abbas; advenæ quique divitias et viscera corrodunt **382** Angliæ; nec ulla spes est finiendæ miseræ. Cujus mali causam tempus est, sicut dudum spondi, ut sermo noster paucis absolvere tentet.

§ 228. Rex Edwardus pronus in senium, quod ipse non susceperat liberos, et Godwini videret invalescere filios, misit ad regem Hunorum ut filium fratris Edmundi, Edwardum, cum omni familia sua mitteret: futurum, ut aut ille aut filii sui succedant regno hæreditario Angliæ; orbitatem suam cognatorum suffragio sustentari debere. (95) Ita venit Edwardus, sed continuo apud sanctum Paulum Londoniæ fato functus est tribus liberis superstitibus; vir neque promptus manu, neque probus ingenio: Edgardo, qui post occisionem Haroldi a quibusdam in regem electus, et vario lusu fortunæ rotatus, pene (96) decrepitem diem ignobilis ruri agit; Christina, quæ sanctimoniali habitu apud Rumesiam consenuit; Margareta, quam Malcolmus rex Scottorum legitimo matrimonio duxit. Hæc, numerosa prole fœcunda, habuit filios Edgarum et Alexandrum qui post patrem regnaverunt in Scotia successione continua; nam senior, (97) Edwardus, in bello cum patre occubuit; junior, David, mansuetudine et sapientia celebris, rex Scotiæ modo habetur: filias, Matildem quam nostro sæculo rex Henricus, Mariam quam Eustachius junior comes Bononiæ, uxores duxerunt. Rex itaque, defuncto cognato, quia spes prioris erat soluta suffragii, (98) Willelmo comiti Normanniæ successionem **383** Angliæ dedit. Erat ille hoc munere dignus, præstans animi juvenis, et qui in supremum fastigium alacri labore excreverat; præterea proxime consanguineus, filius Roberti filii Ricardi secundi, quem fratrem fuisse Emmæ matris Edwardi non semel est quod diximus. (99) Ferunt qui-

(95) Ita venit Edwardus. Edwardus in Angliam reversus an. 1057, eodem anno defunctus est.

(96) Pene. c. d. e., nunc pene, a. s. l.

(97) Edwardus in bello, etc. Malcolmus rex et Edwardus filius ejus occisi sunt A. D. 1093.

(98) Willelmo comiti Normanniæ successionem Angliæ dedit. Edwardus, senio jam gravatus, etc., ad cognatum suum Wilhelmum comitem Normanniæ animus apposuit, et eum sibi succedere in regnum Angliæ voce stabili sancivit. (INGULPH. p. 899.) Willelmi ad dignitatem regiam promotio densus apud annalistas tenebris involvitur.

(99) Ferunt quidam ipsum Haroldum a rege in hoc Normanniam missum. « Edwardus Anglorum rex, successione prolis carens, olim miserat Willelmo duci Rodbertum Cantuariorum archiepiscopum, ex regno a Deo sibi attributo illum statuens hæredem.

dam ipsum Haroldum a rege in hoc Normanniam missum: alii, secretioris consilii conscii, invitam, venti violentia illuc actum, quo se tueretur invenisse commentum; quod, (100) quia propius vero videtur, exponam. Haroldus in prædium juris sui Boseham (1) venerat: ibi, ut animum oblectaret suum, piscatorium conscendit navigium, et interim quidem longiusculo ludo in altum procedit; sæd, subito adversa tempestate coorta, ipse cum sodalibus in Pontivum pagum compellitur. Homines illius regionis, pro more gentis insito, repente ex omni parte convolare; inermes ab armatis, pauci a pluribus (quod facile fuit) oppressi, manus manibus pedes compedibus præbuere. Haroldus, astuto pectore volvens cæsus remedium, hominem promissis ingentibus sollicitatum ad Willelmum mitti: missum se Normanniam a rege, ut quod minores nuntii balbutierant ipse potissimum sua confirmaret presentia; **384** in vinculis a Guidone Pontivi comite detineri, quo minus mandata exequatur; barbarum et effrenatum morem regionis esse, ut qui evaserant in mari naufragium, in terra invenirent periculum; convenire tanti nominis viro ne impunitum dimittat, quod fidem ejus appellantes vincula injecta nonnihil de majestate ipsius diminuerint; si pecuniis exuenda captivitas esset, libens daret Willelmo comiti, non semiviro Guidoni. Ita Haroldus, Willelmo mandante, liberatus, et ab ipso Guidone Normanniam ductus est. Comes eum magna dignatione, gentilitio ornatu in cibis et vestibus coluit; et ut notiozem faceret, simul et virtutem experiretur, Brittannica expeditione, quam tunc forte susceperat, secum habuit. Ibi Haroldus, et ingenio et manu probatus, Normannum in sui amorem convertit; atque, ut se magis commendaret, ultro illi tunc quidem castellum Doroberniæ quod ad jus suum pertineret, et post mortem Edwardi regnum Anglicum, sacramento firmavit: quare et filix, adhuc impubis, desponsione, et totius patrimonii amplitudine donatus, familiarium partem habebatur. Nec multum temporis intercessit quod, illo domum reverso, rex (2) in Natale Domini apud Londoniam (3) coronatus est; ibidemque morbo

Deinde Heraldum, cunctorum suæ dominationis comitum divitiis et honore ac potentia maximum, duci destinavit, ut ei de corona sua fidelitatem faceret, ac Christiano more sacramentis firmaret. (WILL. GEMET. Hist. c. 31.) Vide etiam GUILL. PICTAV. An. 1065, inter Norm. Script.

(100) Quia propius vero videtur, exponam. e. omni. vero. — Confer hæc cum Chron. Roberti de Monte ad Sigebertum, apud Acherium, p. 721.

(1) Boseham. Prope Cicestriam.

(2) Rex. s. c. e. l., rex Edwardus, a. d. m.

(3) Coronatus est. Regi mos erat coronam ferre in solemnibus festis, Paschæ scilicet, Pentecostes et Nativitatis Domini, quam in ejus capite more solito ponebat archiepiscopus Cantuariensis. (Vide ALL. RIEW. De vita S. Edwardi.)

ictus, quod (4) se moriturum sciret, (5) ecclesiam Westmonasterii 385 die Innocentium dedicari præcepit. Ita, ævi plenus et gloriæ, (6) simplicem spiritum cœlesti regno exhibuit; et in eadem ecclesia die Theophaniæ sepultus est, quam ipse illo compositionis genere primus in Anglia ædificaverat quod nunc pene cuncti sumptuosis æmulantur expensis. Progenies West-Saxonum, quæ in Britannia a Cerdicio quingentis et septuaginta uno annis ab Edberto ducentis et sexaginta uno regnaverat, in illo ad regnandum omnino defecit: nam recenti adhuc regalis funeris luctu, Haroldus, ipso Theophaniæ die, extorta a principibus fide, arripuit diadema, quamvis Angli dicant a rege concessum; quod tamen magis benevolentia quam iudici allegari existimo, ut illi hæreditatem transfunderet suam cujus semper suspectam habuerat potentiam; quamvis, ut non celetur veritas, pro persona quam gerebat, regnum prudentia et fortitudine gubernaret si legitime suscepisset. Denique vivente Edwardo, quæcunque contra eum bella incensa sunt virtute sua compressit, cupiens se provincialibus ostentare, in regnum scilicet spe prurienti anhelans. Griffinum, (7) ut supra dixi, regem Walensium, et prius bello vicit, et postmodum multis nisibus resurgere conantem capite privavit, successores duos ex satellitibus suis, fratres ejusdem Griffini, Blegent et Riwallonem, qui eum obsequio 386 demeruerant, constituens. Eodem anno Tostinus, a Flandria in Humbram navigio sexaginta navium delatus, ea quæ circa oram fluminis erant piraticis excursionibus infestabat; sed ab Edwino et Morchardo, concordis potentiæ fratribus, impigre de provincia pulsus, versus Scotiam vela convertit: ibi regi Noricorum, (8) Haroldo Harvagre, obvium manus dedit, qui cum trecentis navibus Angliam aggredi meditabatur. Ambo ergo concertis umbonibus terram Transhumbranam populabantur; germanos recenti victoria feriatos, qui nihil minus quam talia latronica metuerent, aggressi, victos intra Eboracum includunt, Haroldus, nuntio accepto, cunctis viribus regni (9) eo contendit: pugna ingens commissa, utrisque gentibus extrema vi nitentibus. Angli, superiorem manum nacti, Noricos in fugam egerunt: sed tantorum et tot virorum victoriam

(quod forsitan posteritas difficile credat) unus Noricus multa hora interpolavit; siquidem, in ingressu pontis qui (10) Stantfort-bridge dicitur consistens, uno et altero et pluribus nostræ partis interemptis, omnes a transitu arcuit. Invitatus ad deditionem, ut tanti roboris homo largam clementiam Anglorum experiretur, invitantes ridebat; subinde, rugato vultu increpitans, imbecillis animi homines esse qui nequirent uni resistere. Nemine itaque proprius accedente, quod inconsultum æstimarent cum illo cominus congredi qui salutis omne viaticum desperatus effunderet, unus ex collateralibus 387 regis jaculum ferreum in eum eminus vibrat; quo (11) ille, dum gloriabundus proludit, ipsa securitate incautior, terebratus, victoriam Anglis concessit. Continuo enim libero transitu exercitus trajectus, Noricos palantes a tergo cecidit, Rex Harvagre et Tostinus interempti, (12) regis filius cum omnibus navibus domum clementer remissus, Haroldus, triumphali eventu superbus, nullis partibus prædæ commilitones dignatus est: quapropter multi, quo quisque poterat dilapsi, regem ad bellum Hastingense proficiscentem destituere; nam, præter stipendiarios et mercenarios milites, paucos admodum ex provincialibus habuit. Unde, cum suis quos ductabat, post novem menses et aliquot dies accepti regni astutia Willelmi circumventus, fusus est (A. D. 1066, Oct. 14); leni videlicet belli negotio, sed occulto et stupendo Dei consilio, quod nunquam postea Angli communi prælio in libertatem spiraverint; quasi cum Haroldo omne robur deciderit Angliæ, qui certe potuit, et debuit (etiam per inertissimos), solvere pœnas perfidiæ. Nec, hoc dicens, virtuti Normannorum derogo; quibus, tum pro genere, tum pro beneficiis, fidem habeo. Sed mihi videntur errare qui Anglorum numerum accumulunt et fortitudinem extenuant; ita Normannos, dum laudare intendunt, infamia respergunt. Insignis enim plane laus gentis invictissimæ, ut illos vicerit quos multitudo impeditos, ignavia fecerit timidos; imo vero pauci et manu promptissimi fuere, qui, caritati corporum renuntiantes, pro patria animas posuere. Sed, quia hæc diligentior 388 relationem expectant, nunc dabo secundo libello terminum, ut et mihi dictandi et aliis lectandi revirescat studium

(4) Quod. c. d. e., quo, a. s. l.

(5) Ecclesiam Westmonasterii, etc. Wesmonasterii abbatia dedicata est die 28^a Dec. 1065. Asserit Ailredus Riwallensis ecclesiam aliquot annis prius incœptam ad implendum votum quod rex voverat Romam adeundi; qui cum ab hac peregrinatione dissuaderetur, ad papam misit ut dispensationem obtineret; quam summus pontifex ea conditione concessit ut ex pecuniæ summa quæ in ad implendo voto expendenda foret, monasterium in honorem S. Petri ædificaret.

(6) Simplicem spiritum. Suggestit editor Sax. Chron. (Rev. John. Ingram) Malmesburiensem ipsam threnodixæ loquendi rationem de morte Edwardi confessoris adoptasse. † Illic Eadwardus rex, Anglorum Dominus, stabilem ad Christum animam emisit, in

D regnum Dei sanctum spiritum. † (Saxon. Chron. an. 1065.) Rex Eadwardus obiit feria quinta die 5^a Januarii 1066, post regni viginti tres annos, sex menses et viginti septem dies.

(7) Ut supra dixi, § 196.

(8) Haraldus Harvagre. Haraldus cognomento Fair-Haired (seu flavi capilli) frequenter vocatur Hardradus (Severus) ut ab Haraldo Harfagra, qui Ælfredo Magno coævus erat, distinguatur.

(9) Regni. c. d. e., omitt. in a. s. l.

(10) Stantfort-bridge. Prælium apud Standford Bridge die 25^a Sept. an. 1066 initum est.

(11) Quo. a. c. d. e., quod. s. l.

(12) Regis filius. Eadmuundus nomine, ut videtur, (Saxon. Chron.)

PROLOGUS IN LIBRUM TERTIUM.

389 De Willelmo rege scripserunt, diversis incitati causis, et Normanni et Angli : illi ad nimias efferati sunt laudes, bona malaque juxta in cœlum prædicantes ; isti, pro gentilibus inimicitiis, fœdis dominum suum proscidere convitiis. Ego autem, quia utriusque generis sanguinem traho, dicendi tale temperamentum servabo : bene gesta, quantum cognoscere potui, sine fuco palam efferam (13) ; perperam acta, quantum sufficiat scientiæ, leviter (14) et quasi (15) transeunter attingam ; ut nec mendax culpetur historia, nec illum nota inuram censoria cujus cuncta pene, etsi non laudari, excusari certe possunt opera. Itaque de illo talia narrabo libenter et morose quæ sint inertibus incitamento, promptis exemplo, usui præsentibus, jocunditati sequentibus. Verum in his protrahendis non multum temporis expendam impendium, quæ nulli emolumentum, imo legenti fastidium, scribenti pariant odium. Satis superque sufficiunt qui genuino molari

A facta bonorum lacerent. Mihi hæc pacet provincia, ut mala, **390** quantum queo, sine veritatis dispendio extenuem ; bona non nimis (16) ventose collaudem. De qua moderatione, ut æstimo, veri qui erunt arbitri, me nec timidum nec inelegantem pronunciant. Hoc itaque non solum de Willelmo, sed et de duobus filiis ejus stylus observabit, ut nihil nimie, nihil nisi vere dicatur : quorum primus parum quod laudetur egit, præter primos regni dies ; tota vita damno provincialium comparans favorem militum. Secundus, patri quam fratri morigerator, invictum animum inter adversa et prospera rexit : cujus si expeditiones attendas, ignores cautior an audacior fuerit ; si fortunas aspicias, hæsites beator, aut boni eventus indigentior, fuerit. Sed de talibus tempus erit cum (17) lector arbitretur. Nunc, tertium volumen incepturus, satis reor egisse ut attentum et docilem facerem ; ipse sibi benigne persuadebit ut benevolus sit.

LIBER TERTIUS.

DE ADVENTU NORMANNORUM IN ANGLIAM.

391 § 29. Robertus (18) alter filius Ricardi secundi, postquam septem annis gloriose ducatum Normanniæ tenuit, Jerosolymam pergere mentem appulit. Habebat tunc filium septennem, ex concubina susceptum, cujus speciem in choreis saltitantis forte conspicatus, non abstinuit quin sibi nocte conjungeret ; deinceps unice dilexit, et aliquandiu justæ uxoris loco habuit. Puer ex ea editus (A. D. 1028), Willelmus a nomine abavi dictus : cujus magnitudinem futuram matris somnium portendebat, quo intestina sua per totam Normanniæ et Angliam extendi et dilatari viderat ; ipso quoque momento quo, partu laxato, in vitam effusus pusio humum attingit, ambas manus junco, quo pavimenti pulvis cavebatur, implevit, stricte quod corripuerat compugnans. Ostensum visum nullerculis, læto plausu gannientibus ; obstetrix quoque facto omine acclamat puerum regem futurum

392 § 230. Paratis ergo omnibus quæ (19) Jerosolymitani itineris viaticum informarent, apud Fiscannum concilium proceribus indicitur. Ibi, jubente patre, in nomen et fidem Willelmi ab omnibus juratur : (20) Gislebertus comes tutor pupilli constituitur ; tutela tutoris (21) regi Francorum Henrico assignatur. Roberto cœptam viam expediente, Normanni omnes communi umbone patriam per sua quisque munimenta tutari, parvum verum ex amore venerari. Stetit hæc fides usque ad famam obitus ejus ; qua ubique gentium disseminata, cum fato mutatus amor : mox quisque sua manire oppida, turres agere, frumenta conportare, causas aucupari quibus quamprimum a puero dissidium meditentur. Inter hæc ille, haud equidem reor sine Dei auxilio qui eum tanto principatum præviderat imperio, tutus adolescebat ; cum solus pene Gislebertus æquum et bonum armis defensitaret

(13) *Efferam. a. s. d. e. l., proferam, c.*

(14) *Leviter. a. s. d. e. l., leviter, c.*

(15) *Quasi. a. s. c. d. e. 2. l. m., omitt. in e. 1.*

(16) *Nimis. a. s. c. e. l., minus, d.*

(17) *Cum. a. c. d. e. l., ut, s.*

(18) *Robertus, alter filius Ricardi secundi. Robertus I. Vide § 178, not. 46 et 48.*

(19) *Jerosolymitani itineris. Robertus Jerosolymam profectus est anno 1035. (Bouq. xi, 120.)*

(20) *Gislebertus comes tutor pupilli constituitur. Hæc enim Ordericus Vitalis : « Ducatum verosuum*

D *Guillelmo, octo annorum puero, non rediturus reliquit ; ipsumque Alano consanguineo suo, Britonum comiti, commendavit. » et iterum : « Rebellerunt proceres Normanniæ contra Guillelmum infan-tem ; qui dum pater ejus cum Drogone comite iter iniit Hierosolymitanum, octo solummodo erat annorum, et a patre commissus tutelæ Alani consanguinei sui, comitis Britonum. »*

(21) *Regi Francorum Henrico. Hujus nominis primo.*

suis. Cæteri studiis partium agebantur. Jam vero (22) interfecto Gisleberto a Radulpho patre suo, ubique cædes, ubique ignes versabantur. Clarissima olim patria, 393 intestinis dissensionibus exulcerata, pro latronum libito dividebatur, ut merito posset querimoniam facere, (23) Væ terræ cujus rex puer est! At ille, ubi primum per ætatem potuit, militiæ insignia a rege Francorum accipiens, provinciales in spem quietis erexit. Sator discordiarum erat (24) Guido quidam, Burgundus a patre, nepos Ricardi secundi e filia; infantiam cum Willelmo cucurrerat, tunc quoque januas adolescentiæ pariter urgebant. Convictus familiaritatem, familiaritas amicitias (25) paraverat. Huc accedebat quod ei Brionium et Vernonium castella dederat, nihil pro consanguinitate (26) negandum putans. Horum Burgundus immemor, afflictis criminibus quibus id merito facere videretur, abalienavit se a comite. Longum est et non necessarium si persequar quæ hinc inde acta, quæ castella capta: repererat enim perfidia socios Nigellum vicecomitem Constantini, Rannulfum vicecomitem Baiocensem (27), Haimonem (28) dentatum, avum Roberti qui nostro tempore in Anglia multarum possessionum incubator extitit. Cum his per totam Normanniam grassabatur prædo improbissimus, inani spe ad comitatum illectus. Necessitas regem tutorem excitavit ut desperatis partibus pupilli succurreret. Itaque paternæ benevolentiæ recordatus, quod eum favore suoin regnum sublimaverat, apud (29) Walesdunnas in defectores 394 irruit: cæsa illic multa eorum millia; multi (30) fluminis Olnæ rapacitate intercepti, quod, in arcto locati, equos ad transvadandos vortices instimularent. Guido, vix elapsus, Brionio se recepit: inde per Willelmum expulsus,

A non ferens probri famam, ultro Burgundiam, nativum scilicet solum, contendit. Nec ibi inquietus animus quietem invenit: nam a comite illius provincie, fratre suo (31) Willelmo, quem insidiis impetiverat, fugatus, incompertum quem finem habuit. Nigellus et Radulfus in fidem recepti: Haimo in acie cæsus, cujus insignis violentia laudatur quod ipsum regem equo dejecerit; qua re a concurrentibus stipatoribus interemptus, pro fortitudinis miraculo regis jussu tumulatus est egregio. Tulit hujus gratiæ stipendium rex Henricus a Normanno domino contra Gaufridum Martellum apud Molendinum Herle, quod castrum in Andegavensi regione est, summa vi adjutus; nam jam in virile robur excreverat, majoribus natu et pluribus solus metuendus, solus caput discriminibus inferre, solus vel (32) cum paucis in confertissimos diversæ partis insilire: quapropter ab illa expeditione laudatæ fortitudinis specimen, et amicitiarum apud regem culmen, retulit; adeo ut, quasi paterno consilio, sæpe admone-ret ne ad pericula promptus vitam suam despiceret, quæ esset Francis decori, Normanniæ tutamento, utrisque exemplo.

§ 231. Eo tempore erat comes Andegavorum 395 (33) Gaufridus cognomento Martellus, quod ipse sibi usurpaverat (34) quia videbatur sibi felicitate quadam omnes obsistentes contondere. Denique dominum suum, (35) comitem Pictavensem, (36) aperto Marte cepit (A. D. 1034), ferreisque vinculis innodatum ad ignobiles pacis condiciones adduxit; Burdegala et confinibus urbibus cederet, de cæteris annum vectigal pensitaret: (37) sed ille, ut creditur, pro ferri injuria et ciborum inedia, beneficio opportuniæ mortis post triduum perpetuæ ignominie exemptus est. Tum Martellus, ne quid

des-Dunes anno 1047 ascribitur.

(30) *Fluminis Olnæ.* l'Orne.

(31) *Willelmo.* Duce Burgundiæ, cognomine Magno.

(32) *Vel.* a. s. c. e. 2. l., omitt. in d. e. l.

(33) *Gaufridus cognomento Martellus.* Gaufridus II, Fulconis III, Andegavensis comitis filius, cui et successit A. D. 1040.

(34) *Usurpaverat.* a. s. c. e. l.; *nomen usurpaverat,* d.

(35) *Comitem Pictavensem.* Willelmum IV. 1029-1038.

(36) *Aperto Marte cepit.* Anno 1033 Gaufridus Martellus cepit Willelmum comitem Pictavensem, cujus uxorem [*novercam*] Agnetem ante duxerat. (Ex Chron. S. Michaelis in Periculo Maris; apud Labbeum tom. I *Novæ Biblioth. libr. mss.* p. 350.) Chronicon S. Albini Andegavensis huic prælio etiam assignat annum 1033, sed rectius, ut videtur anno 1034 ascribendum. (*L'art de vérifier les dates*, II, p. 355.)

(37) *Sed ille ... exemptus est.* Pictavensis comes trium circiter annorum et dimidii captivitate passus, ab uxore sua Eustachia redemptus est, sed diebus tantum liberationi suæ supervixit. Auctores operis *l'art de vérifier les dates* in posteriori sententiæ confirmationem afferunt Malmesburiensem, quem sub nomine Continuatoris Bedæ citant.

(22) *Interfecto Gisleberto a Radulpho patre suo.* Gislebertus comes Ocensis, filius Godefridi comitis, callidus et fortis tutor Willelmi pueri, sed domini, quodam mane dum equitans loqueretur cum compatre suo Wascelino de Ponte Erchenfredi, nil mali suspicans, occidit cum Fulcoio filio Geronii. Hoc vero malum dolosis hortatibus Rodulphi de Waceio filii Roberti archiepiscopi factum est, per manus crudeles Olonis Grossi et audacis Roberti filii Geronii. (WILL. GEMET. *Histor.* lib. VII, c. 2.)

(23) *Væ terræ cujus rex puer est!* (Eccle. I, 16.)

(24) *Guido quidam.* Filius erat Renaldi I, Burgundiæ comitis, ex ejus uxore Alice (dicta etiam Juditha) Ricardi II, Normanniæ ducis filia.

(25) *Amicitias.* a. c. d. e. l., *amicitiam,* s.

(26) *Consanguinitate.* a. c. d. e. l., *sanguinitate,* s.

(27) *Baiocensem.* a. c. d. e. l., *Tembaiocensem,* s.

(28) *Haimonem dentatum.* Toriniaci (Torigny) in Normannia comarchus, ex quo probabiliter oritur Duredent seu Duerden domus, quæ in Anglia consedit.

(29) *Walesdunnas.* Locus iste, qui nunc ignotus videtur, differbat a Valle-Duni, loco in Caletis diocesisque Rothomagensi, posito ad Talam vel dunum fl.; vulgo *Le Val-Dun.* Situs enim erat ad fl. Olinam in comitatu pagove Oximensi, et in diocesi Saiensi. (BOUQ. XI, 178, not.) Prælium apud Val-

deesset impudentiæ, novercam defuncti matrimonio sibi copulavit, fratres in tutelam recipiens quoad possent principatui regendo sufficere. Mox (38) Theobaldi Blesiensis comitis ingressus limites, urbem Turonicam obsedit: ipsum, civibus suis auxilium ferre volentem, consortio ærumnæ implicuit; siquidem captus Theobaldus (39), et in ergastulo reclusus, urbem sibi omnibusque suis hæredibus in posterum **396** abjuravit. Pudendam miseriam hominis quis dixerit? ut, pro ambitione quantulæcunque vitæ, tantæ urbis dominio successores suos perpetuo fraudaret; licet severiores plerumque aliorum arbitri simus, quam ipsi nobis consulere noverimus si forte in talibus deprehensi fuerimus. Ita Martellus, tantarum virium augmento turgidus, etiam Normannum comitem (40) Alentii castelli possessione vellicavit, pronis in perfidiam habitatoribus. Qua is irritatus injuria, par pari retulit; et (41) Danfruntum, quod erat tunc comitis Andegavorum, obsidione coronavit: nec mora, obsessorum querelis commonitus Gaufridus, non segnis advolat innumero stipatus milite. Nuntio adventantis accepto, Willelmus (42) Rogerium de Monte Gomerico, et (43) Willelmum filium Osberni, exploratum mittit: illi, pro alacritate juventæ, brevi multa milliaria progressi, equitatemque Martellum conspicati, certiore de domini sui audacia faciunt. Ille contra fremere, immania minari, postridie (44) se illuc venturum, ostensurum mundo quam præstet in armis Andegavensis Normanne; simul, eximia arrogantia, colorem equi sui, et armorum insignia, quæ habiturus sit, insinuat. At exploratores, **397** non minori fastu eadem de Willelmo denuntiantes, regrediuntur, et suos in certamen accendunt. Hæc ideo seriatim retuli, ut Martelli tumor legentibus elucesceret. Cæterum, nihil tunc de solita magnanimitate ausus, antequam in manus veniret terga ostendit. Quo audito, Alentini se dedidere, pacti membrorum salutem: post etiam Danfruntini feliciora signa secuti.

§ 232. Posterioribus annis rebellavit (45) Willelmus comes de Archis, patruus ejus sed nothus, a

(38) *Theobaldi Blesiensis obsedit.* Anno 1044 cepit Gaufridus Martellus comitem Theobaldum Turonensem, et extorsit ab eo urbem Turonicam. (Ex Chron. S. Mich. in Peric. Mar.) Vide etiam Chron. Andegav. apud Labbeum, tom. I Nov. *Bibl. libr. mss.*, p. 257.

(39) *Theobaldus*, c. d. e., omitt. in a. s. l.

(40) *Alentii*, Alençon.

(41) *Danfruntum*. Domfront. Vide note e, Bouq. XI, p. 178.

(42) *Rogerium de Monte Gomerico*. Filius erat Hugonis de Monte Gomerico (*Montgomery*) et Jocelinæ conjugis ejus, filiæ Turolfi de Ponte-Audemaro [*Pont-Audemar*] ex Weva, Gunnaræ sorore quæ conquestoris avia erat. In prælio apud Hastings media aciei præerat posteaque Normanniæ gubernator evasit. Illi Willelmus Conquestor Arundel et Shrewsbury comitatus dedit. Vide ampliora de illo apud Sir Henry Ellis's *Introduction to Domesday*. vol. I, p. 479.

A primis auspiciis ducatus infidus et versipellis; nam et in obsidione Danfronti clam profugerat, et malis sæpe animi sui latebras aperuerat. Quapropter Willelmus quibusdam, quos fideles falso arbitrabatur, firmitatem castelli commiserat; verum ille astu quo callebat, multa largiendo, plura pollicendo, in suas partes eosdem traduxit. Munitione igitur potitus, bellum domino suo denunciavit. Ille solito more alacerrime Archas obsedit, dissuadentibus amicis: palam professus, nihil latrones ausuros si in conspectum ejus venissent. Nec promissio fide caruit; namque plusquam trecenti milites, qui pabulatum et populatum processerant, eo pene solo conspecto, intra munitiones refugere. Dux sine sanguine rem peragere volens, obfirmato contra Archas castello ad alia quæ magis urgebant bella conversus est: simul quia sciebat regem Francorum, jam pridem, nescio qua simultate, sibi infensum, ad opem obsessio ferendam adventare; namque prædicandi moderaminis consilio, **398** quamvis justiore causam habere videretur, (46) cum eo decernere ferro cavebat, cui et pro sacramento et pro suffragio obnoxius erat. Reliquit tamen primates aliquos qui impetum regium tardarent; quorum astutia insidiis exceptus, Isembardum Pontivi comitem coram se obruncari, Hugonem Pardulfum capi, merito ingemuit. Nec multo post, eo dulcem Franciam, quia res male cesserat, repetente, comes Arcensis, fame tabidus et vix ossibus hærens, deditioni consensit, ad exemplum clementiæ, ad indicium industriæ, vi æ et membris reservatus. Hujusce obsidionis intervallo populus castri quod Molendinis dicitur, exolecens, ad partes regis incertore quodam Galterio transiit. Imponitur ibi non segnis militum manus, præfecto Guidone, fratre comitis Pictavensis. Is aliquantibus diebus sedulo militiæ munia exsecutus est; verum crebrescente fama Arcensis victoriæ, Franciam elapsus, non leve incrementum accessit ducalis gloriæ.

§ 233. Nec rex Henricus otio indolsit, quo grunniret exercitus suos ludibrio fuisse Willelmo; coactis itaque omnibus viribus, et copiis bipartitis, totam inundavit Normanniam: ipse de parte Gallia

(43) *Willelmum filium Osberni*. Willelmus Fitz Osbern de Crepon, Normanniæ dapifer, Conquestoris consanguineus erat, a quo, subacta Anglia, Herefordiensis comes creatus est. In *Domesday Book* nobilis iste vir comes Willelmus describitur. Quæ de morte ejus, quæ apud externos an. 1071 contigit, vide *Ordericum Vitalem*, p. 536, et *Malmesbiriensem*, infra § 256.

(44) *Postridie* s. c. e. l., *post triduum*, a. d.

(45) *Willelmus comes de Archis*. Filius erat Richardi II, Normanniæ ducis, ex ejus tertia conjugis Papia. Confer. Willelm. Gemetio. lib. vii, c. 30, quoad rebellionem de qua Malmesbiriensis loquitur.

(46) *Cum eo decernere ferro cavebat*. De his editores. *Rec. des Hist. de la France*: « Priusquam enim prælium consereret cum Henrico rege, debebat Willelmus homagio et fidei renuntiare, quod quidem fieri poterat ob regium malefactum. »

(47) Celticae, quae inter Garumnam et Sequanam A oceanum progressionem suam esse obstaculum: verum fluvios jacet, quidquid militum erat suo ductu trahens; (48) Odonem fratrem populo (49) Galliae 399 Belgicae, quae est inter Renum et Sequanam, praeficiens. Eodem modo Willelmus suos, qua poterat animositate, divisit iuxta regis castra sensim obambulans, quae jam in Ebroicensi pago metabatur, ut nec cominus pugnandi (50) copiam faceret, nec provinciam coram se vastari sineret. Ducis ejus, Robertus comes Aucensis, Hugo Gornacensis, Hugo Montis fortis, Willelmus Crispinus, ad castellum quod Mortuum mare (51) vocatur, infestis signis contra Odonem constitere. Nec ille pro numero militum, quo tumebat, moram pugnae fecit, sed parumper resistere ausus, mox impetum Normannorum non ferens, terga nudavit, omen fugae primus auspicatus: ibi dum Guido Pontivi comes studiosius ultioni fratris intendit, captus, fatali familiae suae manum exhorruit; praeterea plures alii, praecellentes operibus (52), turgentes majorum natalibus. Hunc successum, ex advenientibus (53) cognitum, Willelmus circum regis tentoria nocte intempesta praecornari curavit; quo audito, post aliquot dies quos in Normannia egit, refugit in Franciam: nec multo post tempore, discurrentibus utrobique nuntiis, pacifice conventum ut regii captivi absolverentur, comes erepta vel eripienda Martello jure vendicaret legitimo.

§ 234. Longum est et non necessarium referre quantae inter eos contentiones versatae sunt, quomodo Willelmus semper superiorem manum retulerit. Quid quod inestimabili praesumptione fortitudinis nunquam subito, nec nisi praenuntiata 400 die, illum aggredi dignatus, nostri temporis morem animi magnitudine contempserit? Illud quoque praetereo, quod, iterum ruptis amicitiiis, (54) rex Henricus Normanniam ingressus, per pagum Oximensem (55) usque ad fluvium Divae pervenerit, jactitans solum

(47) Galliae. c. d. e. l. 1., Galliciae, a. s. l. 2.

(48) Odonem fratrem. Vide § 187, not.

(49) Galliae Belgicae. Pomponius Mela dicit, «A Garumna ad Sequanam Celtas, inde ad Rhenum pertinere Belgas;» Plinius vero. «A Sequana ad Scaldem.» Ptolemaeus Orosius, et alii sic Galliae Belgicae confinia describunt: «A septentrione oceanum Britannicum, ab oriente flumen Rhenum, vel montes Adulam et Juram, ab euro Alpes Penninas, a meridie partem provinciae Narbonnensis, ab occasu fluvium Sequanam et Galliam Lugdunensem.»

(50) Pugnandi. a. s. c. d. e. 2. l., pugnando, e. l.

(51) Mortuum mare. Celebrissimum apud Mortuum Mare praedium anno 1054 ascribit interpolator Willelmi Gemmeticensis.

(52) Operibus. d. e. l., opibus, s. e. 2. l. 2.

(53) Advenientibus. c. d. e., adventantibus, a. s. l.

(54) Rex Henricus; etc. Sertia vice Normanniam ingressus est rex Henricus anno 1058.

(55) Oximensem. a. d. e., Eximensem, s. l., Eximensem, c.

(56) Metuerat. s. d. e. l., metueret, a. c. l. e. 2.

(57) Mors Henrici. Die 4 Augusti A. D. 1060.

(58) Martelli. Godofridus Martellus obiit die 14 Novembris 1060. «In eodem porro anno (1060) rex Henricus obiit in Nativitate S. Joannis; et meus

Willelmus, qui se videret propter fidei dissimulationem immoderate premi, tunc tandem consciae virtutis arma concutiens, regias copias, quae circa flumen erant, (nam pars paulo ante, ejus adventu audito, transvadaverat,) tanta internecione cecidit, ut nihil postea Francia plus metuerat (56) quam Normannorum ferociam irritare. Terminum discordiarum fecit properata (57) mors Henrici, nec multo post (58) Martelli. Rex moriens Baldewino comiti Flandriae tutelam admodum parvuli Philippi filii d. legavit. Is erat fide et sapientia aequae mirandus, praeviridantibus membris incanus, praeterea regiae sororis connubio sublimis: filia ejus Mathildis Willelmo jam dudum nupserat; foemina nostro tempore singulare prudentiae (59) speculum, pudoris culmen. Hinc factum est, ut pupilli et generi mediator tumores ducum et provincialium salubri proposito compesceret.

§ 235. Sed, quia totiens Martelli se occasio 401 ingessit, genealogiam (60) comitum Andegavensium, quam (61) relatoris nostri memoria attingit, transcurram, praefata diverticuli venia (62). Fulco antiquior (63), pluribus annis, usque ad senium, illum moderatus comitatum, multa fecit industrie, multa egregie. Unum omnino est quo eum notari audierim, quod Herbertum comitem Cenomanensem, Sanctonas sponsione urbis illectum, in medio colloquio ab apparitoribus arctari, et quibus placuit conditionibus irretiri fecit. Caetera (64) sanctus et integer, extremis fere annis filio saepe dicto (65) Gaufrido principatu vivens cessit. Ille in provinciales (immane!) quam dure, in ipsum collatorem honoris quam superbe actitans, jussusque magistratum et fasces deponere, adeo sibi arrogavit ut contra patrem arma sumeret. Tunc senis frigidus jam et effaetus sanguis ira incaluit, filiumque juveniliter insultantem paucis diebus maturiori consilio adeo infregit, ut, per aliquot milliaria (66) sellam dorso vehens (67), primum

avunculus Goffrius, tertio die post festivitatem B. Martini, bono sine quievit. » (Ex Historiae Andegavensis fragmento, auctore Fulcone comite Andegavensi; apud Acherium, *Spicilegii*, tom. III, p. 233.)

(59) Prudentiae. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.

(60) Comitum Andegavensium. De comitibus Andegav. consule *Gesta consulum Andegavensium*, auctore monacho Benedictino Majoris Monasterii. (Apud Acherium, tom. III.)

(61) Quam. c. e., quantum, a. s. d. l.

(62) Praefata diverticuli venia. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(63) Fulco antiquior. Fulco III, cognomento Nerra, seu Niger, *Jerosolymitanusque et Palmæ*. Patri Gaufrido I successit an. 987.

(64) Caetera. c. d. e. l., caeterum, a. s.

(65) Gaufrido. Hujus nominis II, cognomine Martello.

(66) Sellam dorso vehens. «Sellam dorso ferre, poena qua nihil contumeliosius. Vide aliud exemplum apud Willelmum Gemetic. Du Chesne, p. 259. Ducange, in voce *Sella* justissime supponit contumeliam ex parte offendentis oriri se quasi brutum agnoscentis, sequae totum in ditionem offensi iradentis.» (SHARPE, 506.)

(67) Vehens. c. e. vehens, a. s. d. l.

se cum sarcina ante pedes patris exponeret. Ille, cui vetus animositas adhuc palpitaret, assurgens, et pede jacentem pulsans, « Victus es, tandem victus, » **402** ter quaterque ingeminat: superfuist victo spiritus, et quidem egregius, ut responderet, « Tibi pater soli, quia pater (68) es, victus; cæteris omnibus invictus sum. » Hoc relatu tumentis animus emollitus, patriæque pietate verecundiam proli consolatus, principatui restituit; monitum ut naturius se ageret, provincialium fortunas et pacem suam esse decus ad extraneos, commodum ad domesticos. Eodem anno veteranus, et sæcularibus stipendiis emeritus, jam de animæ viatico cogitans, Jerosolymam adiit: ibi a duobus servis, sacramento adactis ut quod juberet facerent, per publicum ad sepulchrum Domini nudus, inspectantibus Turcis, tractus est; alter restem (69) ligneum collo ejus intorserat, alter flagris (70) terga expoliati urgebat. Inter hæc ille clamabat, « Accipe, Domine, miserum Fulconem, perjurum tuum, fugitivum tuum; confessam dignare animam, Domine Jesu Christe. » Nec iam quod desiderabat tunc impetravit; sed, domum placide regressus, post aliquot annos obiit (71). Filii ejus Gaufredi præruptam audaciam superior narratio patefecit. (72) Is moriens (73) Gaufrido, sororis filio, hæreditatem suam contradidit, sed industriam sæculi transfundere non potuit: nam ille, simplicium morum juvenis, magis in ecclesiis orare quam arma tractare consuetus, homines regionis illius, qui quiete victitare nescirent, in contemptum sui excitavit; quare, tota terra prædonibus **403** exposita, Fulco frater illius ultro ducatum corripuit. (74) Fulco, Rechin dictus, quod, germani simplicitati (75) crebro infrendens, ad ultimum honore spoliatum perpetua custodia coercuerit, (76) habuit uxorem quæ, pruritu altioris nominis allecta, illo relicto, Philippo regi Francorum nupsit; quam is, immemor dicti,

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur,

Majestas et amor,

tanta venere ardebat, ut, cum imperare aliis omnibus cuperet, ab ea sibi imperari æquanimiter ferret. Denique omnium digitis quasi fatuus notari,

(68) *Pater. a. s. c. e. l., pater meus, d.*

(69) *Restem. a. s. d. e., vectem, c. rastem, l.*

(70) *Flagris. a. c. d. e. l., flagellis, s.*

(71) *Obiit. Fulco III obiit Metis 21 Junii 1040.*

(72) *Is moriens. Gaufridus Martellus obiit nullam ex suis tribus uxoris prolem relinquens.*

(73) *Gaufrido sororis filio. Gaufridus III, cognomine Barbatus, filius erat Gaufredi Ferreol, Castri Nantonis (Château-Landon) comitis et Ermengardæ. Fulconis Nerræ filis.*

(74) *Fulco, Rechin dictus. Fulco IV, dictus etiam Le Querelleur.*

(75) *Simplicitati. a. s. c. d. e. 2. l., supplicitati, e. l.*

(76) *Habuit uxorem. Cui nomen erat Bertrada. Fulco eam in matrimonium sibi conjunxit, anno 1089, secunda adhuc et tertia uxore suoverstite, quas repudiaverat.*

A ab omni orbe Christiano excommunicari, propter ejus libidinem, aliquantis annis sustinuit. Filii Fulconis fuerunt Gesfridus et Fulco: Gesfridus, cognomen Martelli hæreditarium sortitus, suis sudoribus ampliavit; tanta pace et quiete per terras illas parta, quantum nemo viderit (77), nemo visurus sit; quapropter suorum insidiis necatus, egregie probitatis decus luit. (78) Fulco, in regimine succedens, adhuc in rebus humanis versatur; de quo forsitan tempore regis Henrici dicturus, nunc de Willelmo explanabo quod restat.

§ 236. Ille, ubi civile dissidium nullo exercitio composuit, rem majoris gloriæ animo sequens, **404** terras olim (79) Normanniæ appendices, quæ longo usu insoleverant, restituere intendit; Cenomanicum dico comitatum et Britanniam. Quorum Genomanis, dudum (80) a Martello succensa, et domino suo Hugone (81) privata, tunc nuper aliquantulum sub Herberto Hugonis filio respiraverat: qui, ut tuior contra Andegavensem esset, Willelmo se manibus dederat, in ejus fidelitatem sacramento juratus; præterea filiam ipsius petierat et desponderat, quæ priusquam nubilibus annis matura conjugio fieret, ille morbo decessit. Hæredem sibi Willelmum pronuntians, adjuratis civibus ne alium susciperent: habituri, si vellent, lenem et probum dominum; si nolent, recti sui exactorem immodicum. Quo defuncto, Cenomanenses magis ad Gualterium Medantinum declinantes, cui soror Hugonis nupsit, sero tandem ut Willelmum susciperent respicere (A. D. 1065), gravibus sæpe damnis ammoniti. Illud fuit tempus quo Haroldus invitus Normanniam, importuna sibi aura, evectus est: quem, (82) sicut supra dictum est, Willelmus in Britannicam expeditionem duxit, volens ejus manum explorare; simul et strictiori consilio, apparatus ostentans suum, conspiciaturo quantum præstaret Anglicis bipennibus ensis Normannicus. Alanus tunc ibi comes, viridis juvenis et præcellens robore, Eudonem patruum vinxerat (83), multa egregie fecerat; Willelmum non solum non timebat, sed et irritabat: at ille Britanniam ut hæreditarium solum calumnians, quod **405** eam Carolus

D (77) *Nemo viderit. a. s. d. l., omitt. in c. e.*

(78) *Fulco in regimine, etc. Ergo Fulcone IV adhuc tunc temporis Andegavensem comitatum, unde consequenter probatur Malmesburiensem opus hoc ante annum 1129 perquisse, quo anno Gaufridus le Bel, magis notus ut Gaufridus Plantagenet, Fulconis filius, Andegavensis comes factus est.*

(79) *Normanniæ appendices. Anno 931, Britones in cornu Galliæ constituti, adversus Normannos, quibus subtili erant, insurgentes, repressi sunt a Willelmo Longa-spata. (Ex libello Hugonis Floriac. monachi.) Bouq. XI, 181, note a.*

(80) *Dudum. a. s. d. e. l., olim, c.*

(81) *Hugone. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.*

(82) *Sicut supra dictum est, § 228.*

(83) *Vinxerat. a. c. d. e. l., rincerat, s.*

Rolloni cum filia (84) Gisla dederat, brevi effecit ut, ultro Alanus adveniēns, suppliciter se suaque dederet. Sed, quia de Britannia parum aliās dicturus sum, hic quoddam miraculum, quod illis ferme diebus in Nannetis civitate contigit, paucis inseram.

DE DUBIIS CLERICIS SOCIIS.

§ 237. Erant in urbe illa duo clerici, nondum patientibus annis, presbyteri; id officium magis precario quam bonæ vitæ merito ab episcopo loci exegerant: denique alterius miserandus exitus superstitem instruxit quam fuerint antea in inferni lapsum ambo præcipites. Cæterum, quod ad scientiam litterarum tendit ita edocti, ut aut parum aut nihil ipsis deberent artibus; a reptantibus infantie rudimentis adeo jocundis amicitie officiis æmuli, ut, juxta (85) comici dictum, « Manibus pedibusque conando, periculum etiam, si necesse esset, capitis pro invicem facerent. » Quare illa quadam, liberiorē animam (86) a curis forinsecis nacti, in secreto conclavi hujusmodi sententias fudere: Pluribus se annis nunc literis, nunc sæculi lucris (87), mentes exercuisse, nec satiasse, magis ad distortum quam ad rectum intentas: inter hæc, illum acerbum diem sensim appropinquare qui societatis suæ inextricabile in vita vinculum dirumperet; unde præveniendum mature, ut fides, quæ conglutinarat viventes, primo mortuum conitaretur ad manes. Paciscuntur ergo ut quisquis eorum ante obiret, superstiti, vel dormienti vel vigilantī, appareret infra triginta procul dubio 406 dies: si fiat, edocturus quod, secundum Platonicos, mors spiritum non extinguat, sed ad principium sui Deum tanquam e carcere emittat; sin minus, Epicureorum sectæ concedendum, qui opinantur animam corpore solutam in aerem evanescere, in auras effluere. Ita data acceptaque fide, quotidianis colloquiis sacramentum frequentabant. Nec multum in medio, et ecce, mors repentine imminens indignantem halitum uni eorum violenter extraxit. Remansit alter, et serio de socii sponsione cogitans, et jam jamque affuturum præstolans cassa opinione triginta diebus ventos pavit; quibus elapsis, cum desperans aliis negotiis avocasset otium, astitit subito vigilantī, ei quiddam operis molienti, vultu, qualis solet esse morientium anima fugiente, exanguis. Tum tacentem vivum prior mortuus compellans, « Agnoscis me? » inquit: « Agnosco, respondit, et non tantum de insolita tua turbor præsentia, quantum de diuturna miror absentia. » At ille, ubi tarditatem adventus excusavit, tandem ait, « Tandem, expeditis morarum nexibus, venio: sed adventus iste tibi, si voles, (amicæ), erit commodus, mihi

omnino infructuosus; quippe qui, pronuntiata et acclamata sententia, sempiternis sim deputatus suppliciiis. » Cumque vivus, ad ereptionem mortui, omnia sua monasteriis et egenis expensurum, sequē dies et noctes jejuniis et orationibus continuaturum, promitteret; « Fixum est, inquit, quod dixi, quia sine pœnitentia sunt judicia Dei, quibus in sulphuream voraginem inferni demersus sum: ibi dum rotat astra polus, dum pulsat littora pontus, pro criminibus meis volvar; inflexibilis sententiæ manet rigor (88), æterna et innumera pœnarum genera comminiscens. 407 totus modo mundus valitura remedia exquirat. Et ut aliquam experiaris ex meis innumerabilibus pœnis, protendit manum sanioso ulcere stillantem, et « en, ait, unam ex minimis, videtur tibi levis? » Cum levem sibi videri referret, ille, curvatis in volam digitis, tres guttas defluentis tabi super eum jaculatus est; quarum duæ tempora, una frontem contingentes, cutem et carnem sicut ignitio cauterio penetrarunt, foramen nucis capax efficientes. Illo magnitudinem doloris clamore testante, « Hoc, inquit mortuus, erit in te (89) quantum vixeris, et pœnarum mearum grave documentum, et, nisi neglexeris, salutis tuæ singulare monumentum. Quapropter dum licet, dum nutat ira, dum pendula Deus operitur (90) clementia, muta habitum, muta animum, Redonis monachus effectus apud sanctum Melanium. » Ad hæc verba vivo respondere nolente, alter eum oculi vigore perstringens, « Si dubitas, inquit, converti, miser, lege literas istas; » et simul cum dicto manum expandit leticis notis inscriptam, in quibus Satanas et omne inferorum satellitium gratias omni ecclesiastico cœtui de Tartaro emittebant, quod cum ipsi in nullo suis voluptatibus deessent, tum tantum numerum subditarum animarum paterentur ad inferna descendere prædicationis incuria, quantum nunquam retroacta viderunt sæcula. Illis dictis loquentis aspectus disparuit; et audiens, omnibus suis per ecclesias et egenos distributis, sanctum Melanium adiit, omnes audientes et videntes de subita conversione (91) admonens ut dicerent « Hæc est mutatio dextræ Excelsi. »

408 § 238. Ista pro utilitate legentium me inseruisse non piguit; nunc de Willelmo loquar. Nam quia breviter, nec ut puto inutiliter, res ejus, quas duntaxat comes in Normannia annis triginta acceperat, percurri; modo aliud narrandi exordium ordo temporum flagitat, ut de regno ejus, quantum nostra sciscitatio penetrare potuit, mendacium arguam, veritatem pronuntiem. Rex Edwardus fato functus fuerat: Anglia dubio favore nutabat, cui se rectori committeret incerta, an Haroldo, an Willelmo, an Edgardo; nam et illum, pro genere proximum regno,

(84) Filia c. d. e. filia sua, a. s. l.

(85) Comici dictum. Terent. Andr. iv, 1.

(86) Animam. a. s. c. d. e 2, omitt. in e 1.

(87) Lucris. a. c. d. l. curis, s.

(88) Rigor. a. c. d. e. l., rigor æternus, s.

(89) In te. e 1, tibi, a. s. c. d. e 2. l.

(90) Deus operitur. c. e. Deus te operitur, a. d. l. Dei te operitur, s.

(91) Conversione. c. d. e. conversione et illustri conversatione, a. s. l.

proceribus rex commendaverat, tacito scilicet mentis iudicio, sed prono in clementiam animo. Quare, ut prædixi, Angli diversis votis serebantur, quamvis palam cuncti bono Haroldo imprecantur : et ille quidem, diademate fastigiatus, nihil de pactis inter se et Willelmum cogitabat; liberatum se sacramento asserens, quod filia ejus quam desponderat citra nobiles annos obierat. Fertur enim vir ille, non paucis virtutibus præditus, parum adversus perfidiam sibi consuluisse dummodo posset quibuscumque præstigiis hominum ratiocinationes suspendere : præterea, qui putaret minas Willelmi nunquam ad factum erupturas, quod ille conterminorum ducum bellis implicaretur, totum animum otio cum subjectis indulserat; nam profecto, nisi quod Noricorum regem adventare didicidit, nec militem convocare nec aciem dirigere dignatus fuisset. Alter interea illum per nuntios leniter convenire, de rupto fœdere expostulare, precibus minas insuere; sciret se ante annum emensum ferro debitum vindicaturum, illuc iturum quo Haroldus tutiores se pedes habere putaret. Contra, ille, (92) quæ dixi 409 de puellæ nuptiis referens, de regno addidit, præsumptuosum fuisse quod, (93) absque generali senatus et populi conventu et edicto, alienam illi hæreditatem juraverit; proinde stultum sacramentum frangendum. Nam si jusjurandum vel votum quod puella in domo patris, necsitis parentibus, de suo corpore volens fecerit, judicatur irritum; quanto magis quod ille, sub regis virga constitutus, nesciente omni Anglia, de toto regno, necessitate temporis coactus, impegit, videatur (94) non esse ratum : præterea iniquum postulat ut imperio decedat, quod tanto favore civium regendum suscepit; hoc nec provincialibus gratum, nec militibus tutum. Ita revertebantur inanes nuntii, vel veris vel verisimilibus argumentis præstricti. Sed comes toto illo anno bello necessaria expediebat, largis sumptibus milites suos continebat, alienos invitabat : ordines aciesque ita instituebat, ut milites proceri corpore, præcellentes robore eissent; duces et antesignani, præter scientiam rei militaris, etiam consilii et acta-

(92) Quæ dixi. Vide § 228.

(93) Absque generali, etc. Quibus ex verbis sequi videtur magnum regni concilium nunquam de ulla in ducem coronæ translatione consensisse; qua deficiente sanctione nullum ab Haroldo in gratiam Willelmi præstitum sacramentum vim obligandi habere poterat.

(94) Videatur. s. d. e. l.; judicatur, a. c.

(95) Optimates. a. s. d. e. l.; primates, c.

(96) Paucissimis annis... deprimere parati. c. e. l. k.; nondum sexaginta annis evolutis, utraque turba abortivum bonitatis effecti, jurata bella contra justitiam susciperent : illi, pro ambitione sacrorum, magis distortum quam æquum et bonum amplectentes; isti rejecio pudore, undecunque captatis occisionibus, compendia pecuniarum velut quotidianam stipem emendicantes, a. s. g. h. l.; d. in. utrumque locum continent, omissis tamen verbis paucissimis annis, post stipem emendicantes. Ex his verbis in loco supra allato, nondum sexaginta annis elapsis, proxime ad tempus accedere nobis datum est quo prima viæ

lis maturitate pollerent; ut si singulos vel in acie vel alibi cerneres, non proceres sed reges putares. Ita episcopi et abbates illius temporis religione, ita optimates (95) magnanimitate liberalitate certabant, ut mirum sit quod, (96) paucissimis annis 410 evolutis, pleraque et pene omnia in utrisque ordinibus mutata videas : illi in quibusdam hebetiores, sed largiores; isti in omnibus prudentiores, sed tenaciores; utrique tamen in defensanda patria man validi, consilio providi, fortunas suas evehere, inimicorum deprimere parati. Verum tunc Willelmi industria cum prudentia Dei consentiens, jam spe Angliam invadebat; et, ne justam causam temeritas decoloraret, ad apostolicum, qui ex Anselmo Laccensi episcopo (96*) Alexander dicebatur, misit, B justitiam suscepti belli quantis poterat facultatibus nervis allegans. Haroldus id facere supersedit; vel quod turgidus natura esset, vel quod causæ diffideret, vel quod nuntios suos a Willelmo et ejus complicitibus, qui omnes portus obsidebant, impediri timeret. Quare, perpensis apud se utrinque partibus, papa vexillum in omen regni Willelmo contradidit; quo ille accepto, conventum magnatum (97) apud Lillebona fecit, super negotio singulorum sententias sciscitatus. Cumque omnes, ejus voluntatem plausibus excipientes, magnificis promissis animasset (98), commeatum navium omnibus, pro quantitate possessionum, indixit. Ita tunc discessum, et mens Augusti ad sanctum Valericum in commune ventum : portus ita (99) per 411 metonymiam (100) dicitur. Congregatis undecunquē navibus, felix exspectabatur aura quæ illas ad destinatum locum (1) eveheret. Qua multis diebus remorante, vulgus militum, ut fieri solet, per tabernacula mussitabat : insanire hominem qui vellet alienum solum in jus suum refundere; Deum contra tendere, qui ventum arceret; idem patrem voluisse, eodemque modo inhibebat; fatale illi familiæ esse, ut, altiora viribus spirans, Deum adversantem experiri. Ista per publicum serebantur, quæ possent fortium robur emervare. Dux itaque, facto cum senioribus concilio, corpus sancti Valerici foras efferri, et, pro vento

J completum fuerit opus cui titulus, *Gesta Regum*; sed putandum est minus definitum loquendi modum, ut ex textu apparet, adhibuit, cum probabiliter opus suum, elapsis aliquot annis, ad incudem revocaverit.

(96*) Alexander II, die 20 Septembr. 1061 pontificali corona insignitus, obiit die 21 Aprilis 1073.

(97) Magnatum. a. c. d. e. l.; magnum, s.

(98) Animasset. s.; animassent, a. c. d. e. l.

(99) Ita. a. s. d. e. l.; ille, c.

(100) Per metonymiam. Dux sunt civitates monachæ S. Valerici : una in Picardia ad ostium Somonezæ fluminis quæ pridem Leugonauz vocabatur; altera vero insignis est portus in Normannia, in diocesi Rothomagensi, quæ pridem Saint Valeri les Plains, nunc autem Saint Valeri in Caux vocatur. Prior emendicatur de qua hic Malmesburiensis. « In Pontive apud S. Valericum in anchoris congrue stare fecit, » inquit Willelmus Gemmeticensis.

(1) Locum. d. c.; omitt. in a. s. c. l.

deprecando, sub divo exponi jussit; nec mora intercessit quin prosper flatus carbasa impleret. Tunc lætus clamor exortus omnes ad naves invitavit: comes ipse, a continenti primus ad (2) altum pro-
 vectus, cæteros in medio fere mari anchoris jactis sustinuit. Omnibus itaque ad prætorix puppis vermiculatum velum convo tantibus, post cibum sum-
 ptum placido cursu Hastings appulerunt. In egressu navis (A. D. 1066, Sept. 28) pede lapsus, eventum in melius commutavit, acclamante sibi proximo milite, « (3) Tenes, inquit, Angliam, comes, rex futurus! » Omnem exercitum a præda continuit, **412** parcendum rebus (4) quæ suæ forent prælocutus; « continuisque quindecim diebus adeo se quiete agens, ut nihil minus quam bellum cogitare videretur.

§ 239. Interea Haroldus de pugna Noricorum revertebatur, sua æstimatione felix quod vicerat; meo judicio contra, quod parricidio victoriam comparat: allatoque ad se nuncio adventus Normannici, sicut erat cruentus in armis, paucissimum stipatus milite Hastings protendit. Præcipitabant enim mirum fata, ut nec auxilia convocare vellet, nec, si vellet, multos parituros inveniret; ita, (5) ut ante dixi, omnes illi erant infensi, quod solus manubiis borealibus incubuerat. Præmisit tamen qui numerum hostium et vires specularentur; quos intra castra deprehensos Willelmus circum tentoria duci, moxque, largis eduliis pastos, domino incolumes remitti jubet. Redeuntes percunctatur Haroldus quid rerum apportent: illi, verbis amplissimis ductoris magnificam confidentiam prosecuti, serio addiderunt, pene omnes in exercitu illo presbyteros videri, quod totam faciem cum utroque labio rasam **413** haberent; Angli enim superius labrum pilis incessanter fructificantibus intonsum dimittunt, quod etiam gentilitium antiquis Britonibus fuisse Julius Cæsar asseverat (6) in libro Belli Gallici. Subrisit rex fatuitatem referentium, lepido insecutus ca-

chinno, quia non essent presbyteri, sed milites armis validi, animis invicti. Rapuit ergo ex ore ipsius sermonem (7) Gurtha frater, plus puero adultus, et magnæ ultra ætatem virtutis et scientiæ. « Cum » (inquit) « tantam fortitudinem Normanni prædices, indeliberatum æstimo cum illo colligere, quo (8) inferior robore et merito habearis. Nec enim ibis in indicias quin illi sacramentum vel invitus vel voluntarius feceris; proinde consultus ages si, instanti necessitati te subtrahens, nostro periculo collidum pugna tentaveris: nos, omni juramento expediti, juste ferrum pro patria stringemus. Timendum ne, si ipse decernas, vel fugam vel mortem optetas: sed, nobis solis præliantibus, causa tua utrobique in portu navigabit; quia et fugientes restituere, et mortuos ulcisci, poteris. »

§ 240. Noluit effrænata temeritas aurem placidam monenti commodare, existimans inglorium et anteactæ vitæ opprobrium cuicumque discrimini terga nudare: eademque impudentia, vel, indulgentius dicam, imprudentia, monachum, Willelmi legatum, nec bono vultu dignatus turbide abegit; hæc tantum imprecans, ut Deus inter eum et Willelmum judicaret. Afferebat ille tria: **414** ut vel regno secundum conditiones descenderet; vel sub eo regnatus teneret; vel certe, spectante utroque exercitu, gladio rem ventilarent. Calumniabatur enim Willelmus regnum, quod rex illi Edwardus concesserat, (9) consilio Stigandi archiepiscopi. et Godwini et Siwardi comitum; ejusque domi obsides filium et nepotem Godwini Normanniam miserat. Si id negare velit Haroldus, judicio se sedis apostolicæ vel prælio acturum: quibus omnibus solo, quod dixi, nuncius frustratus responso, discessit, suisque ad dimicandum vivaciores animos dedit.

§ 241. Itaque utrinque animosi duces disponunt acies (Oct. 14), patrio quisque ritu: Angli, ut accepimus, totam noctem insomnem cantibus potibusque

sequitur, quod ad invasionem pertinet, Willelmum nempe copias suas non in unam tantum littoris partem exposuisse, id est Bulverhithe seu Hastings, ut supponitur, sed in diversa loca ad appellendum idonea secus littus maris, a Bexhill ad Winchelsea.

(5) *Ut ante dixi.* Vide § 228.

(6) *In libro Belli Gallici.* « Capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput et labrum superius. » (Lib. v, c. 14. *Cuius Julii Cæsaris de Bello Gallico*; ed. Oudendorpii, Lugd. Batav. 1737.)

(7) *Gurtha frater.* Guertha, Haroldi frater, profecto in prælio apud Hastings occubuit; sed in Harleian ms. 5776, fol. 21 b. legitur Guertham incolumem evasisse, atque in extrema ætate a rege Henrico II visum fuisse.

(8) *Quo, a. s. d. e. l. i., qui, c.*

(9) *Consilio Stigandi, etc.* « Hæc a Willelmo Pictaviensi, qui Conquestorem loquentem inducit; sed manifeste falsa: nam Godwinus an. 1053, Siwardus autem A. D. 1054 obierunt; anno vero 1054 Edwardum Confessorem vidimus filium fratris sui ex Hungaria revocantem ut illum sibi successorem in regno constitueret, qui consequenter anno 1057 reversus, mox obiit. Unde clare sequitur ea quæ hic a scribuntur minime ab Edwardo fieri potuisse. » (SHARPE,

(2) *Ad. c. d. e., in, a. s. l.*

(3) *Tenes Angliam.* « Hæc dicebantur alludendo ad feudalem investituram, seu formalem cujusdam domini occupationem, exhibitis quibusdam symbolis. » (SHARPE, 315.) Hæc tamen narratio aliquam suspicionem movet quod præfata verba iis exacte sint similia quæ a Cæsare prolata sunt cum in Africam appellendo, fallente vestigio lapsus, exclamavit: *Teneo te, Africa.* Fidem etiam adimit quod de hoc omnino tacet Willelmus Pictaviensis qui ducis capellanus erat, eique appellenti aderat.

(4) *Quæ suæ forent.* Quæcumque fuissent Conquestoris jussa quibus ejus copiæ a prædando cohiberentur, concludendum est tamen ex *Domesday Surrey* ea nihil profecisse. Integra regio circa Hastings devastata fuisse videtur. Henry Ellis in sua ultima editione operis cui titulus: *General Introduction to Domesday*, asserit devastationes a copiis Conquestoris in prima invasione patratas manifeste patere, præsertim juxta Hollington, Bexhill, etc. Cujusque mansionis pretium exhibetur qualis regnante Confessore habebatur; postea notatur: *Vastatum fuit*; deinde pretium sequitur quo tempore *Domesday Surrey*, seu inspectio, peracta est. Ut se nunc habent ista dominia, evidenter adhuc patet ea ab incedente exercitu devastata fuisse; unde clare aliud

ducentes, mane incunctanter in hostem procedunt: A
pedites omnes cum bipennibus, conserta ante se
scutorum testudine, impenetrabilem cuneum faciunt; quod profecto illis ea (10) die saluti fuisset, nisi Normanni simulata fuga more suo confertos manipulos laxassent. Rex ipse pedes **415** juxta vexillum stabat cum fratribus, ut, in commune periculo æquato, nemo de fuga cogitaret. Vexillum illud post victoriam papæ misit Willelmus, quod erat in hominis pugnantis figura, auro et lapidibus arte sumptuosa intextum (11).

§ 242. Contra Normanni, nocte tota confessioni peccatorum vacantes, mane Dominico corpore communicarunt. Pedites cum arcubus et sagittis primam frontem muniunt, equites retro divisim alii consistunt. Comes vultu serenus, et clara voce B
suarum parti utpote justiori Deum adfuturum pronuncians, arma poposcit; moxque ministrorum tumultu (12) lorica inversam indutus, casum risu corripuit, « Vertetur, inquam, fortitudo comitatus (13) mei in regnum. » Tunc (14) cantilena Rollandi inchoata, ut martium viri exemplum pugnatorum (15) accenderet, in clamore Dei auxilio, prælium consertum (16), bellatumque acriter, neutris in multam diei horam cedentibus. Quo comperto, Willelmus innuit suis ut, ficta fuga, campo se subtraherent. Hoc commento Anglorum cuneus solutus, quasi palantes hostes a tergo cæsurus, exitium sibi maturavit; Normanni enim, conversis ordinibus reversi, dispersos adoriuntur, et in fugam cogunt. Ita ingenio circumventi, pulchram mortem pro patriæ C
ultione meruere: nec tamen ultioni suæ desuere, quin, crebro consistentes, **416** de insequentibus insignes cladis acervos facerent; nam, occupato tumultu, Normannos, calore succensus acriter ad superiora nitentes, in vallem dejiciunt, levique negotio in subjectos tela torquentes, lapides rotantes, omnes ad unum fundunt. Item fossatum quoddam præruptum compendiaro et noto sibi transitu evadentes, tot ibi inimicorum conculcare, ut cumulo cadaverum planitiem campi æquarent. Valuit hæc vicissitudo, modo illis, modo istis vincuntibus, quantum Haroldi (17) vita moram fecit; at ubi jactu sagittæ violato cerebro procubuit, fuga Anglo-

316.) — « Stigandus nunquam pallium a Roma meruit, quamvis et ibi venalitas multum operetur. ... Coronam regni de manu ejus rex detraxit suscipere, astutia qua consueverat prohibitorum ex parte apostolici subornans. Nec multo post in Normanniam navigans, sub velamine honoris, illum renitentem secum traxit; ne quid perfidiæ, se absente, per ejus auctoritatem in Anglia pullularet. Inter quæ difficile dictu est, quantis eum exceperit officiis, dignanter ubique locorum assurgendo, et contra eum in omnibus episcopatibus Normanniæ et subatibus longa serie pompæ procedi faciendo. Sed quid his tegebatur involucris erupit in clarum; sciret cum depositus est Stigandus, fidem Willelmi appellans. » (Ex Gestis pontif. Angl., p. 416 b.)

(10) *Ea*, a. s. e. l., *illa*, c. d.

(11) *Intextum*, c. d. e.; *contextum*, a. s. l.

rum perennis in nocte fuit. Emicuit ibi virtus armorum ducum.

§ 243. Haroldus, non contentus munere imperatorio ut hortaretur; alios, militis officium sedulo exequabatur; sæpe hostem cominus venientem ferire, ut nullus impune accederet quin statim uno ictu equus et eques prouiderent: quapropter, ut dixi, eminus lethali arundine ictus mortem implevit. Jacentis femur unus militum gladio proscidit; unde a Willelmo ignominie notatus, quod rem ignavam et pudendam fecisset, militia pulsus est.

§ 244. Item Willelmus suis clamore et præsentia hortari, ipse primus procurrere, confertos hostes invadere: ideo dum ubique sævit, ubique infrenat, tres equos lectissimos sub se confossos ea die amisit. Perstitit tamen magnanimi ducis et corpus et animus, quamvis familiari susurro a custodibus corporis revocaretur; perstitit (inquam) donec victoriam plenam superveniens nox infunderet. Et procul dubio divina illum manus protegit, ut nihil sanguinis ex ejus corpore hostis (18) hauriret, quamquam illum tot jaculis impeteret.

417 § 245. Illa fuit dies fatalis Angliæ (19), funestum excidium dulcis patriæ, pro novorum dominorum commutatione. Jam enim pridem moribus Anglorum insueverat, qui varii admodum pro temporibus fuere: nam, primis adventus sui annis, vultu et gestu barbarico, usu bellico, ritu fanatico vivebant; sed postmodum, Christi fide suscepti, paulatim et per incrementa temporis, pro otio quod accitabant, exercitium armorum in secundis poscentes, omnem in religione operam insumpsere. Tæce de pauperibus, quos fortunarum tenuitas plerumque continet ne cancellos justitiæ transgrediantur: prætermitto graduum ecclesiasticorum viros, quos nonnunquam professionis contuitus, sed et infamie metus, a vero deviare non sinit. De regibus dico, qui pro amplitudine potestatis licenter indulgere voluptatibus possent: quorum quidam in patria, quidam Romæ, mutato habitu, cæleste lucrati sunt regnum, beatum nacti commercium; multi, speciatim, tota vita mundum amplexi, ut thesauros egenis effunderent, monasteriis dividerent. Quid dicam de tot episcopis, heremitis, abbatibus? nonne tota in-

D

(12) *Loricam inversam*. Cum enim his temporibus loricae erant hamis contextæ, hoc facile fieri poterit.

(13) *Comitatus*. Vocabulis *comitatus* et *duxatus*, indifferenter usos fuisse illius ætatis historicos patet.

(14) *Cantilena Rollandi*. Metrica cantilena saponitur, heroica Rollandi aliorumque Caroli magni procerum facinora commemorans, qui Roncesvalle occubuerant. Ex hoc loco Rivetus (*Histoire littéraire de la France*, tom. VII, p. 72), linguam Romanam tunc temporis in usu fuisse concludit.

(15) *Pugnatorios*, a. s. c. d. e., 2. l., *pugnatoris*, e. l.

(16) *Consertum*, c. d. e. l., *utrinque consertum*, a. s.

(17) *Haroldi*, a. s. d. e. l., *Haroldo*, c.

(18) *Hostis*, a. s. c. d. e. 2. l.; omitt. in e. l.

(19) *Angliæ*, d. e. l.; *Anglis*, s.

sula tantis reliquiis indigenarum fulgurat, ut vix aliquem vicum insignem prætereas ubi novi sancti nomen non audias? quam multorum etiam perit memoria, pro scriptorum inopia! Veruntamen litterarum et religionis studia ætate procedente obsoleverunt, non paucis ante adventum Normannorum annis (20). Clerici litteratura tumultuaria contenti, vix sacramentorum **418** verba balbutiebant: stupori erat et miraculo cæteris qui grammaticam nosset. Monachi, subtilibus indumentis et indifferenti genere ciborum, regulam ludificabant. Optimates, gulæ et veneri dediti, ecclesiam more Christiano manere non adibant; sed in cubiculo, et inter uxorios amplexus, matutinarum solemnium et missarum a festinate presbytero auribus tantum libabant. Vulgus, in medio expositum, præda erat potentioribus, et, vel eorum substantiis exhaustis, vel etiam corporibus in longinquas terras distractis, acervos thesaurorum congererent, quanquam magis ingentium sit illi genti commensationibus quam opibus (21) inhiare. Illud erat a natura abhorrens, quod multi ancillas suas ex se gravidas, ubi libidini satisfecissent, aut ad publicum prostibulum aut ad (22) æternum obsequium venditabant. (23) Potabatur in commune ab omnibus, in hoc studio noctes perinde ut dies perpetuantibus. Parvis et abjectis domibus totos absumebant (24) sumptus; Francis et Normanis absimiles, qui amplius et superbis ædificiis modicas expensas agunt. Sequebantur vitia ebrietatis sociæ, quæ virorum animos effeminant. Hinc factum est, ut, magis temeritate et furore præcipiti quam scientia militari Willelmo congressi, uno prælio, et ipso perfacili, servituti se patriamque pessundederint. Nihil enim temeritate levius; sed quicquid cum impetu inchoat, cito desinit vel comperitur. Ad summam (25) tunc erant Angli **419** vestibus ad medium genu expediti, crines tonsi, barbas rasi, armillis aureis brachia onerati, picturatis stigmatibus cutem insigniti; in cibis urgentes crapulam, in potibus (26) irritantes vomitum. Et hæc quidem extrema jam (27) victoribus suis participarunt, de

A cæteris in eorum mores transeuntes. Sed hæc mala de omnibus generaliter Angli dicta intelligi nolim: scio clericos multos tunc temporis simplici via semitam sanctitatis trivisse; scio multos laicos omnis generis et conditionis Deo in eadem gente placuisse: facessat ab hac relatione invidia, non cunctos pariter hæc involvit calumnia; verum sicut in tranquillitate malos cum bonis fovet plerumque Dei serenitas, ita in captivitate bonos cum malis nonnunquam ejusdem constringit severitas.

DE MORIBUS NORMANNORUM.

§ 246. Porro Normanni (ut de eis quoque dicamus) erant tunc, et sunt adhuc, vestibus ad invidiam culti, cibis citra ullam nimietatem delicati: gens militiæ assueta, et sine bello pene vivere nescia; in hostem impigre procurrere, et, ubi vires non successissent, non minus dolo et pecunia corrumpere. Domi ingentia, ut dixi, ædificia moderatos sumptus moliri, paribus invidere, superiores prætergredi velle, subjectos sibi (28) vellicantes **420** ab alienis tutari; dominis fideles, moxque levi offensa infideles. Cum fato ponderare perfidiam, cum nummo mutare sententiam. Cæterum, omnium gentium benignissimi advenas æquali secum honore colunt; matrimonia quoque cum subditis jungunt; religionis normannicæ, usquequaque in Angliam emortuam, adventu suo suscitavit; videas ubique in villis ecclesias, in vicis et urbibus monasteria novo (29) ædificandi genere consurgere; recenti ritu patriam florere, ita ut sibi perisse diem quisque opulentus existimet quem non aliqua præclara (30) magnificentia illustret. Sed, quia de his satis dictum, Willelmi gesta prosequamur.

QUOMODO WILLELMUS AB ANGLIS SUSCEPTUS EST.

§ 247. Ille, ubi perfecta victoria potitus est, suos sepeliendos mirifice curavit; hostibus quoque si qui vellent, idem exequendi licentiam præbuit. (31) Corpus Haroldi matri repetenti sine pretio misit, licet illa multum per legatos obtulisset: acceptum itaque apud Waltham sepelivit, quam ipse ecclesiam, ex proprio constructam in honore **421**

(20) Clerici litteratura. Vide § 125. Rex Alfredus, in sua præfatione ad S. Gregorii Pastorale asserit litterarum notitiam in Angliæ sic defecisse ut in hac fluminis Humberi latere paucissimi presbyteri vulgare Ecclesiæ officium intelligere pares essent, sequere neminem nosse, Tamesis ad austrum, qui communem Latini sermonis textum in Anglicum sermonem convertere posset.

(21) Opibus, a. c. d. e. l.; operibus, s.

(22) Æternum obsequium venditabant, c. d. e. l., æternum obsequium vendicabant, a. s. Vide § 45, not. 20.

(23) Potabatur in commune... perpetuantibus. Vide § 149.

(24) Absumebant, s. c. d. e.; abliguriebant, l.

(25) Tunc erant Angli, etc. Hæc Anglorum descriptio ad antiquos Britones, non vero ad Saxones referenda est. Prorsus convenit cum notitiis quæ de illis a Cæsare, Diodoro, Pomponio Mela et Dione Cassio, sed præsertim ab Herodiano (*Herodian Histor.*; ed. Irmisch. Lipsiæ, 1789), traduntur. Britones, ut hic historiographus scribit, nulli quoad

majorum corporis partem incedunt. Etenim vestium usum non norunt. Renes et colla ferro cingunt, ornamentum id arbitantes, opulentiaque signum; corpus suum depictis omnis generis animalium formis pungunt, propter quod nullam vestem induunt ne figuras in corporibus suis depictas operiant.

(26) Potibus, a. s. d. e. l., poculis, c.

(27) Jam, d. e. l., omitt. in a. s. c.

(28) Sibi, e. l.; ipsi, a. s. c. d. e. l.

(29) Novo, a. s. c. d. e. l., nova, e. l.

(30) Præclara, a. s. c. d. e. l., omitt. in e. l.

(31) Corpus Haroldi. Duodecimo sæculo fama erat Haroldum e prælio apud Hastings evasisse. Asserit Giraldus Cambrensis multis persuasum fuisse Haroldum e pugna a fugis innumeris vulneribus confossum, sinistro oculo orbatum, diesque suos pie et religiose, anachoritarum more, Cestriæ finivisse. Hujus fabulæ Knighton et Brompton meminerunt. Willelmus Pictaviensis Willelmum dicit matri Haroldi corpus defuncti regis negasse quæ par auripondus pro illo offerebat, illudque in litore maris Willelmum jussu sepultum. In Harclian. ms. 3776, de

sanctæ Crucis, canonicis impleverat. Sensim ergo Willelmus (ut triumphatorem decebat) cum exercitu, non hostili sed regali modo progrediens, urbem regni maximam Londoniam petit; moxque cum gratulatione cives omnes effusi obviam vadunt. Prorupit omnibus portis unda salutantium, auctoribus magnatibus, præcipue Stigando archiepiscopo Cantuariensi et Aldredo Eboracensi: nam præcedentibus diebus, Edwinus et Morcardus, amplæ spei fratres, apud Londoniam audito interitus Haroldi nuncio, urbanos sollicitaverant ut alterutrum in regnum sublevarent; quod frustra conati, Northanhimbriam discesserant, ex suo conjectantes ingenio nunquam illic Willelmum esse venturum. Cæteri proceres Edgarum eligerent si episcopos assertores haberent; sed proximo urgente periculo et domesticæ litis dissidio, nec illud quidem effectum: ita Angli, qui, in unam coeuntes sententiam, potuissent patriæ reformare ruinam, dum nullum ex suis volunt, alienum induxerunt. Tunc ille, haud dubie rex conclamatus, die Natalis Domini (33) coronatus est ab Aldredo archiepiscopo (25 Dec. 1066); cavebat enim id nomen a Stigando suscipere, quod esset is archiepiscopus non legitime.

SUMMA BELLORUM WILLELMI IN ANGLIA.

§ 248. Omnium deinde bellorum quæ gessit, hæc summa est. Urbem (34) Exoniam rebellantem 422 leviter subegit, divino scilicet jutus auxilio, quod pars muralis ultro decidens, ingressum illi patefecerit: nam et ipse audacius eam assilierat, protestans homines irreverentes Dei destituendos suffragio; quia unus eorum, supra murum stans, nudato inguine auras sonitu inferioris partis turbaverat, pro

quo supra, Guertibus, Haroldi germanus, incolomis evasisse refertur; cumque in Henrici II congressum colloquiumque venisset, tutiusque temporis lapsu de Haroldo loqui potuisset, corpus ejus Waltham non conditum declarasse perhibetur. Henry Ellis citato hoc ms., juste observat cuncta ista a sæcularibus canonicis fabricata esse, qui, denuo ædificata Waltham abbatiæ an. 1177, ejecti sunt.

(32) *Quidem*, a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.

(33) *Coronatus est*. Integram Willelmi coronationis relationem reperire est in Chron. Willelmi Pictaviensis, qui Conquestoris capellanus erat.

(34) *Exoniam*, a. c. d. e.; *Oxoniam*, s. — Observandum est cunctos mss., e oexcepto quosus est Savilius, in eo consonare ut legant *Exoniam* (Exeter); at Matthæus Paris, Malmesburiensem secutus, *Oxoniam* (Oxford) loco *Exoniam* scripsisse videtur; optimis Matthæi Paris mss. (ms. Reg. 14, c. vii, et ms. coll. Nero, v. v.) legentibus *Oxoniam*. Equodam *Domesday Survey* loco, ubi *Oxoniam* describitur completens *quadringentas et sexaginta octo domos adeo vastas ut geld (tributi genus) solvere impares essent*, hæc Henry Ellis profatur: « Inquirendum nobis est cur domus per plurimæ Oxonii vastatæ inveniantur. Si loco de quo agitur fides, ejus verisimiliter causam nobis prodit Matthæus Paris, sub anno 1067, quo tempore Conquestor Oxonium subiecit dum Eboracum progrediretur: *Eodem tempore rex Willielmus urbem Oxoniam sibi rebellem obsidione vallavit. Super cuius murum quidam, stans nudato inguine, sonitu partis inferioris auras turbavit, in contemptum videlicet Normannorum; unde Willielmus*

A contemptu videlicet Normannorum. Eboracum (35), unicum rebellionum suffugium, civibus pene delevit, fame et ferro necatis: ibi enim rex Scottorum Malcolmus cum suis, ibi Edgarus et Marcherius et Weldeofus cum Angelis et Danis, nidum tyrannidis sæpe fovebant; sæpe duces illius trucidabant, quorum sigillatim exitus si commemoravero fortasse superfluous non ero, licet fastidii discrimen immincat, dum relatori, si forte secundum dictores suos mentiator, difficilis sit regressus ad veniam.

QUOMODO EBORACUM CEPERIT, ET TOTAM PROVINCIAM VASTAVERIT.

§ 249. Malcolmus omnes Anglorum perfugas libenter recipiebat, tutamentum singulis quantum poterat impendens; Edgarum præcipue, cujus 423 sororem, pro antiqua memoria nobilitatis, jugalem sibi fecerat. Ejus causa conterminas Angliæ provincias rapinis et incendiis infestabat; non quod aliquid ad regnum illi profuturum arbitraretur, sed ut Willelmi animum contristaret, qui *Scotticis prædis* terras suas obnoxias indignaretur. Quapropter Willelmus, coacta peditem et militum (36) manu, aquilones insulæ partes petiit: et primo urbem metropolim, quam Angli cum Danis et Scottis obstinate tenebant, in deditionem accepit, civibus longa inedia consumptis; maximum quoque hostium numerum, qui obsessis in auxilium convenerant, ingenti et gravi prælio fudit, non incruenta sibi victoria multos suorum amittens. (37) Tunc totius regionis vicus et agros corrumpi, fructus et fruges igne vel aqua labefactari jubet; maritima maxime, tum propter recentem iram, tum quia Cantuarum Danorum regem, filium Swani, adventare rumor

in iram conversus, civitatem levi negotio subjugavit. (MATT. PAR. ed. Wats., sub ann. 1067, p. 4.) Excestriæ etiam obsidionis an. 1067 mentionem faciunt Simeon Dunelmensi, col. 197; Hoveden, col. 258; Radulfus de Diceto, col. 482; Florentius Wigorniensis, fol. Francof. 1601, p. 635; et Oricricus Vitalis, p. 510.

(35) *Eboracum*, e.; *Eboracum civitatem*, a. s. c. d. l. — Eboraci eversioni annus 1068 assignatur.

(36) *Militum*, d. e. l., *equitum*, s.

(37) *Tunc totius regionis vicus*, etc. Quæ hic statuuntur et quæ proxime sequuntur amplo testimonio confirmat *Domesday* liber, quod videlicet hujus omnium florentissimæ provinciæ opes igne, cæde et vastatione dirutæ sunt, quodque solum ipsum amplius quam sexaginta Anglicorum milliariorum intervallo incolumit omnino et infecundum usque hodie remansit. Tellus quæ ad Edwinum et Morcardum in Eboracensi regione pertinuit ubique fere in *Domesday* libro *wasta* exhibetur; et in Amundernen, enumeratis minus quam sexaginta duobus locis, ubi possessiones ad centum et septuaginta *carucates* assurgunt, sic scribitur: « Omnes hæc villæ jacent ad Prestare et in, ecclesiæ. Ex his xvi a paucis incoluntur, sed quot sint habitantes ignoratur. Reliqua sunt *wasta* super vocabulum *wasta* innumeris locis ad archiepiscopum Eboracensem, ad S. Joannem Beverlacensem (*Beverley*), ad episcopum Dunelmensem pertinentibus additur, nec non terris quæ olim ad Walthæofum, Gospatricum, Siwardum et Marleswainum pertinebant. »

sparserat : ea præcepti ratio, ut nihil circa oram maritimam prædo piraticus inveniret secum asportaturus, si citius remeandus; vel fami consulturus, si diutius manendum putaret. Itaque provinciæ quondam fertilis, et tyrannorum nutriculæ, incendio, 424 præda, sanguine, nervi succisi; humus, per sexaginta et eo amplius milliaria, omnifariam inculta; nudum omnium solum usque ad hoc etiam tempus : urbes olim præclaras, turres proceritate sua in cælum minantes, agros lætos pascuis, irriguos fluviis, si quis modo videt peregrinus, ingemit; si quis superest vetus incola, non agnoscit.

DE MALCOLMO REGE SCOTTORUM.

§ 250. Malcolmus, antequam ad manus veniretur, se dedit, totoque Willelmi tempore incertis et sæpe fractis fœderibus ævum egit; sed, filio Willelmi Willelmo regnante, simili modo impetivus, falso sacramento insequentem abegit. Nec multo post, dum fidei immemor superbius provinciam inequitarer, a Roberto de Molbreia, comite Northanhimbriæ, (38) cum filio cæsus est; humatusque multis annis apud Tinemuthe, nuper ab Alexandro filio Scotiam ad Dunfermlin portatus est.

DE EDGARO.

§ 251. Edgarus, cum Stigando et Aldredo archiepiscopis regis deditivus (39), sequenti anno, facto ad Scottum (40) transfugio, jusjurandum maculavit; sed cum ibi aliquot annis degeus, nihil ad præsens commodi, nihil ad futurum spei, præter quotidianam stipem nactus esset, Normanni liberalitatem experiri pergens, ad eum, tunc ultra mare degentem, navigavit. Quod regi gratissimum 425 fuisse ferunt, ut incentore bellorum Anglia vacaret; nam et ultro solitus erat quoscunque Anglos suspectos habebat, quasi honoris causa, Normanniam ducere, ne quicquam se absente in regno turbarent. Receptus ergo Edgarus, et magno donativo donatus est; pluribusque annis in curia manens, pedetentim pro ignavia, et, ut mitius dictum sit, pro simplicitate, contemptui haberi cepit. Quantula enim simplicitas, ut libram argenti, quam quotidie in stipendio accipiebat, regi pro uno equo perdonaret? Subsequenti tempore cum Roberto filio Godwini, milite audacissimo, Jerosolymam pertendit. Illud fuit tempus (A. D. 1103) quo Turchi Baldwinum regem apud Ramas obsederunt; qui, cum obsidionis (41) inju-

riam ferre requirit, per medias hostium acies effugit, solius Roberti opera liberatus præeuntis, et evaginato gladio dextra lævaque Turchos cædentis: sed cum, successu ipso truculentior, alacritate nimia procurreret, ensis manu excidit; ad quem recolligendum cum se inclinasset, omnium incursum oppressus, vinculis palmas dedit. Inde Babylonem (ut aiunt) ductus, cum Christum abnegare nollet, in medio foro ad signum positus, et sagittis terebratus, martyrium sacravit. Edgarus amisso milite regressus, multaque beneficia ab imperatoribus Græcorum et Alamannorum adeptus, (quippe qui etiam eum retinere pro generis amplitudine tentassent,) omnia pro natalis soli desiderio sprevit; quosdam enim profecto fallit amor patriæ, ut nihil eis videatur jocundum nisi consuetum hauserint cælum. Unde Edgarus, fatua cupidine illusus, Angliam rediit, unde (42) (ut superius dixi) diverso fortunæ ludicro 426 rotatus, (43) nunc remotus et tacitus canos suos in agro consumit.

DE EDWINO ET MORCARDO FRATRIBUS.

§ 252. Edwinus et Morcardus erant fratres, filii Elfgari, filii Leofrici. Hi comitatum Northanhimbrom suscepant, et communi umbone pacifice tuebantur: nam (44) ut prædixi, paucis diebus ante mortem regis Edwardi, provinciales aquilonis in rebellionem surrexerant, et Tostinum comitem suum expulerant, petierantque et acceperant unum e fratribus dominum, annitente Haroldo. Fiebant ista, ut a consiliis accepimus, in senso rege, quia Tostinum diligeret: sed morbo invalidus, senio gravis, penesjam despectui omnibus (45) haberi cœperat, ut dilecto auxiliari non posset; quare ex animi ægritudine majorem valetudinem corporis contrahens, non multo post decessit. Perstitit in incepto Haroldus ut fratrem exlegaret: quocirca ille, prius piraticis excursibus avitos triumphos polluens, mox cum rege Noricorum (ut supra scripsi) cæsus est. Cadaver ejus, indicio verrucæ inter duas aces alas 427 agnitum, sepulturam Eboraci meruit. Tunc Edwinus et Morcardus (Haroldo jubente) manubiales prædas Londoniam tulere: nam ipse ad Hastingsensem pugnam festinabat, unde (46) jam partam victoriam falso præsaus somniabat. At, eo interempto, germani, ad terras suæ potestatis perfugientes, aliquot annis pacem Willelmi turbaverunt, claud-

(38) Cum filio cæsus est. Malcolmus cum filio suo Edwardo die 13 Novembris 1093 occisus a Morælo Bamburgensi, Northanhimbriæ comitis, mensæ administratoro. (Sax. chron.)

(39) Deditivus, s. l., deditivus, e.

(40) Scottum, a. s. e. l., Scotiam, c. d.

(41) Obsidionis, a. s. c. d. e. 2. l.; omitt. in e. l.

(42) Unde, c. e.; ubi, a. s. d. l.

(43) Nunc remotus et tacitus, etc. Probabile est Edgarum in Herefordiensi regione mansisse, siquidem apud *Domesday Survey* occurrit ut *tenant a capite* in regione Herefordiensi. (*Doms. tom. l. f. 142.*) Fordum (lib. v, c. 27-34) narrat Edgarum prodicionis in Willelmo Rufum a quodam Godwino accusatum, duello crimen purgasse, cujus God-

wini filius Robertus postea tanquam unus ex iis qui Eadgaro in Scotia adhæserant describitur, statuitque Saxon. Chronicleon illum anno 1106 unum fuisse ex iis qui in prælio apud Tinchebrai in Normanniam into capti sunt. Asserit vero Dr. Sayers in suis *Disquisitionis*, in-8°, 1808, p. 296, Spelman-Manuscriptorum codicum auctoritate innixus, Eadgarum Scotiam iterum retate profectum invasisse, atque in hoc regno an. 1120 obiisse. Illic temporis notæ et standum sit, e loco supra citato Malmesburiensem hanc suæ historiæ partem ante elapsam hunc annum scripsisse clare sequeretur.

(44) Ut prædixi, § 228.

(45) Omnibus, a. s. d., omitt. in c. e. l.

(46) Unde, c. d. e., indeque, a., inde l., ubi, e.

minis latrocinis sylvas infestantes, nec unquam a eominus et aperte martem agentes; sepe etiam capti plerumque se delidere, sed miseratione juvenilis decoris, et gratia nobilitatis, impune dimissi. Postremo nec vi nec dolo hostium, sed (47) suorum perfidia trucidati, regem ad lachrymas flexere; quibus ipse et conjugia cognatarum et amicitiae dignationem jam pridem indulisset, si quieti adquietere vellent.

DE WELDEOFO COMITE.

§ 253. Weldeofus, ample prosapiæ comes, multam familiaritatem novi regis nactus fuerat, quod ille, præteritarum offensarum immemor, magis illas virtuti quam perfidie attribuebat. Siquidem Weldeofus in Eboracensi pugna plures Normannorum solus obtruncaverat, unos et unos per portam egredientes decapitans: nervosus licertis, thorosus pectore, robustus et procerus toto corpore, filius Siwardi magnificentissimi comitis, quem Digera Danico vocabulo, id est fortem, cognominabant. Postmodum vero, victis partibus, sese sponte dedens, et (48) Judithæ neptis 428 regis connubio privataque amicitia donatus, non permansit in fide, pravum ingenium colibere impotens: compatriotis enim omnibus, qui existimant resistendum, cæsis vel subiectis, etiam in Radulf de Waler perfidia se immiscuit, (49) sed conjuratione detecta, comprehensus dinque in vinculis tentus (A. D. 1074-1075), ultimo spoliatus capite, Crolando sepultus est; quamvis quidam dicant, necessitate interceptum, non voluntate addictum, infideltatis sacramentum agitasse. Anglorum est ista excusatio; nam cætera Normanni asserunt (50), Anglorum qui plurimum præsent. Quorum astipulationi Divinitas suffragari videtur, miracula multa, et ea permaxima, ad tumbam illius ostendens. Aiunt enim, in calenas conjectum, quotidianis singulibus perperam commissa diluisse.

§ 254. Inde propositum regis fortassis merito excusatur, si aliquando durior in Anglos fuerit, quod pene nullum eorum fidelem invenerit. Quæ res ita ferocem animum exasperabant, ut potentiores primum pecuniis, mox terris, nonnullos etiam vita exueret: quin etiam Cæsarianum secutus ingenium, qui Germanos in Ardena maxima sylva abditos, et inde crebris eruptionibus exercitum suum affligentes, non per Romanos suos, sed per Gallos fœderatos expulit; ut, dum alienigenæ alterutros transfo-

derent, ipse sine sanguine triumphum duceret. Ilen (inquam) Willelmus in Anglos egit (A. D. 1068), nam contra quosdam, qui post primam infelicitia omnis pugnam Danemarchiam et Hiberniam profugerant, et valida congregata 429 manu tertio anno redierant, Angligenam exercitum et duces objecit, Normannos ferriari permitteus; ingens sibi levamen providens, utriusque vincerent. Nec eum cogitatio lusit; nam utriusque Angli, aliquandiu digladiati inter se, palmam otiosam regi refudere: advenæ Hiberniam fugati; regii, maxima sui clade, nomen inane victoriæ, amisso duce, mercati. Vocabatur (51) is Ednodus, domi belloque Anglorum temporibus juxta insignis, pater Herdingi qui adhuc superest, magis consuetus linguam in lites acnere, quam arma in bello concutere. Ita laicorum potentia subruta, stabili quoque obfirmavit edicto ut nullum ejus generis, monachum vel clericum, ad aliquam dignitatem conari pateretur: a Cnutonis quondam regis facilitate immaniter abhorrens, qui victis honores integros exhibuit; unde factum est, ut, eo defuncto, indigenæ advenas leviter expellerent, sibi que antiquum jus vindicarent. At iste certis de causis viveus quosdam canonicis deposuit (A. D. 1070), etiam locum illorum qui morirentur, eujuscunque generis industrium (52), præter Angligenam, imposuit. Exigebat hoc, nisi fallor, indurata in regem pervercia; cum sint Normanni (53) ut ante dixi in convivibus advenas naturali benignitate proclives.

§ 255. Radulfus, de quo prius tetigi, erat perdenum regis comes Northfolki et Suthfolki; (54) Brito ex patre, distorti ad omne bonum animi. Is, quod cognatam regis, filiam Willelmi filii Osberni, 430 desponderat, majora justo mente metiens, tyrannidem adoriri meditabatur. Itaque ipso unptiarum die magnis apparatus convivium agitatum, (quod Normannorum gula jam Anglorum luxus influxerat,) ebriis convivis, et vino lumentibus, amplo verborum ambitu propositum suum aperit: illi, quia in eorum animo pro potu omnis ratio caligabat, ingenti plausu dicenti acclamant. Ibi Rogerius comes Herefordensis, uxoris Radulphi frater, ibi Weldeofus, ibi præterea quamplurimi, in necem regis conjurant; sed postero die, eum, digesto calore vini, temperatio aura corda quorundam afflasset, major pars facti pœnitens a convivio dilapsa. Unus eorum (Weldeof fertur), qui consilio Lanfranci archiepiscopi (55) Normanniam ultro

(47) *Suorum perfidia trucidati.* Juxta Saxon. Chron. Eadwinus comes perfidiose a suis cæsus est an. 1074, eodemque anno Morcardus comes regi se subiecit.

(48) *Judithæ neptis regis.* Juditha filia erat comitis Enguerrand et Adelizæ Conquestoris sororis. Willelmus effusior in eam munerum largitione fuisse videtur.

(49) *Sed conjuratione detecta.* Comes Waltheofus, seu *Wallefus*, ut semper in *Domesday Survey* dicitur, juxta Sax. Chron. Wintoniæ, die 31^a Maii 1076, capite truncatus est. Attamen Chron. Mailvos. et Florentius Wigorniensis hoc anno præcedenti assigant.

(50) *Asserunt, a. s., afferunt, c. d. e. l.*

(51) *Is Ednodus, c. d. e. l., Isednodus, a. s.* Ednothus Haroldo magister erat equitum. Interfectus est an. 1068, dum obsisteret Haroldo filiis ex sua in Hiberniam expeditione revertentibus.

(52) *Industrium, c. e., industrium hominem, a. s. d. l.*

(53) *Ut ante dixi, § 246.*

(54) *Brito ex patre.* Sed pater ejus Anglus erat. Northfolki oriundus. (Sax. Chron. a. D. 1075.)

(55) *Normanniam ultro navigans, etc.* Ingrim. Saxonici Chronici editor, Malmesburiensem de pervertendis hic Sax. Chron. verbis insinulatus est.

navigans (56), rem regi, causa sua duntaxat celata, A detulit : at comites in incepto persistere, provinciales suos quisque in tumultum excitare ; sed obstinate eis Deus, omnes conatus eorum in irritum deducens. Mox enim re comperta, duces regis, qui custodiam pretendebant, Radulfum ad hoc calamitatis compulere, ut, arrepta nave apud Norwic, mari se committeret : uxor ejus, pacta membrorum salute, traditoque castello, maritum secuta. Rogerius, a rege vinculis irretitus, tota vita carcerem frequentavit vel potius incoluit ; detestandæ perfidiæ juvenis, nec moribus patrisans.

§ 256. Siquidem (57) genitor ejus, Willelmus filius **431** Osberni, principibus (58) optimis comparandus fuerit, haud scio an etiam præponendus. Ejus consilio rex Willelmus primo animatus ad invadendam Angliam ; mox, virtute adjutus, ad manutenendam. Erat in eo mentis animositas quam commendabat manus pene prodiga liberalitas : unde factum est, ut militum multitudine, quibus larga stipendia dabat, hostium aviditatem arceret, civium sedulitatem haberet ; quare pro effusis sumptibus asperrimam regis offensam incurrit, quod gazas suas improvide dilapidaret. Manet ad hanc diem, in comitatu ejus apud Herefordum, legum quas statuit inconcussa firmitas, ut nullus miles pro qualicumque commisso plus septem solidis solvat ; cum in aliis provinciis, ob parvam occasiunculam in transgressione præcepti herilis, viginti vel viginti quinque pendantur. Sed tam secundos eventus turpi sine fortuna conclusit, dum tanti regni sustentator, Angliæ et Normanniæ consiliarius, pro feminea cupidine Flandriam pergens, ab insidiatoribus impetitus interit. Nam Baldwinus antiquus ille (de quo superius dixi), pater Matildis, duos habuit filios : Robertum, qui, patre superstite committissam Frisiæ uxorem nactus, Frisonis cognomen accepit : Baldwinum, qui post patrem aliquot annis Flandriæ præfuit, immatureque fato functus est ; superstibus duobus liberis Arnulfo et Badwino, de Richilde uxore, quorum tutelam regi Francorum Philippo, (59) cujus amicitia filius erat, et Willelmo filio Osberni, commendaverat. **432** Libens id munus suscepit Willelmus, ut fœderatis cum Richilde nuptiis, altius nomen sibi pararet. At illa, **D** scœmineo fastu ampliora (60) sexu spirans, novaque provincialibus tributa exigens, in perfidiam illos

Latinos insuper historiographos non recte hæc verba ut plurimum interpretatos esse redarguit, affirmatque et quosdam integrum locum omississe eo quod illum non intelligebant. Argumenta tamen quibus Ingram utilis ut ad hanc conclusionem veniat, multum abest ut peremptoria sint.

(56) *Navigans, e 1 enavigans, a. s. c. d. e 2. l.*

(57) *Genitor ejus.* Willelmus Fitz Osberne Radulphi de Guader socer tantum erat.

(58) *Principibus, a. c. d. e., principis, s. l.*

(59) *Cujus amicitia filius erat.* Robertus (rex Francorum) genuit Henricum, qui xxix annis regnavit : Henricus genuit Philippum, qui, Henrico rege Francorum patre suo mortuo parvulus remansit ; cuius

excitavit ; misso quippe propter Robertum Frisonem nuncio, ut supplicantis patriæ habenas acciperet, omnem fidelitatem Arnulfo, qui jam comes dicebatur, abjurant (61). Nec vero defuere qui pupilli partes fulcirent ; ita multis diebus Flandria intestinis dissensionibus conturbata. Id filius Osberni, qui totus in amorem mulieris concesserat, pati nequivit, quin, militari manu coacta, Flandriam intraret : susceptusque primo ab his quos tutari venerat, post paucos dies securus de castello in aliud equitabat, expeditus cum paucis : contra, Friso, quem hujusmodi fatuitas non latebat, occultatis insidiis inopinum excepit, et, nequicquam fortiter agentem, ipsum et nepotem suum Arnulfum cecidit (A. D. 1071.)

§ 257. Ita Flandria potius, sæpe Willelmum regem Normannicis prædis irritavit. Filia ejus Cnutoni regi Danorum nupsit, de qua genitus est (62) Karolus, qui modo principatur in Flandria. Pacem cum Philippo rege comparavit, data sibi in uxorem privigna, de qua ille Lodovicum tulit qui modo regnat in Francia ; nec multo post, pertæsus connubii, (quod illa præpinguis corpulentia esset,) a lecto removit, uxoremque Andegavensis comitis contra fas et jus sibi conjunxit. Eorum affinitate tutus, Robertus nihil quod deploraret **433** suo tempore vidit ; licet Baldwinus frater Arnulfi, qui in Hanoæ provincia et castello Valentianis comitatum habuit, regis Willelmi auxilio plures assulius faceret. Tribus ante mortem annis, jam canis sparsus caput, Ierosolimam contendit pro peccatorum alleviamento ; regressus mundanis involucris renuntiavit, finem vitæ quietus a negotiis Christiana sollicitudine operiens. Filius ejus Robertus ille fuit qui in expeditione Asiatica (quam nostris diebus Europa contra Turchos movit) mirandus innotuit ; sed nescio quo infortunio, postquam domum reversus est, nobilem illum laborem decoloravit, in quodam (quod vocant) torniamento (63) ad mortem læsus. Nec filium ejus Baldwinum fortuna excepit felicior, qui, ultro in Normannia regis Anglorum Henrici vires lacessens, juvenilis audaciæ temeritatem luit ; namque conto in capite percussus, multorumque medicorum promissis illusus, metam vitæ abruptit (A. D. 1119), Karolo illi de quo supra diximus principatu tradito.

§ 258. At vero rex Willelmus in subjectos leni-

Baldwinus comes Flandriæ tutor fuit ; nam ejus amitam, sororem Henrici regis, uxorem duxerat. — Lib. *De castro Ambasiæ*, ap. Acherium, tom. III, p. 272. (Bouq. XI. 186.)

(60) *Ampliora, c. d., altiora vel ampliora, e., altiora, a. s. l.*

(61) *Abjurant, a. s. d. e. l., abjuravit, c.*

(62) *Karolus qui modo,* etc. Carolus cognomento Bonus. Filius erat Cnutonis IV, Danorum regis, et Adela, Roberti Frisonis filia. Baldwinus VII, et Flandriæ comes, successit (die 17 Junii 1119), obiit vero die 27 Martii 1127.

(63) *Ad mortem læsus.* Obiit an. 1111.

ter, turbide in rebelles agens, feliciter omni Anglia potestatur; Walenses omnes tributarios habens. Jam vero trans mare, nunquam otiosus (A. D. 1073), Cenomannico solo pene exterminium indixit (64), ducta expeditione illuc de Anglia, qui sicut facile in solo suo potuerunt opprimi, ita in alieno semper apparere invicti. (65) Apud Dolum, castellum **434** transmarinæ Britannicæ, dum nescio qua simultate irritatus manum illic militarem duxisset, innumeros ex suis desideravit (A. D. 1075). Philippum regem Francorum, cujus amicæ filiam uxorem duxerat, semper infidum habuit, quod scilicet ille tantam gloriam viro invideret quem et patris sui et suum hominem (66) esse constaret; sed Wilhelmus nihil secius ejus (67) conatibus improbe obviabat, quamvis primogenitus filius ejus Robertus fatuo consilio conatibus ejus assisteret (68); unde contigit, ut in quodam assultu (69) apud Gibboracum filius patri resultans, eo vulnerato, equum ipsius confoderet, Wilhelmus medius filiorum saucius abiret, multi ex regis eaderent. Cæterum tota vita sua fortunatus fuit, ut exteræ et remotæ gentes nihil magis quam nomen ejus timerent. Provinciales adeo nutui suo substraverat, ut sine ulla contradictione (70) primus census omnium capitum ageret, omnium prædiorum redditus in tota Anglia notitiæ suæ per scriptum adjiceret, omnes liberos homines, cujuscunque essent, suæ fidelitati sacramento adigeret. Solus ejus majestatem conturbabat (71) Cnutus rex Danorum, qui et **435** affinitate Roberti Fræncis et præpote potentia in immensum extollebatur; rumore in populos sato quod Angliam invaderet, debitum sibi pro affinitate antiqui Cantonis solum: et profecto fecisset nisi Deus ejus audaciam vento contrario infirmasset. Quæ res admonuit ut genealogiam regum Danorum qui post nostrum Cnutonem fuerit seriatim (72) abbreviavit, de Noricis quoque pauca inserturus.

§ 259. (73) Ei, ut ante dictum est, successit Haroldus in Anglia, Hardecnutus in Danemarchia,

(64) *Cenomannico... de Anglis*. A. D. 1073. Hoc anno Wilhelmus rex Anglorum Francorumque exercitum trans mare perduxit, Cenomannicamque regionem occupavit. (Sax. Chron.)

(65) *Apud Dolum, etc.* Wilhelmus rex tunc mare trajecit ductoque in Britanniam exercitu Doli castellum obsidione cinxit; at Britones strenue obsidentes propulerunt donec rex e Francia citatus adveniret; cujus adventu audito Wilhelmus inde discessit, multis e suis cæsis, thesauroque immunito. (Sax. Chron. A. D. 1076.) Hæc anno præcedenti a Florentio et aliis rectius attribuuntur.

(66) *Hominem, a. s. d. e. l.*, omitt. in c.

(67) *Secius ejus, a. s. c. e. l.*, segnius, d.

(68) *Conatibus ejus assisteret, c. d. e. l.*, contra patrem illi assisteret, a. s.

(69) *Apud Gibboracum, etc.* A. D. 1079. Hoc anno Robertus extra Normanniam juxta castellum nomine Gibboracum (*Gerborai*) cum patre pugnavit, eoque manu vulnerato, equus in quo insidebat cæsus est. (Sax. Chron.)

(70) *Primus census... adigeret*. Hic alludit Malmesburiensis ad præstantem illam et maximi momenti relationem, id est *Domesday Book*, quæ anno 1185

A filii ejus; nam Noricam, quam subegerat, recuperavit Magnus, filius (74) Olavi quem in gestis Cantonis (75) dixi a provincialibus suis necatum fuisse. Haroldo in Anglia defuncto, (76) ambo regna tenuit Hardecnutus pauco tempore: quo mortuo successit Edwardus simplex, avioque regno contentus, transmarinum imperium ut laboriosum et barbarum despuat. (77) Tunc rex Danorum levatus est Swanus quidam, haud dubie nobilissimus; ejus cum regnum aliquot annis prosperaretur, Magnus rex Noricorum (consentientibus Danis quibusdam), illum vi bellica expellens, suo animo terram subiecit. Ejectus Swanus regem Suevorum adiit, ejusque auxilio, cum Suevos et Windelicos et Gothos corrasisset, rediit ut regnum reformaret; sed conspirantibus Danis, qui potestatem Magni diligere, prioris fortunæ calamitatem **436** expertus est. Ingens illud et memorabile in ea barbarie prælium fuit, quo (78) nunquam vel discrimen formidabilius vel omen lætius Dani viderunt. Denique ad hoc tempus votum illibatam custodiunt quo se ante pugnam (79) constrinxerunt ut vigiliam sancti Laurentii cæcis in posterum seculis jejuniis et elemosynis (80) sacrent. Eo enim die certatum, et tunc quidem Swanus fugit; sed non multo post, mortuo Magno, regnum suum integre recepit (A. D. 1047).

§ 260. Successit Magno in Norica Swanus quidam, Herdhand cognominatus, non de regia progenie, sed manu et caliditate proventus: illi Olavus, patruus Magni (quem sanctum ferunt): Olavo Haroldus Harvagra, frater Olavi, qui etiam imperatori Constantinopolitano dudum juvenis militaverat; cujus jussu pro stupro illustris femine leoni objectus, bellum immanem nudo laceratorum nisu suffocavit. Hic in Anglia ab Haroldo filio Godwini (81) cæsus (A. D. 1066). (82) Filii ejus, Olavus et Magnus, regnum paternum partiti; sed, Magno præmature mortuo, Olavus totum occupavit. Illi successit filius Magnus, qui nuper in Hibernia, dum temere illuc appulisset, miserabiliter occisus est.

publicis regni sumptibus prelo subjecta, postea tam erudite et perite explanata commentariisque illustrata est ab Henry Ellis, primo Britannici musei bibliothecario: Duo vol. in-8°. 1833.

(71) *Cnuto, a. s. c. d. e. 2. l.*, omitt. in e. l. — *Cnuto IV, A. D. 1080 — 1086.*

(72) *Seriatim, e. l. strictim, a. s. c. d. e. 2. l.*

(73) *Ei. Obiit Cnuto, juxta Suenon, Danorum historicum, die 12^a Novembris 1036; at vide p. 318 not. 4.*

(74) *Olavi quem in gestis Cnutonis dixi.* § 181.

(75) *Cnutonis, a. c. d. e. l.; Cnutonis nostri, s.*

(76) *Ambo regna tenuit Hardecnutus pauco tempore.* § 188.

(77) *Tunc rex Danorum, etc.* Magnus, Norvegia rex, Hardecnuto successit an. 1042; at anno sequenti Swynus eum Daniæ regno deturbare conatus est. Defuncto Magno, an. 1047, Sweynus regnum obtinuit.

(78) *Quo, s., quod, a. c. d. e. l.*

(79) *Pugnam, a. s. c. d. e. 2. l.*, omitt. in e. l.

(80) *Sacrent, a. s. d. e. l., consecrarent, c.*

(81) *Godwini, a. s. d. e. l.*, omitt. in e.

(82) *Cæsus, c. c., cæsus est, a. s. d. l.* Vide § 228.

Ferunt Magnum superiorem, filium Haroldi, post mortem patris ab Haroldo rege Angliæ clementer domum dimissum, illius beneficii memoria Haroldum filium Haroldi, post victoriam Willelmi ad se venientem, benigne tractasse; eundemque in expeditione socium habuisse (A. D. 1098) quam in Angliam tempore Willelmi junioris **437** duxit, quando et Orchadas et (83) Mevanias insulas sibi subiecit, et occurrentes comites, Hugonem Cestrensem et Hugonem Salopesbiriensem, priorem fugit (84), ærenndum interemit. Filii ultimi Magni, Hasten et Siwardus, regno adhuc diviso imperitant; quorum posterior, adolescens speciosus et audax, non multum est quod Ierosolymam per Angliam navigavit, innumera et præclara facinora contra Saracenos consummans, præsertim in obsessione (85) Sidonis, quæ pro conscientia Turchorum immania in Christianos fremebat.

§ 251. Sed Swanus in regno Danorum ut duxi restitutus, ægre quietem ferens, in Angliam his Cantonem filium misit; primo cum trecentis, secundo cum ducentis navibus. Prioris classis socius fuit Osbernus frater Swani (A. D. 1069), sequentis Hacco (A. D. 1075) (86) : utrique (accepta pecunia) conatus adolescentis fregere, domum sine effectu repatriantes; quare a Swano rege gravi contumelia iniusti, quod fidem pecunia læsissent, in exilium acti sunt. Swanus, ad mortem veniens, omnes juramento provinciales constrinxit ut, quia quatuordecim illos habebat, omnibus pro ordine regnum delegarent, quantum ipsa soboles (87) durare posset. Eo ergo defuncto (A. D. 1076), successit filius (88) Haroldus annis tribus (A. D. 1077); illi Cnuto (A. D. 1080-1086), quem pater in Angliam miserat. Is, veteris repulsæ memor, classem (89) (ut accepimus) mille et eo amplius navium in Angliam parat; auxilio ei erat socer Robertus Friso, **438** sexcentarum ratiarum (90) dominus : sed, duobus pene annis venti adversitate coercitus, voluntatem mutavit, pronuncians non sine Dei nutu esse quod transfretare nequiret. Verum post modicum (91) quorundam colloquiis depravatus, qui difficultatem transitus anticularum maleficiis imputabant, optimatibus, quarum scæminæ de hoc insimulabantur, pensiones importa-

(83) *Mevanias insulas.* Man et Anglesey.

(84) *Fugit, c. e. l., fugit, a. s. d.*

(85) *Obsessione, c. d. e. l., obsidione, a. s.*

(86) *Hacco, a. c. d. e. l. 1, Bacco, s. l. 2.*

(87) *Soboles, a. s. d. e. l., progenies c.*

(88) *Filius, a. s. c. e. l., filius ejus d.*

(89) *Classem, a. c. d. e. l., omitt. in s. — Hæc ad an. 1085 referri possunt.*

(90) *Ratiarum, a. s. d. e. l., navium s.*

(91) *Post modicum, c. d. e., postmodum, a. s. l.*

(92) *Facti, a. c. d. e. l., omitt. in s.*

(93) *Trucidarunt.* Occisus est Cnuto in ecclesia *Odenæsæ*, die 10^a Jul. 1086. Vide *Antiq. Celto-Scand.*

P. 228.

(94) *Viginti et novem annis.* Ericus I, cum septem annis regno potitus esset, obiit in insula *Cypro*, ad terram sanctam tendens, die 11^a Julii 1103.

(95) *Abiti, a. c. d. e. l., adit, s.*

(96) *Quintus nunc Nicolaus, etc.* Fratri Nicolaus in

hiles indixit; Olavum quoque fratrem, factionis ejusdem principem accusatum, vinculis irretivit, et socero in exilium misit : quapropter barbari, libertatis suæ injuriam non ferentes, intra ecclesiam quamdam altarcplexum, et emendationem facti (92) promittentem, (93) trucidarunt. Aiunt eo loci multa miracula cœlitus ostensa, quod fuerit vir ille jejunis et eleemosynis deditus, et qui in legum transgressores magis divinas quam suas persequeretur contumelias; unde et ei martyris honor consecratus est a papa Romano. Post enim homicidæ, ut invidiam facti aliquo bono compensarent, Olavum a vinculis decem millibus marcarum argenti redemerunt (A. D. 1086). Hic, octo annis ignave imperitans, regnum fratri Henrico reliquit (A. D. 1095). Is, (94) viginti et novem annis modeste vivens, Ierosolymam abiit (95), medioque mari spiritum evomit. (96) Quintus tunc Nicolaus in regno subsistit (A. D. 1103).

§ 262. Rex igitur Danorum (ut dixi) solus erat obstaculum ne Willelmus continua feriretur lætitia (A. D. 1085), cujus respectu tantam multitudinem stipendiariorum **439** conducebat militum ex omni quæ citra montes est provincia, ut eorum copia regnum gravaret; sed ipse, pro magnanimitate sua, dispendium expensarum non sentiens, etiam Hugonem Magnum, regis Francorum fratrem, cum illius commilitio, inter militares numeros sibi servitutum redegerat. Animabat et excitabat ipse virtutem suam propter (97) Roberti Guiscardi (A. D. 1020-1085) memoriam, pronuncians pudendum si illi fortitudine cederet quem nobilitate præiret; siquidem Robertus, (98) melioci parentela in Normannia ortus, quæ nec humi reperet nec altum quid timeret, paucis ante adventum Willelmi in Angliam annis, cum quindecim militibus abierat Apuliam, penuriam necessariorum gentis illius ignavæ stipendiis correcturus. Nec multi fluxerunt anni quod, stupendo Dei munere, totam terram (99) in potestatem accepit : nam ubi viribus destituebatur, ingenio callebat; oppida primo, mox civitates, suæ ditioni associans. Ita ergo profecit ut se ducem Apuliæ et Calabriæ, fratrem Ricardum principem Capuæ, alterum Rogerum comitem Siciliæ, faceret (A. D.

D regno successit post duorum annorum interregnum, a. D. 1105; die vero 25^a Junii 1135 trucidatus est.

(97) *Roberti Guiscardi.* Ejus ortum, indolem primaque gesta descripsit Gaufridus Malaterra (lib. 1, cap. 3, 4, 11, 16, 17, 18, 38, 39, 40); Willelmus Apulus (lib. II, pp. 260-262); Willelmus Gemeticensis (lib. XI, c. 50, pp. 663, 664, edit. Camden), et Anna Comnena (*Alexiad.* lib. 1, pp. 25-27; lib. VI, p. 165.) una cum annotationibus Cangii, not. in *Alexiad.* pp. 230-252, 520), qui cuncta Gallica Latineque chronica ad ampliorem intelligentiam perscrutatus est. (Gibbon, *Dec. Rom. emp.* VII, 217.

(98) *Medioci parentela.* Roberti Guiscardi parentela varie a variis, ex nobilibus et ignobilibus deducitur. Ejus genuina origo secundo aut medio inferioris nobilitatis ordini ascribi potest. Ex quadam ortus est *valvassors*, seu *bannerets* familia, e diocesi Constantiensi in inferiori Normannia (*Ibid.*).

(99) *Terram, a. s. d. e. l., terram illam c.*

1060). Postremo, data Apulia filio Rogero, cum A altero filio Boamundo Adriaticum pelagus transiit; statimque (100) Dirachio 440 capto, super Alexium imperatorem Constantinopolitanum ulterius progrediebatur: scævientem retinuit nuncius Hildebrandi apostolici. Imperator enim Alamannorum (1) Henricus, filius Henrici (2) de quo supra memoravimus iratus contra papam quod excommunicationem in eum propter investituras ecclesiarum promulgaverat, cum exercitu veniens, (3) Romam obsedit, Hildebrandum expulit, Guibertum Ravennanem introduxit. Quo per litteras expulsi Guiscardus audito, relicto filio Boamundo cum militibus ut inchoata pate na persequeretur, Apuliam rediit: contracta velociter Apulorum et Normannorum manu, Romam tendebat. Nec sustinuit nuncium advenientis Henrici, quin cum falso papa, sola fama territus, terga daret (4). Vacua ab obsessores, Roma legitimum præselem accepit; sed non multo post, eadem violentia qua prius, amisit. Tunc quoque Alexius, audiens Robertum ad sua necessaria revocatum, summamque manum bello imponere sperans, supra Boamundum, qui partes relictas tuebatur, irruit (5); sed Normannus, gentilitii roboris tenax adolescens, arietantes Græcos, et cæteras quæ convenerant gentes, usu militari, quamvis multum numero inferior, fugæ tradidit. Eodem quoque tempore Veneti, gens mari assucta, Guiscardum, propter quæ venerat sedatis, transfretare volentem aggressi, superiorem calamitatem sensere; pars mersi et cæsi, pars fugati. Ille, cœptam enavigans viam, multas civitates Alexii suæ voluntati 441 applicuit. Sustulit imperator maleficio quem virtute nequibat (6), uxori ipsius connubium angustale mentitus: cuius insidiis elaboratum (7) virus hauriens interit, meliorem exitum, si Deus voluisset, emeritus; invincibilis hostili ferro, et domestico obnoxius veneno. (8) Sepultus est apud Venusam Apuliæ, habens epitaphium (9):

*Hic terror mundi Guiscardus; hic expulit urbe
Quem Ligures regem, Roma, Lemannus, habent.
Parthus, Arabs, Mucedumque phalanx non tenuit
[Alexin,
At fuga; sed Venetum nec fuga nec pelagus.*

(100) *Dirachio capto.* Dirachium captum est die 8 Febr. 1082.

(1) *Henricus, filius Henrici.* Henricus IV.

(2) *De quo supra memoravimus.* § 189.

(3) *Romam obsedit.* Romam obsedit Henricus an. 1081 et 1084.

(4) *Daret, s. d., damnaret, a. c. e. l.*

(5) *Irruit, a. s. d. e. l., venit c.*

(6) *Nequibat, a. s. d. e. l., non poterat, c.*

(7) *Virus hauriens interit.* Potioris fidei scriptores, Willelmus Apulus (lib. v, p. 277), Gaufridus Malaterra (lib. III, c. 41, p. 589), et Romualdus de Salerno (*chron. in Muratori, Script. rerum Ital.* tom. VII) islam accusationem prorsus ignorant. Hoveden insuper (p. 710, in *Script. post Bedam*), cui Malmesburiensem sequitur, addit Alexium matris monio sibi junxisse, coronæ participem fecisse, vitamque igne deinde consumpsisse feminam sceleris sociam. (Vide Gibbon, *Dec. Rom. emp.*, VII, 247.)

(10) DE HILDEBRANDO PAPA

§ 263. Verum, quia Hildebrandi mentio se ingessit, de eo dicam quæ non frivolo auditu hausi, sed seria relatione ejus audivi qui se illa ex ore Illogonis abbatis Cluniacensis audisse juraret. Quem (11) ideo admiror et prædico, quia cogitationes aliorum prophetico mentis intuitu pronunciabat. Alexander eum (12) papa efficax, ipsius studium conspicuas, 442 cancellis apostolorum præfeerat. Circumibat ergo pro sui contuitu officii provincias, ut perperam acta corrigeret. Accurrebatur ab omnium (13) ordinum hominibus, decisiones diversorum negotiorum postulantes. Cuncta ei submittebatur secularis (14) potentia, tum pro sanctitatis, tum pro ministerii ipsius reverentia. Unde die quadam, cum solito major adequitantum (15) esset turba, abbas prædictus in extremo agmine cum monachis suis sensim progrediebatur; visoque eminus tanto viri honore, quod tot mundanæ potestates nutum illius præstolarentur, hujuscemodi sententias ventilabat animo: Homuncionem exilis stature, despicihilis parentela, quo Dei iudicio tot divitum sepi famulatio? tumere illum proculdubio, et metiri aliorum merito, pro tot obambulatorum obsequio. Vix hæc (ut dixi) mente versarat, cum archidiaconus, reflexo equo et calcaribus incito, a longe clamans et albatem obuncans, « Tu, tu, inquit, male cogitasti, falso infamans hujuscæ duntaxat rei innocentes: non enim mihi hanc gloriam, si gloria dici potest que cito transit, vel ego imputo vel ab alitis imputari volo, sed beatis apostolis, quorum exhibetur privilegio. » Suffusus ille pudore, nec quicquam inficari ausus, hoc solum retulit: « Quæso, domine, quomodo nosti cogitatum meum, quem nulli communi-cavi? » « Ab ore » (ait) « tuo, quasi per fistulas, ad aures meas omnis illa cogitatio deducta est. »

§ 264. Item in eadem provincia ecclesiam urbanam ingressi, ante aram continuatis et junctis lateribus se prostraverant. In multam horam 443 protracta oratione, respexit archidiaconus abbatem, turbulento rictu infrendens: ille, cum divitius oratum esset, fores egressus, causamque commotionis percunctatus, responsum accepit: « Si me amare

(8) *Sepultus est apud Venusam.* Obiit die 17 Julii 1085, sub suo tabernaculo, in insula Cephalonia. Navis quæ Guiscardi reliquias transfererat secus Italicum littus naufragium passa est; sed ejus corpus e mari receptum in sepulcro Venusæ Apuliæ, Iloratii ortu illustris, depositum est. (*Ibid.*)

(9) *Habens epitaphium, a. s. c. e. l., hoc habens epitaphium, d.*

(10) *De Hildebrando papa.* Gregorii VII Vita legendæ sunt aut impropria (SAINT-MARC, *Abregé*, tom. III, p. 255, etc.), ejusque miracula aut magice operationes moderno lectori æque sunt incredibilia.

(11) *Quem, e l., quæ, a. s. c. d. e. 2. l.*

(12) *Eum, e., omitt. in a. s. d. l., enim c.*

(13) *Omnium. c. d. e., omnibus, a. s. l.*

(14) *Ei submittebatur secularis, a. s. c. d. e. 11. eis submittebatur secularibus, l. 2.*

(15) *Adequitantum, d. c., adequitandum, a. s. c. l.*

vis, cave ne ulterius hac me injuria expungas (16). Dominus meus Jesus (17), speciosus ille præ filiis hominum, postulationibus meis visibiliter astabat, intendens dictis, et serenis favens oculis; sed, tuæ orationis addictus violentia, me deseruit, ad te conversus: puto quod tu ipse non distiteris esse genus injuriæ si amico eripias auctorem salutis suæ. Præterea præoveris mortalitatem hominum, et huic loco imminere excidium; cuius conjecturæ signum habeo, quod angelum Domini super altare stantem vidi evaginatum gladium stringere, et huc illucque rotare. Futuræ cladis notabilis habeo indicium, quod jam spissus et nebulosus aer provinciam istam circumvolat, ut vides. Maturemus ergo profugium, nisi cum aliis velimus subire exitium. » His dictis introeuntes diversorium, ad curam corporis assedere; continuoque dapibus appositis, exortus in domo luctus aviditatem esurientium repressit, siquidem unus et alter, et mox plures e familia, dubium qua pernicie intercepti (18), animas subito anisere. Tum eadem peste per vicinas aedes grassante, ascensis locis diffugiunt, festinationem viæ stimulis timoris (19) accelerantes.

DE EPISCOPO PER SIMONIAM INTRODUCTO.

§ 265. In Gallia vicepapa (20) præseclerat concilio; ibi plures episcopi, olim per simoniam in 444 ecclesias introducti, degradati, potioribus locum dedere. Unus erat quem suspicio istius apostasiæ insimulabat, sed nullis testibus argui, nullis argumentis confutari poterat: quem cum putares constrictum maxime, more anguis lubrici elapsum mirareris; ita dicendi arte callebat ut omnes eluderet. Tunc archidiaconus: « Cesset hominum eloquium, producat in medium divinum oraculum: scimus profecto quod episcopalis gratia Sancti Spiritus munus est; et quisquis episcopatum mereatur, Spiritus Sancti donum posse comparari pecunia opinatur. Coram nobis ergo, qui iudicio Sancti Spiritus congregati sumus, dicat iste, « Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; » quod si expresse et sine titubantia dixerit, constabit apud me non illum venaliter, sed legitime, præsulatu functum. » Libens hanc conditionem ille accepit, nihil minus quam horum verborum difficultatem ratus; et certe « Gloria Patri, et Filio, » integre protulit, sed in « Spiritu Sancto » hæsit. Suscitato cunctorum strepitu, nullo conatu, vel tunc vel in vitæ reliquo spatio, Spiritum Sanctum nominare potuit. Huius miraculi testis fuit abbas sæpe nominatus, qui, dejectum episcopum per loca secum ducens, illius rei experimentum

sæpe risit; de cuius verborum certitudine dubitantem omnis Europa confutat, quæ religionis Cluniacensis numerum per eum augmentatum non nescit.

§ 266. Alexandro ergo defuncto, successit Hildebrandus ((21) Gregorius septimus dictus). Hic quod alii mussitaverant (22) palam extulit, excommunicans electos qui investituras ecclesiarum de manu laici per annulum et baculum acciperent; 445 unde Henricus imperator Alamannorum fremens, quod sine sua conscientia electus (23) talia præsumeret, illum (ut prædixi) post undecim annos Roma deturbavit, Guiberto inducto. Nec multo post lethali papa morbo ictus, quo se moriturum non ambigeret, rogatus est a cardinalibus ut papam constitueret, beati Petri exemplum referentibus, qui, lactentis ecclesiæ rudimentis, vivens Clementem præfecerat. Negavit ille id se (24) exemplum secuturum, quod ab antiquo concilio esset vetitum: consilium vero daturum, si vellent hominem in seculo potenter, eligerent Desiderium abbatem Cassinensem (25), qui salubriter et in tempore numero militari violentiam Guiberti infringeret; sin ecclesiasticum et eloquentem, acciperent episcopum Hostiensem Odonem. Ita obiit vir apud Deum felicitis gratiæ, et apud homines austeritatis fortassis nimis. Denique fertur quod, inter eum et imperatorem primi tumultus initio, (26) illum nudipedem, et forcipes cum scopis portantem, nec etiam foribus admiserit; abominatus hominem sacrilegum (27), et sororii incesti reum. Abscessit Caesar exclusus, repulsam illam multorum necis causam protestans. Statimque quæcumque posset incommoda Romanæ sedi infligens, e diverso fautores papæ in tyrannidem excitavit; siquidem rebellante quodam Radulfo, jussu ipsius apostolici, qui ei coronam 446 ex parte apostolorum miserat, belorum fragoribus undique conflictatus est: sed ille, semper adversis superior, et illum et cæteros improbe assurgentes tandem oppressit. Postremo non aliorum impetu, sed domestico filii (28) odio extrusus imperio, miserabilem vitæ terminum habuit. Successit Hildebrando Desiderius (A. D. 1085), Victor appellatus; sed ad primam missam, incertum quo discrimine, cecidit exanimatus, calice (si dignum est credere) veneno infecto. Tunc in Odone declinavit electio: is natione Gallus, primum Remensis archidiaconus, inde prior Cluniacensis (29) mox episcopus Hostiæ, ultimo papa Romæ, Urbanus vocatus est (A. D. 1088.)

§ 267. Hactenus circumvagari licuerit, dum occasione gestorum Willelmi quædam succurrebant quæ

(26) *Ilum nudipedem*, etc. Observat Sharpius his signis innuisse submissionem omnimodam nullique non paratum suscipiendo paenitentis generi. Excommunicati aliquando funem circa collum ferebant, aliquando etiam tondebantur aut virgis cadebantur priusquam absolutionem reciperent. Vide Basuag. præf. in Canisium, pp. 69, 70.

(27) *Sacrilegum*, a. s. e. e. l., *sacrilegum ut 'erubatur*, d.

(28) *Filii*, a. e. d. e. l., *filiorum*, s.

(29) *Cluniacensis*, a. s. e. d. e. l., *Duniacensis*, c. 2.

(16) *Expungas*, a. e. d. e. l., *expunges*, s.

(17) *Jesus*, a. e. d. e. l., *Jesus Christus*, s.

(18) *Intercepti*, a. e. d. e. l., *interempti*, s.

(19) *Timoris*, a. s. e. d. e. l., omitt. in e. l.

(20) *Vicepapa*, e. e., *vice papa*, a. s. d. l.

(21) *Gregorius septimus dictus*. Electus est 20 April. 1075 et obiit 25 Maii 1085.

(22) *Mussitaverant*, a. e. d. e. l., *insuitaverant*, s.

(23) *Electus*, e. d. e. l., omitt. in a. s.

(24) *Id æ*, e. d. e. l., *idem*, a. s.

(25) *Cassinensem*, a. s. d. e. l., *Cassiorensem*, e.

præmittenda non putabam : nunc familiarem ejus vitam, et mores interiores, lector qui volet audiet. Inprimis, Dei (30) famulis humilis, subjectis facilis, in rebelles inexorabilis erat. Religionem Christianam, quantum secularis poterat (31), ita frequentabat, ut quotidie missæ assisteret, quotidie (32) vespertinos et matutinos hymnos audiret. Monasteria, unum in Anglia, alterum in Normannia, construxit. Primum (33) Cadomis, 447 quod sancto Stephano consecravim, opportunis prædiis et magnificentissimis donariis insignitum, ubi et Lanfrancum abbatem, post etiam Cantuariæ archiepiscopum, instituit : virum antiquis scientia et religione comparandum, de quo serio dici potest, « Tertius et cælo cecidit Cato; » adeo cælestis sapor pectus ejus et palatum infecerat; adeo Latinitas omnis in liberalium artium scientiam, per doctrinam ejus, se incitabat; adeo, ipsius exemplo vel metu, professio monastica in religione sudabat. Non tunc episcoporum ambitus, non tunc abbatum venalitas proficiebat : ille majoris gloriæ, amplioris gratiæ apud regem et archiepiscopum erat, qui tenacioris sanctitudinis opinionem habebat. Alterum monasterium Hastingsis ædificavit (34) sancto Martino, quod cognominatur De Bello, quia in eo loco principalis ecclesia cernitur ubi inter consertos cadaverum acervos Haroldus inventus fuisse memoratur. Pene puer, et maturiora (35) ætate sapiens, patrum suum Malgerium ab archiepiscopatu Rotomagensi removit. Is erat litteris quidem non mediocriter cultus; sed, pro natalium conscientia professionis oblitus, venationibus et avium certaminibus sapius justo intencēbat (36), et gazas ecclesiasticas conviviis profusioribus insumebat : cujus rei fama crebrescente, tota vita pallii usu caruit, quod negaret sedes apostolica honoris bujusse privilegium homini qui sacram negligebat officium. Unde crebro conventus, expostulante nepote patruelis offensas, cum nihilo reverentius 448 se ageret, cogente ultima necessitate degradatus est. Ferunt quidam esse arcanam depositionis causam; Matildem, quam Willelmus acceperat, proximam tibi sanguine fuisse. Id, Christianæ fidei zelo, Malgerium non tulisse, ut consanguineo cubili fruerentur; sed in nepotem et compa-

A rem excommunicationis jaculum intentasse. Ita cum ira adolescentis uxoriæ querelæ accederent, exco-gitatas occasiones quibus persecutor peccati se-delleretur : sed postmodum protectionibus am-; pro expiatione sceleris, illum sancto Stephano Ca-domis monasterium ædificasse, (37) illam beate Trinitati in eodem vico idem fecisse; utroque pro sexu suo personas inhabitantium eligente.

§ 268. Malgerio successit Maurilius, Fiscannensis monachus, multis virtutibus sed maxime abstinentia laudatus. Is post bene et sancte actam vitam, cum ad extremum Deo vocante venisset, vitali privatus halitu (38) ferme dimidia die jacuit defunctus; veruntamen, cum jam pararetur in ecclesiam ferri, anima resumpta circumstantes lachrymabili gaudio perdidit. Stupentes hoc sermone corroborat : « Attenti animo estote, ultima pastoris vestri verba excipientes. Naturali morte resolutus fui, sed, ut vobis intimarem quæ vidi, reductus sum; nec aliquanto diutius subsistam, quia in Domino soporari delectat. Ductores spiritus mei vultibus et vestibus ad omnem elegantiam erant compositi; concordabat verborum lenitas cum nitore vestium, 449 ut nihil desiderarem præter talium virorum obsequium. Itaque blandis assentationibus gavisus, ibam, ut ve e mihi videbatur, versus orientem : pronitebatur mihi sedes paradisiaca, non multo post intranda. In momento præterita Europa, ingressi Asiam, venimus Jerosolyman; ibi sanctis adoratis, Jordanem pertendimus; ceterioris ripæ ævoke, ductorum micorum contubernio mixti, lætum cœlum ferere. Ego, visendi ulteriora studio, transitum maturam. Tunc comites Deum præcepisse referunt ut ante dæmonum visione terrificarer, quatenus venales culpæ, quas confessione non dilueram, pavore horrendarum formarum purgarentur. Cum dicto astitit alteri parti tanta demonum vis, hastilia acuta vibrantium, ignes efflantium, ut ager ferreus, aer flammeus videretur. Eorum horrore (39) ita sum affectus, ut si terra dehisceret, si cœlum palasce-ret, tuto mihi utrobique refugiendum non estimarem. Ita meticulosus, dum quo evadam dubito, repente (ut hæc dicens vestræ saluti nisi negligit consulerem) halitum (40) recepi, confestim effra-

(30) *Dei*, a. s. d. e. l., omitt. in c.

(31) *Poterat*, a. s. d. e. l., *pot. ntia*, c.

(32) *Quotidie*, c. d. e. l., omitt. in a. s.

(33) *Cadomis*. Vulgo *Caen*. Ridicule igitur Britto et quidam alii putant, Cadomum Caii domum a Caio Julio Cesare dietam fuisse. Cadomensibus *feriam trium dierum*, id est mundinas triduanas, concessit Willelmus Conquestor, ut patebit infra ex ejusdem litteris. (Bouq. XI, p. 488, not.) Abbatiam S. Stephani Cadomensis anno 1064 absolutam esse constat; sed quo tempore dedicata fuerit non constat; dedicationem quidam anno 1076, alii 1081, Ordericus Vitalis vero 1077 ascribunt. Concessa tamen fuit fundationis charta quadam post annum 1066, quippe quod in ea Willelmus regis sibi titulum vindicat.

(34) *Ædificavit*, a. s. d. e. l., *construxit*, c., quamvis *Beate Abbey* fundaverit dotaveritque Wil-

helmus Conquestor, ecclesia tamen, juxta Florentium, dedicata non est ante annum 1094, quæ Willelmus Rufus Hastingsis constitit iter in Normanniam faciens.

(35) *Maturiora*, a. c. e. l., *maturi*, d., *maturiore*, s.

(36) *Intendebat*, a. s. d. e. l., *incumbebat* c.

(37) *Illam beate Trinitati*. Sanctæ Trinitatis monasterium a Mathilda anno 1066 fundatum est, ejusque ecclesia die 18^a Junii ejusdem anni dedicata. Eadem die dux Willelmus ad altare filiam suam infantem Cæciliam profrens, eam Dei servitio in hoc monasterio devovit in quo abbatissæ ordine secundo evasit.

(38) *Halitu*, a. s. c. e. l., *anhelitu*, d.

(39) *Horrore*, s. c. d. e., *horrorum*, a. l.

(40) *Halitum*, a. s. c. e. l., *anhelitu*, d.

rus.) Dixit, et cum verbo pene spiritum emisit. A Corpus, in ecclesia sanctæ Mariæ tunc humi defossum, miraculo modo (41) (ut aiunt) divino altius tribus pedibus super terram elevatum est.

§ 269. (A. D. 1070). Porro Willelmus, propositi quod in Normannia cœperat tenax, Stigandum, perperam et falso archiepiscopum, per cardinales Romanos, et Ermenfredum episcopum Sedunensem, deponi passus est. Successit ei in Wintonia (42) Walkelinus; 450 cujus bona opera, famam vincentia, vetustatem oblivionis a se repellent quamdiu ibi sedes episcopalis durabit: in Cantia Lanfrancus (de quo supra dixi), qui talis Angliæ Dei dono emicuit (43).

Qualis discutiens fugientia Lucifer astra,

Cum roseo clarum provehit ore diem;

ita ipsius industria monasticum germen effloruit, ita eo vivente vigor pontificalis induruit. Ejus consilio rex pronum se fecerat, ut nihil negandum duceret quod is faciendum diceret. Ipsius etiam impulsu ambitum nebulonum fregerat, qui consueto more nancia sua Hiberniam venditabant: cujus facti præconium cui potius imputem, Lanfranco an Wulstano Wigornix antistiti, pro vero non discerno, qui regem, pro commodo venalitatibus quod sibi pensitabatur, renitentem vix ad hoc coegerint, nisi quod Lanfrancus laudaverit Wulstanus præceperit, auctoritate episcopali pro conscientia sanctitatis abunde exuberans; homo quo nullus unquam justior, nullus nostro seculo par illi apparuerit miraculorum potentia et prophetali gratia, quorum aliqua intendo dicere posterius si tamen sanctissimis illius placuerit sensibus.

§ 270. Veruntamen, quia alea fortunæ incertis jactibus volvitur, multa tunc tempore (44) adversa pervenere. (45) Fæda inter abbatem Glastoniæ et monachos ejus discordia, ita ut post verborum lites ad arma ventum sit. Coacti ergo intra ecclesiam 451 monachi, sancto altari miserias suas ingemebant (46); sed irruentibus militibus, duo ex eis interfecti, quatuordecim vulnerati, cæteri repulsi, nam et furor militum etiam crucifixum sagittis inhorre fecerat. Hujus uoxæ crimine infamatus abbas, tota vita regis exilio deportatus est; eoque defuncto, pro redemptione peccati auxiliaribus annumerata pecunia, honori restitutus est.

(41) *Modo*, a. c. d. e. l., omitt. in s.

(42) *Walkelinus*. Glossa in l. 1. « Walkelinus, de quo alibi scribitur quod abstulit monachis trescentas libras terræ, et eas tam usibus suis quam successorum suorum dampnabiliter applicuit. »

(43) *Emicuit*, a. s. d. e. l., apparuit, c.

(44) *Tempore*, a. c. d. e. l., temporis, s.

(45) *Fæda... discordia*. Probrosa hæc contentio anno 1083 accidit. Ilanc movisse videtur abbas Thurstanus, novum cantum, e Fiscanno (*Fécamp*) allatum, introducere molienti, loco Gregoriani cantus qui apud monachos in usu erat.

(46) *Ingemebant*, c. d. e., applorabant, a. s. l.

(47) *Walkerii Dunelmensis episcopi*. Occisus est die 1 Maii an. 1089.

§ 271. Miserabilis et infanda cædes (47) Walkerii Dunelmensis episcopi, quem Northanhimlri populus, semper rebellionem deditus, abjecto sacrorum ordinum respectu, multis impetum convitiis trucidarunt. Fusus ibi non paucus numerus Lotharingorum, quod præsul ipse nationis ejus erat. Causa cædis hæc fuit: erat episcopus, præter pontificatum, (48) custos totius comitatus; præfeceratque rebus forensibus Gislebertum cognatum, interioribus Leobinum clericum, ambos in rebus commissis strenuos sed effrænes. Tolerabat episcopus eorum immodestiam, gratia strenuitatis inductus; et, quia eos elevarat, cumulum benignitatis augebat. Indulget enim natura sibi, placidoque favore suis arridet ipsa muneribus. Is Leobinus Liulfum, Leatissimi Guthberti ministrum, adeo dilectum ut ipse sanctus coram vigilanti assistens placita imperaret, hunc, inquam, Liulfum per Gislebertum obtruncari fecit, livore ictus quod amplioris amicitiæ locum apud pontificem, pro conscientia et æquitate judiciorum, haberet. Percussus nuncio 452 Walkerius, furenti parentelæ defuncti (49) legalis placiti judicium opposuit, protestatus Leobinum suæ suorumque necis auctorem. Ubi ventum ad placitum, nullis effera gens rationibus emolliri potuit quin in episcopum referret culpam, quod ambos homicidas in curia ejus post necem Liulfi familiariter diversatos vidissent. Surrectum ergo in clamores et iras; et Gislebertus de ecclesia, in qua cum episcopo sederat, ultro egrediens, ut suo periculo vitam domini mercaretur, impie occisus. Tum præsul, præ januis pacem prætento ramo offerens, rabiem vulgi explevit interentus: fomes etiam mali Leobinus seminatulus, quod nisi ecclesia cremata exire nolebat, exiliens mille lanceis exceptus est. Prædictum id ab Edgitha relicta regis Edwardi; nam cum olim Walkerium vidisset Wintoniæ ad consecrandum duci, cæsarie lacteolum, vultu roseum, statura prægrandem: « Pulchrum hic, ait, martyrem habemus, » conjectura videlicet immodestæ nationis ad præsagiendum inducta. Successit ei (50) Willelmus abbassancti Carilefi, qui monachos in Dunelmo posuit.

§ 272. Præterea, anno antequam moriretur proximo, mortalitas hominum et junventorum, vis tempestatum frequens, violentia fulgurum, quantam nemo viderat, nemo audierat. Illo quoque anno quo

(48) *Custos totius comitatus*. Episcopi Dunelmenses principes palatini erant, atque in Dunelmensi comitatu « regalem potestatem in omnibus » habebant, non minus quam rex in suo palatio. (BRACT. lib. III, c. 8, § 4.)

(49) *Legalis placiti judicium opposuit*. Walkerius juramento se ab omni in cædem participati ne purgare proposuit. (FLORENT. WIGORN. a. D. 1089.)

(50) *Willelmus abbas sancti Carilefi*. Willelmus de Karilepho, Dunelini consecratus episcopus die 3^a Jan. 1082, primi justitiæ ministri officium sub Willelmo Conquestore exercebat. E sua episcopali sede multo tempore a Willelmo Rufo pulsus obiit die 6^a Januarii 1095.

obiit, promiscua febris plusquam dimidiam partem plebis depasta, adeo ut plures incommoditas morbi extingueret; deinde, pro intemperie acris, fames subsecuta vulgo irrepsit, **453** ut quod febribus erat reliquum ipsa corripere.

§ 273. Præter cæteras virtutes, præcipue in prima adolescentia castitatem suscepit, in tantum ut publice sereretur nihil illum in fœmina posse; veruntamen, ex procerum sententia matrimonio adductus, ita se egit ut pluribus annis nullius probrî suspicione notaretur. Tulit ex Matilde liberos multos, quæ, et marito morigera et prole fœcunda, nobilis viri animum in sui amoris incitabat aculeum: quanquam non desint qui ganniant eum cœlibatui antiquo renunciasset cum regia potestas accrevisset, volutatum cum cujusdam presbyteri filia, quam per satellitem succiso poplite Matildis sustulerit; quapropter illum exhæredatum, illam ad mortem fræno equi cæsam. (51) Sed hæc de tanto rege credere dementiæ ascribo; loc constanter asseverans, quod aliquantula simulata inter eos innata extremis annis fuerit pro Roberto filio, cui mater militarem manum ex fiscî redditibus sufficere dicebatur: verum propter hoc nihil conjugalî gratiæ diminutum ipse ostendit, dum quatuor annis ante se defunctam (A. D. 1083), et magnificentissimis inferiis extulit, et, lachrymis per multos dies ubertim prosecutus, amissæ charitatem desideraverit, quin et ex eo tempore, si credimus, ab omni voluptate descivit. (52) Sepulta est regina Cadomis in monasterio **454** sanctæ Trinitatis. Ejusdem pietatis indicium in (53) Edgithæ reginæ funere curando non minus fuit, quæ, apud Westmonasterium studio ejus prope conjugem locata, habet tumulam argenti auriqûe expensis operosam.

§ 274. Filios habuit, Robertum, Ricardum, Willelmum, Henricum. Posteriores duo post eum successione continua in Anglia (54) regnavere. Rober-

(51) *Sed hæc... ascribo.* « (Stultum igitur ac omnino fabulosum hæc in parte est chronicon Normanniæ, dum id monstri feri, et illud ipsum contra scriptorum æqualium auctoritatem exhibet tanquam occasionem constructionis duarum Cadomi abbatiarum. Vide Apologiam Willelmi, quam dominus noster Matthæus de la Dangie de Rauchie, cellerarius abbatie S. Stephani Cadomensis, ibidem edidit in 8°, » Bouq. XI, p. 188, not.)

(52) *Sepulta est regina Cadomis.* Obiit Matilda die 2 Novembris 1083. Huic monasterio testamento reliquit suam coronam, sceptrum et dignitatis ornamenta. Ejus testamenti transcriptio videri potest in *Essais historiques*, par l'abbé de la Rue, tom. II, p. 437.

(53) *Edgithæ reginæ.* Quæ fuerat Eadwardi Confessoris uxor. « Hoc anno (1075) obiit Eadgitha, regis Eadwardi vidua relicta, septem noctibus ante diem Natalis Domini, Wintoniæ; quam rex ingenti pompa Westmonasterium transferendam et in sepulchro cum Eadwardo deponendam curavit. » (Sax. Chron.)

(54) *In Anglia*, s. c. d. e. 2. l., omit. in e. 1.

(55) *Pro pecunia invadata.* Robertus Normanniam germano suo pro decem millium marcarum summa oppigneravit anno 1096.

(56) *Normanniæ sine difficultate immersit.* Hoc anno (1100), tempore messis, in Normanniam rediit

tus, patre adhuc vivente, Normanniam sibi negari ægre ferens, in Italiam obstinatus abiit, ut, fisa Bonifacii marchionis sumpta, patri partibus illis adjutus adversaretur: sed, petitionis hujusce casus, Philippum Francorum regem contra patrem excitavit; quare et genitoris benedictione et hereditate frustratus, Anglia post mortem ejus carci, comitatu Normanniæ vix retento. Ea quoque post novem annos fratri Willelmo (55) pro pecunia invadata, Asiaticam expeditionem cum cæteris Christianis aggressus est; inde, transactis quatuor annis, clarus militiæ gestis regressus, (56) Normanniæ sine difficultate immersit, quod, germano Willelmo nuper defuncto, Henricus rex, novitate tener, Angliam in fide tenere satis habuit: sed quia de hoc alias dicendum, nunc ceptam de filii Willelmi magni narrationem terminabo.

§ 275. Ricardus magnanimo parenti spem laudis **455** alebat, puer delicatus; ut id ætatis pusio, altum quid spirans. Sed tantam primævi florî indolem mors acerba cito depasta corripit; (57) tradunt cervos in Nova Foresta terebrantem, tabidi aeris nebula morbum incurrisse. Locus est quem Willelmus pater, subrutis ecclesiis (58), desertis villis, per triginta et eo amplius milliaria in saltus lustra ferarum redegerat. (59) Ibi libenter ærum exigere, ibi plurimis omitto quod diebus, certe mensibus, venationes exercere gaudebat. Ibi multa regio generi contigere infortunia, quæ habitatorum præsens audire volentibus suggerit memoria: nam postmodum in eadem silva Willelmus filius ejus, et nepos Ricardus filius Roberti comitis Normanniæ, mortem offenderint; severo Dei judicio ille sagitta pectus, iste collum trajectus, vel, ut quidam dicunt, arboris ramusculo equo pertranscunte fauces appensus.

§ 276. Filix ipsius fuerunt quinque: (60) Cecilia, Cadomensis abbatissa, vivit (61); altera, Constan-

comes Robertus (quem universus suis populus hi magna cum lætitia recepit) (Sax. Chron.)

(57) *Tradunt cervos*, etc. Illum quidam historiographi cervi cornibus transfixum obiisse narrant tres circiter annos ante patris decessum. Malmesburiensis tamen relatio magis verisimilis. Ricardus Wintoniæ sepultus est, ejusque epitaphium illum Beornix ducem acclamat. (Sax. Chron. Hist., fol. 1707).

(58) *Subrutis ecclesiis*, a. s. d. l., omit. in c. e. k.

(59) *Ibi libenter... nam postmodum*, c. d. e. l., *insando prorsus spectaculo, ut ubi ante vel humane conversatio vel divina veneratio fervebat, nunc ibi cervi et capreoli, et cæteræ illud genus bestiarum perulenter discursissent, nec illæ quidem mortalium visum communiter expositæ. Unde pro vero assertur quod,* a. s. g. h. l.

(60) *Cecilia*. c. d. e. l., prima Cecilia, a. e. — « Baldricus Burgul. in versibus inscriptis *Ceciliæ regis Anglorum filix*, meminit sororis quam Cecilia secum in monasterium traxerat: sic enim habet:

*Audivi quandam te detinuisse sororem,
Cujus fama meas aliquando percussit aures.
Nomen te elapsam, vidisse tamen reminiscor.*

(Bouq. XI. 189, not.)

(61) *Vivit*. c. e. l., quæ vivit, a. s. d.

lia, comiti Britanniae Alano Fergant in conjugium A data, austeritate justitiae provinciales in mortiferam
456 sibi potionem exacuit; tertia, Adala, Stephani Blesensis comitis uxor, laudatae in seculo potentiae virago, noviter apud Marcenniacum sanctimonialis habitum sumpsit. Duorum (62) (63) nomina exciderunt: unius, quae Haroldo (64) ut diximus promissa, infra maturos conjugii annos obiit; alterius, quae Aldefonso Gallicie regi per nuncios jurata, virgineam mortem impetravit a Deo. Repertus in defuncte genibus callus, crebrarum ejus orationum index est.

§ 277. Patris memoriam quantis poterat occasionibus extollens, ossa (65), olim Niceae condita, sub extremo vitae tempore per legatum transferebat; sed ille prospere rediens, audita morte Willelmi, apud Apuliam resedit, sepultus ibi illustris viri exuviis. Matrem quantum vixit insigni indulgentia dignatus est; quae, ante patris obitum, cuidam Herlewinio de Comitavilla, mediocrium opum viro, nupsit. Ex eo Willelmus fratres habuit: (66) Robertum, quem comitem Moritonii fecit, crassi et hebetis ingenii hominem; (67) Odonem, quem ad episcopatum Baiocensem provexit comes, **457** comitem Cantiae rex instituit. Callidioris pectoris ille totius Angliae vicedominus sub rege fuit, post necem Willelmi filii Osberni. Itaque in aggerandis thesauris mirus, tergiversari mirae astutiae (68), pene papatum Romanum absens a civibus mercatus fuerat; peras peregrinorum epistolis et nummis infarciens. Cujus futuri itineris opinione cum certatim ex toto regno ad eum milites concurrerent, rex indigne ferens, compedibus irretivit; praefatus non se Baiocarum episcopum, sed comitem Cantiae prendere. Clientes ejus, minis impulsus, tantam auri copiam prodidere, ut nostri seculi aestimationem superaret fulvi congeries metalli; denique et cullei plures e fluviis extracti, quos per certa loca, sublatiis consciis, infoderat, plenos auro molito. Post mortem fratris absolutus, nepotique Willelmo ad-versatus, partem Roberti fovebat; sed tunc quoque male cedente fortuna, extorris Anglia, Normannico nepoti et episcopatu insistebat. Deinde

cum eodem Ierosolymitanam viam ingressus, Antiochiae, in obsidione Christianorum, finem habuit.

§ 278. Exterarum nationum homines dignanter ad amicitiam admisit, indifferenter honoribus exultit: eleemosynae curam habuit: transmarinis ecclesiis multas possessiones in Anglia largitus; nec ullum fere monasterium, praesertim in Normannia, vel ejus vel ducum munificentia pertransiit, ut Angliae copia tenuitas illorum sustentaretur. Ita ejus tempore ultro citroque cœnobialis grex excrevit, monasteria surgebant religione vetera, ædificiis recentia. Sed hic animadverto mussitationem dicentium: Melius fuisse ut antiqua in suo statu conservarentur, quam, illis semimutilatis, de rapina nova construerentur.

458. § 279. Justae fuit staturae, immensae corpulentiae, facie fera, fronte capillis nuda, roboris ingentis in lacertis, ut magno saepe spectaculo fuerit quod nemo ejus arcum tenderet, quem ipse admissio equo pedibus nervo extento sinuaret; magnae dignitatis sedens et stans, quanquam obesitas ventria nimis protensa corpus regium deformaret; commodae valetudinis, ut qui nunquam aliquo morbo periculoso praeter in extremo decubuerit; exercitio nemorum adeo deditus, ut (sicut praedixi) multa millia ejectis habitatoribus silvescere juberet, in quibus, a caeteris negotiis avocatus, animum remitteret. Convivia in praecipuis festivitatibus sumptuosa et magnifica inibat; Natale Domini apud Glocestram, Pascha apud Wintoniam, Pentecosten apud Westmonasterium agens quotannis quibus in Anglia morari liceret: omnes eo cujuscunque professionis magnates regium edictum accersiebat, ut exterarum gentium legati speciem multitudinis apparatusque deliciarum mirarentur. Nec ullo tempore comior aut indulgendi facilior erat, ut qui advenerant largitatem ejus cum divitiis conquadrare ubique gentium jactitarent. Quem morem convivandi primus successor obstinate tenuit, (69) secundus omisit.

§ 280. Sola est de qua nonnihil (70) culpatur pecuniae aggestio (71), quam undecunque captatis occasionibus, (72) honestas modo et regia dignitate non inferiores posset dicere, congregabat. Sed ex-

D

(66) *Robertum*. Robertus paulo post occupatam a Willelmo Angliam, ad Cornubiae (*Cornouailles*) comitatum evectus est, vastaeque possessiones illi ab uterino fratre in omni fere comitatu collatae sunt. Obiit anno 1091.

(67) *Odonem*. Odo episcopus Bajocensis an. 1049, Cantiae vero comes an. 1067 institutus est. Panormi (*Palerme*) obiit ad terram sanctam tendens an. 1097.

(68) *Astutia*, c. d. e., *abstinentia*, a. s. l.

(69) *Secundus omisit*. Vide infra, § 407.

(70) *Nonnihil*, c. d. e., *merito*, a. s. l.

(71) *Aggestio*, c. d. e., *cupiditas*, a. s. l.

(72) *Honestas .. posset regere*, c. d. e. k., *nihil unquam pensi habuit, quin corraderet, faceret, diceret nonnulla, et pene omnia, tanta majestate indigniora, ubi spes nummi effulsisset*, a. s. g. h. l.

(62) *Duorum*, a. c. d. e. l., *duarum aliarum*; s.

(63) *Nomina exciderunt*. Nomina quinque filiarum Willelmi Conquestoris quae ab Orderico Vitali traduntur, (lib. iv, 512), haec sunt: Agatha, Constantia, Adeliza, Adela et Cecilia. Asserit Willelmus Gemeticensis Adelizam Haroldo desponsam fuisse. «Deinde d. 1111, postquam Haroldus fidelitatem sibi de regno pluribus sacramentis firmavit, Adelizam, filiam suam, cum medietate Anglicae regni se daturum eidem spondit.» (lib. vi. c. 31.) Recentiores historici de Margarita et Elianore loquuntur, quasi desponsatae fuerint, prior Haroldo, posterior autem Alfonso VI. Legionensi Regi. Vide Hayward's *Lives*, p. 128; Tyrrel, *Hist. Engl.*, II, 61; et Lytt. *Mem.*, III, vol. I, p. 356.

(64) *Ut diximus*, § 228.

(65) *Ossa*, a. s. c. e. 2. l., omitt. in e. l., *Willelmi ossa patris sui*, d.

cusabitur facile, quia novum regnum sine magna pecunia non posset regere. Non est hic aliud aliud (73) excusationis quod afferam, nisi quod quidam dixit, « Necessè est ut multos timeat, quem multi timeant. » Nam ille, pro timore inimicorum, provincias suas pecunia emungebat, qua impetus eorum vel tardaret vel etiam propelleret, persæpe ut sit in rebus humanis viribus cassatis, fidem hostilem prænio pigneratus : regnat adhuc et in dies augetur hujusce delecoris calamitas, ut et villæ et ecclesiæ pensionibus supponantur ; et ne hoc quidem perpetua exactorum fide, sed quicumque plus obtulerit, statim, pactis irritis prioribus, palmam habeat.

§ 281. Extremo vitæ tempore in Normannia habitans, contractis inimicis cum rege Francorum, aliquantisper se continuit; cujus abutens patientia, Philippus fertur dixisse, « Rex Angliæ jacet Rotomagi, more absolutarum partu sceminarum cubile fovens, » jocatus in ejus ventrem quem potione alleviavit. Quo præstrictus convitio, respondit : « Cum ad missam post partum iero, (74) centum millia candelas ei libabo; » talia « per resurrectionem et splendorem Dei » pronuncians, quod soleret ex industria talia sacramenta facere quæ ipso hiatu (75) oris terrificum quiddam auditorum mentibus insonarent.

§ 282. Nec multo post, Augusto mense declinate, quando et segetes in agris, et botri in vineis, et poma in viridariis, copiam sui volentibus 460 C faciunt, exercitu coacto, Franciam infestus ingreditur. Omnia præterit, cuncta populatur; nihil erat quod furentis animum mitigaret, ut injuriam insolenter acceptam multorum dispendio ulcisceretur. Postremo Medantum civitatem injectis ignibus cremavit, combusta illic ecclesia sanctæ Mariæ; reclusa una ustulata, quæ spelæum suum nec in tali necessitate deserendum putavit; fortunæ omnes civium pessundatæ. Quo successu exhilaratus, dum suos audacius incitat ut igni adjiciant pabula, propius flammam succedens, foci calore et autumnalis aëris inæqualitate morbum nactus est. Dicunt quidam quod præruptam fossam sonipes transiliens interanea sessoris ruperit (76), quod in anteriori parte sellæ venter protuberabat. Hoc dolore affectus receptui suis cecinit; Rotomagumque reversus, crescente indies incommodo, lecto excipitur. Consulti medici inspectione urinæ certam mortem prædixere. Quo audito querimonia domum replevit, quod eum

(73) *Allud. c. d. e., omitt. in a. s. l.*

(74) *Centum millia candelas.* Alludens ad morem qui hisce temporibus mulieribus erat offerendi candelas accensas cum post partum ecclesiam primum adibant. Hæc et servat Sharpius : « Juxta Rituale Romanum mulier genibus provoluta, manuque cereum accensum gestans ad ostium ecclesiæ, aqua benedicta ibi tingitur, et in ecclesiam introducitur. Hic usus cum festo Purificationis connexionem habere videtur. Vide DURAND. lib. vii, c. 7 »

(75) *Hiatu, c. d. e. habitu, s., halitu, l., rictu, a.*

præoccuparet mors emendationem vitæ jam dudum meditantem. Resumpto animo, quæ Christiani sua exequutus est in confessione et viatico. Normanniam invitus et coactus Roberto, Angliam Willelmo, possessiones maternas Henrico delegavit. Vinculos suos omnes educi et solvi, thesauros efferi et ecclesiis dispergi, præcepit. Certum numerum pecuniæ ad reparationem ecclesiæ nuper crematæ ipse indixit. Ordinatis ergo bene rebus, octavo idus Septembris decessit, anno regni vicesimo primo (77), comitatus quinquagesimo secundo, vitæ quinquagesimo nono, Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo septimo. Ille fuit annus quo Cnuto 461 rex Danorum (78) ut supra diximus) interentus est; quo Saraceni Hispani in Christianos efferati mox ab Aldefonso rege Gallicie ad sua redire coacti, etiam urbibus quas olim tenuerant inviti cessere.

§ 283. Corpus, regio solenni curatum, per Sequanam Cadomum delatum; ibi magna frequentia ordinatum, laicorum pauca, humi traditum. Varietatis humanæ tunc fuit videre miseriam, quod homo ille totius olim Europæ honor, antecessorumque suorum omnium potentior, sedem æternæ requiescentis sine calumnia impetrare non potuit : namque (79) miles quidam, ad cujus patrimonium locus ille pertinebat, clara contestans voce rapinam, sepulchrum inhibuit, dicens, Avito jure solum suum esse, nec illum in loco quem violenter invaserat parere debere. Quocirca volente Henrico filio, qui solus et liberis aderat, centum libræ argenti litigatori per solutæ audacem calumniam compescuere : nam tunc Robertus primogenitus in Francia contra patriam bellabat; Willelmus, antequam plane pater exspiraret, Angliam enavigaverat, nihil decens suis in posterum commodis prospicere, quam obsequiis (80) paterni corporis interesse. Porro, in dispartienda pecunia nec segnis nec parcus, omnem illum thesaurum Wintoniæ totis annis regni cumulatum ab arcanis sacrariis eruit in lucem; monasteriis aurum, ecclesiis argentibus solidos quinque argenti, cuique pago centum libras virginitatis egensis dividendas, largitus. Patris etiam 462 memoriam ingenti congerie argenti et auri, cum gemmarum luce, conspicue adornavit.

DE BERENGARIO.

§ 284. Fuit hoc tempore Berengarius, Turonensis heresiarcha, qui panem et vinum in altari apposita, post consecrationem sacerdotis, verum et substantiale corpus Domini (sicut sancta ecclesia prædicat)

(76) *Ruperit, e. l., diruperit, a. s. c. d. e. l.*

(77) *Vicesimo primo. c. d. e., vicesimo secundo, s. l. 2.*

(78) *Ut supra diximus, § 261.* Malmesburiensis hic Saxonice Chronicon sequitur, quo Cnutus obitus ad annum 1087 refertur, cum e contra anno præcedenti ascribendus est (*Art de vérifier les Dates*, II, 83.)

(79) *Miles quidam.* Huic nomen fuisse Assela Fitz Arthur traditum est.

(80) *Obsequiis c. e. l., exequiis, a. s. d.*

esse denegabat. Jamque scatebat omnis Gallia ejus doctrina, per egenos scholares (quos ipse quotidiana stipe sollicitabat) disseminata. Unde soliditati catholicae timens, sanctæ (81) memoriæ Leo papa, Vercellis contra eum instituto concilio, tenebras nebulosi erroris-evangelicorum testimoniorum fulgure depulit; sed cum post obitum ejus virus hæreseos, diu in sinibus quorundam nebulonum confutum, iterum erumperet, Hildebrandus cum archidiaconus esset Turonis, mox papa Romæ, adunatis conciliis, convictum ad dogmatis sui anathema compulit; quæ scripta suis locis, qui desiderat, inveniet. Responderunt ei libris Lanfrancus (82) archiepiscopus, sed præcipue et fortiter Guimundus, prius monachus de sancto Leufredo Normanniæ, postea episcopus Aversanus Apuliæ, nostri temporis eloquentissimus. Porro, licet Berengarius primum calorem juventutis aliquarum hæresium defensione infamaverit, ævo austeriore ita resipuit ut sine retractatione a quibusdam sanctus habeatur, innumeris bonis, maximeque humilitate et eleemosynis, approbatus; largarum possessionum disper-tiendo 463 dominus, non abscondendo et adorando famulus; femineæ venustatis adeo parvus, ut nullam conspectui suo pateretur admitti, ne formam videretur delibasse oculo quam non pruriebat animo. Non aspernari pauperem, non adulari divitem; secundum naturam vivere; habens victum et vestitum, juxta apostolum, his contentus esse. Unde eum laudat Cenomanensis pontifex Hildebertus, in primis versificator eximius; cujus verba propterea inserui, ut prædicabilis episcopi affectum in magistrum ostendam, simul et doctrina ejus erit exemplo posteris quo (83) quomodo vivi debeat instituit, etsi fortasse metas veræ laudis amore incitatus transierit.

*Quem modo miratur, semper mirabitur orbis,
Ille Berengarius non obiturus obit.
Quem, sacræ fidei fastigia summa tenentem,
Jum quinta dies abstulit, ausa nefas.
Illa dies damnosa dies, et perfida mundo,
Qua dolor et rerum summa ruina fuit;
Qua status ecclesiæ, qua spes, qua gloria cleri,
Qua cultor juris, jure ruente, ruit.
Quicquid philosophi, quicquid cecinerunt poetæ,
Ingenio cessit eloquioque suo.
Sanctior et major sapientia, majus adorta,
Implevit sacrum pectus et ora Deo.
Pectus eum voluit, vox protulit, actio prompsit,
Singula Factori sic studuere suo.
Vir sacer et sapiens, cui nomen crescit in horas;
Quo minor est quisquis, maximus est hominum.
Cui sensus peperit, partos servavit honores;
Cui potior pauper divite, jusque lucro.
Cui nec desidiam nec luxum res dedit ampla,
Nec tumidum fecit multus et altus honos.
464 Qui nec ad argentum nec ad aurum lumina fle-*
[xit;

(81) Sanctæ. e 1., sanctissimæ, a. s. c. d. e 21.

(82) Libris Lanfrancus. « Scripsit, » inquit Sigebertus, « invectivas contra Berengarium Turonensem epistolâs, refellens scripta ejus de corpore et sanguine Domini. Lanfrancus, teste eodem bibliographo, scripsit laudes, triumphos, et res gestas Guil-

*Sed doluit quotiens, cui daret hæc, aberat.
Qui non cessarit inopum fulcire ruinas,
Donec, inops dando, pauper et ipse fuit.
Cujus cura sequi naturam, legibus uti,
Et mentem vitâs, ora negare dolis;
Virtutes opibus, verum præponere fulso;
Nil vacuum sensu dicere vel facere;
Lædere nec quenquam, cunctis prodesse; favorem
Et populare lucrum pellere mente, manu.
Cui vestis textura rudis; cui non fuit unquam
Ante silium potius, nec cibus ante samem.
Quem Pudor hospitium statuit sibi; quamque Libido
Incestos superat, tam superavit eam.
Quem Natura parens cum mundo contulit, (inquit)
« Degenerant alii, nascitur iste mihi. »
Queque vagabatur, et pene reliquerat orbem,
Inclusit sacro pectore Justitiam.
Vir sacer a puero, qui quantum præminet orbi
Fama, tam famæ præminet ipse suæ.
Fama, minor meritis, cum totum pervolet orbem,
Cum semper crescat, non erit aqua lumen.
Vir pius atque gravis; vir sic in utroque modestus,
Ut Livor neutro rodere possit eum.
Livor enim deflet quem carpserrat antea; nec tam
Carpsit et odit eum, quam modo laudat, amat.
Quam prius ex vita, tam nunc ex morte gemiscit.
Et queritur celeres hujus abisse dies.
Vir vere sapiens, et parte beatus ab omni;
Qui caelos anima, corpore dilat humum.
Post obitum vivam secum, secum requiescam,
Nec fiat melior sors mea sorte sua.*

§ 285. Videas in his versibus quod laudis excesserit modum episcopos; sed sic se ostentat 465 eloquentia, tali gestu procedit aureus lepos, eo modo

Purpureos flores fundit facundia dives.

C Berengarius, plane quamvis ipse sententiam correxerit, omnes quos ex totis terris depravaverat convertere nequivit; adeo pessimum est alio exemplo vel verbo a bono infirmare, quia fortassis peccatum te gravabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Quod episcopum Carnotensem Fulbertum (84), quem Domini mater Maria olim ægrotum lacte mammillarum suarum visa fuerat sanare, prædixisse aiunt: nam cum in extremis positum multi visitarent, et æliam capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas catervas oculo longe rinatus, Berengarium nisi quo valuit expellendum censuit, protestatus immanem demonem propter eum consistere, multosque ad eum sequendum blandiente manu et illicet anhelitu corrumpere; quin et ipse die Epiphaniarum moriens, gemituque producto recordatus quot miseris quondam adolescens primo erroris calore secta sua infecerit, « Hodie, » inquit, « in die apparitionis suæ apparebit mihi Dominus meus Jesus Christus, propter pœnitentiam, ut spero, ad gloriam; vel propter alios, ut timeo, ad pœnam. »

§ 286. Nos sane credimus, post benedictionem ecclesiasticam, illa mysteria esse verum corpus et sanguinem Salvatoris; adducti et veteris ecclesiæ au-

lelmi Normannorum comitis. » Bouq. XI, 191, not.)

(83) Quo. e 1, qua, a. s. c. d. e 2. l.

(84) Fulbertum, quem Domini mater Maria olim ægrotum lacte mammillarum suarum visa fuerat sanare. Vide § 186.

toritate, et multis noviter ostensis miraculis. Quale fuit illud quod beatus Gregorius exhibuit Romæ. Quale quod Paschasius narrat contigisse Alamanniæ: presbyterum Plegildum visibiliter speciem pueri in altare contrectasse, 466 et, post libata oscula, in panis similitudinem conversum ecclesiastico more sumpsisse: quod arroganti cavillatione ferunt Berengarium carpere solitum, et dicere, « Speciosa certe pax nebulonis, ut, cui oris præbuerat basium, dentium inferret exitium. » Quale de pusione Judaico; quod, in ecclesiam cum æquævo (85) Christiano forte et ludibunde ingressus, vidit puerum in ara membratim discerpi, et vitim populo dividi. Id cum innocentia puerili parentibus pro vero assereret, in rogam detrusum ubi ocluso ostio æstuabat incendium, multis post horis sine jactura corporis, exuviarumque, et etiam crinium, a Christianis extractum, interrogatusque quomodo voraces ignium globos evaserit, respondit, « Illa pulchra fœmina quam vidi sedere in cathedra, cujus filius populo dividebatur, semper mihi in camino ad dextram astitit, flammineas minas et funea volumina populo summovens. »

§ 287. Tunc in provincia Walarum, quæ Ros vocatur, inventum est sepulchrum Walwen, qui fuit haud degener Arturis ex sorore nepos. Regnavit in ea parte Britannicæ quæ adhuc Walweitha vocatur: miles virtute nominatissimus sed a fratre et nepote Hengistii, de quibus in primo libro dixi, regno expulsus, prius multo eorum detrimento exilium compensans suum; communicans merito laudi avunculi, quod ruentis patriæ casum in plures annos distulerint. Sed Arturis sepulchrum nusquam visitur, unde antiquitas nœniarum adhuc eum venturum fabulatur. Cæterum, alterius bustum, ut præmissi, tempore Willelmi regis repertum est super oram maris, quatuordecim pedes longum; ubi a quibusdam asseritur ab hostibus vulneratus, et naufragio 467 ejectus; a quibusdam dicitur a civibus in publico epulo interfectus. Veritatis ergo notitia labat in dubio, licet neuter eorum defuerit famæ suæ patrocinio.

§ 288. Illa fuit tempestas qua Henrici (de quo inter gesta Willelmi locutus sum) miserabile et pene funestum per quinquaginta annos Alamannia ingemuit imperium. Erat is neque ineruditus neque ignavus, sed fato quodam ab omnibus ita impetitus, ut rem religionis tractare sibi videretur quisquis in illum arma produceret. Habebat filios duos, Conradum et Henricum: prior nihil impium contra parentem ausus, subjugata Italia, apud Arellum civitatem Tusciæ dies expleverat: alter pa-

(85) *Æquævo*. d. e. l., *coæquævo*, s. c.

(86) *Qui modo apostolicæ sedi*, etc. Calixtus papa factus die 1 Febr. 1119, obiit die 12 seu 13 Dec. 1124.

(87) *Matildis Marciæ*. Filia erat Bonifacii, Tusciæ ducis, immensasque suas possessiones sanctæ sedi mortuus condonavit.

(88) *Lanistarum*, etc. Suggestit Sharpius his ver-

atrem, aliquantulum ab externis seriatum, primo ævi tyrocinio aggressus, cedere imperio compulsi; nec multo post, defunctum imperialibus inferiis extulit. Vivit adhuc, ejusdem sententiæ pertinaciter sequax pro qua patrem persequendum putaverat: nam et investituram ecclesiarum per baculum et anulum donat, et sine suo arbitrio papam electum non legitimum æstimat; licet Calixtus, qui modo apostolicæ sedi (86) præsidet, immodicam viri aviditatem egregie inhibuerit. Verum de his plura me dicturum lector præstoletur, cum series narrationis expetierit.

§ 239. Porro Hildebrando papa (ut dixi) mortuo, et Urbano a cardinalibus electo, imperator hæsit in proposito ut Wibertum præferret et papam dicitaret, Romæque, altero expulso, inferret: sed æquiori (ut videbatur) causæ affuit militia Matildis Marciæ (87), quæ obliata sexus, nec 468 dispar antiquis Amazonibus, ferrata virorum agmina in bellum agebat fœmina; ejus suffragio Urbans posteriori tempore thronum indeptus apostolicum, securum per undecim annos acclitavit otium. Post eum Paschalis, conspuit Henrici scientia, a Romanis institutus est. Gravabat superas adhuc vivendo Wibertus auras, unicus schismatis sator, nec unquam quoad vixit pervicaciam deposuit ut justitiæ manus daret; imperatoris judicium pronuncians sequendum, non lanistarum (88) vel pellicum Romanorum: quare ambo, ab Urbano sequentibus (89) conciliis excommunicati, argute sententiam suspendebant ludibrio. Inter hæc erant multa quæ in Cæsare probares; quod esset ore tacundus, acer ingenio, multa eruditus lectione, impiger eleemosynis, prorsus in eo (90) bona animi corporisque cerneret; ad arma promptè concurrere, ut qui sexagies et bis acie collata dimicavit; juste lites componere; cum res non successisset, quærelis in cœlum conversis inde opem expectare. Plures inimicorum ejus vitam exitu miserando cludere.

DE HOMINE A MURIBUS DILACERATO.

§ 290. Audivi virum veracissimum referentem quod quidam ex adversariis ejus, homo impotens et factiosus, dum resupinatis cervicibus in convivio resideret, ita a muribus repente circumvallatus est ut nusquam esset effugium; tantus erat 469 numerus bestiolarum ut in quamlibet ampla provincia tot esse non putarentur. Itaque fustibus et subselliorum quæ ad manum occurrissent fragminibus, diu in eas sævitum, nec quicquam profectum; et quamvis a cunctis repellerentur, nulli tamen noxam vicariam referebant; illum solum

bis auctorem ludibrio afficere voluisse sanguinaries Romanorum habitus et papæ bullas. In controversia de credibilitate argumentorum allatorum, cerie constat orale trium episcoporum testimonium autponendum esse *pellibus ovinis atramento tinctis et plumbeo sigillo oneratis*. (EADMER., *His. nov.*, p. 65.)

(89) *Sequentibus*. c. e., *frequentibus*, a. s. d. l.

(90) *Et*. a. s. d. l., *ea*, c. e.

dentibus, illud terribili quodam occentu perse-
quebantur. Quapropter a famulis ultra jactum
sagittæ in pelagus proVectus, nec sic violentiam
evasit; continuo enim tanta vis murium ponto inun-
davit ut marmor paleis constratum jurares. Sed
cum jam tabulata navis corroderent, et naufragium
indubitatum aqua per rimulas ingrediens minaretur,
servientes puppem ad littus retorquent. Tum vero
animalia, juxta carinam annavigantiæ, priora ad
terram perveniunt; ita miser ille in aridam expo-
situs, moxque totus dilaceratus, horrendam mu-
rium famem explevit.

QUOD QUEM LEOPARDUS MORDICUS ATTIGERIT MURES
COMMINGANT.

§ 291. Ideo minus hoc mirum judico, quia cer-
tum est in Asiaticis regionibus si leopardus ali-
quem mordicus attigerit, confestim murium copiam
adventare, ut vulneratum commingant, immundum
urinae diluvium comitari hominis exitium; sin-
vero sedulitate arcentium ministrorum intra novem
dies vitata fuerit perniciēs, advocari medicorum
industriam profecto valituram. Conspicatus est re-
lator meus quemdam ejusmodi saucium, cum despe-
raret in terra salutem, in altum jactis anchoris pro-
cessisse; nec mora, plures illo (91) mures annasse,
corticibus malorum granatorum quorum medullas
exederant inclusos, mirabile dictu, sed obstrepenti-
bus nautis demersos. Nihil 470 enim ille Parens
verum creatum destituit ingenio, nihil porro noxium
sine remedio.

DE MARINIANO SCOTO:

§ 292. Sub isto imperatore regnante floruit Mari-
nianus Scotus (92), qui primo Fuldensis monachus,
post (93) apud Magontiacum inclusus, contemptu
presentis vitæ, gratiam futuræ demerebatur. Is,
longo vitæ otio chronographos scrutatus, dissonan-
tiam cyclorum Dionysii exigui (94) ab evangelica
veritate deprehendit; itaque, ab initio seculi annos
singulos recensens, viginti duos annos qui circulis
pædictis deerant superaddidit, sed paucos aut
nullos sententiæ suæ sectatores habuit. Quare sæpe
mirari soleo cur nostri temporis doctos hoc re-
spergat infortunium, ut in tanto numero discen-
tium, in tam tristi pallore lucubrantium, vix aliquis
plenam scientiæ laudem referat. Adco inveteratus
usus placet; adeo fere nullus novis, licet probabi-
liter inventis, serenitatem assensus pro merito
indulget; totis conatibus in sententiam veterum
reptatur, omne recens sordet: ita, quia solus favor
alit ingenia, cessante favore, obtorpuerunt (95)
omnia.

(91) Plures illo. c. d. e., plusquam mille, s., plus mille, a. l.

(92) *Marianus Scotus*. Marianus Scotus in Hibernia natus est A. D. 1028. Chronici cujusdam eclogarius fuit (prima vice an. 1569 in lucem editi) ab initio mundi ad ejus usque ætatem (A. D. 1082), quod Florentii Wigorn. Operis fundamentum præbuit. Obiisse videtur anno 1086.

DE MIRACULO QUOD ACCIDIT IN FULDENSI CŒNOBIO.

§ 293. Sed quia Fuldense cœnobium nominavi
(96), dicam quod ibidem accidisse vir reverendus
mihi 471 narravit, Walkerius prior Malvernī;
cujus verbis qui non credit, injuriam religioni facit,
« Non (ait) plusquam quindecim anni sunt quod
in eodem loco exitialis lues grassata prius abbatem
corripuit, mox multos monachorum extinxit. Su-
perstitēs primo quisque sibi timere, orationes et
eleemosynas largiores facere: sed processu tem-
poris, ut est omnium natura hominum, pedetentim,
metu denpto, omittere; cellararius præsertim, qui
palam et ridicule clamaret non posse penum tot
expensis sufficere; sperasse se nuper aliquod alle-
viamentum, pro tot elationibus funerum; nihil ultra
spei esse, si quod vivi nequissent, mortui consu-
merent. Itaque cum quadam nocte pro re necessa-
ria soporem diu distulisset, tandem elaqueatis mor-
rarum retibus in dormitorium ire pergebat; et ecce
rem miram auditurus es, videt in capitulo abbatem,
et omnes qui obierant illo anno, eo quo excesserant
ordine sedere. Timidus et effugere gestiens, vi re-
tractus est; increpitus, et monastico morē fla-
gellis coercitus, audivit verba abbatis in hanc
omnino sententiam, Stultum esse de alterius morte
emolumento inhiare, cum sors cujusque sub eodem
pendeat fato; impium esse, cum monachus omnem
vitam in ecclesiæ consumpscrit obsequio, ut careat
unius saltem anni post mortem stipendio: illum
citissime obiturum, sed quicquid pro eo fieret, ad
aliorum quibus abstulerat refundendam commodum;
iret modo, et alios corrigeret exemplo, quos corru-
perat verbo. Abiit ille; et nihil se vanum vidisse,
tam recentibus plagis quam proximo sui obitu,
monstravit.»

§ 294. Interea, dum alia agimus, irrepsit ma-
teria, et voluntas accessit, ut quid tempore Wil-
helmi regis definitum sit de controversia quæ adhuc
inter archiepiscopos Cantuariensem et 472 Ebo-
racensem volutatur, describam. De qua re, ut
plane norint posteri, quid inde antiqui patres sen-
serint apponam.

QUOD OMNES EPISCOPI TOTIUS BRITANNIÆ ARCHIEPISCOPO
DOROBERNIÆ SUBJICIANTUR.

D *Gregorius papa Augustino primo Anglorum archi-
episcopo Doreberniæ.*

§ 295. «Tua fraternitas non solum eos episcopos
quos ordinaverit, neque hos tantummodo qui per
Eboracensem (97) episcopum fuerint ordinati,
sed etiam omnes Britannicæ sacerdotes, habeat, Deo
Domino nostro Jesu Christo, auctore subjectos.»

(93) *Post. c. d. e. l., mor., s.*

(94) *Dissonantiam cyclorum Dionysii exigui*. Observat Sharpius imaginariam hanc Dionysii correctionem erronee prorsus stare fundamentum

(95) *Obtorpuerunt. a. s. d. e. l., torpent, c.*

(96) *Nominavi. a. s. d. e. l., semel nominavi, c.*

(97) *Eboracensem, a. s. d. e., Eboracæ, c.*

Bonifacius Justo archiepiscopo Doroberniæ.

§ 296. « Absit ab omni Christiano ut ex illa civitate Dorobernia aliquid minuatur, aut in aliud mutetur, nunc vel futuris temporibus, quæ a prædecessore nostro domino papa Gregorio statuta sunt, quoquo modo res humanæ quassantur: sed magis ex auctoritate beati Petri apostolorum principis id ipsum præcipientes firmamus, ut in Dorobernia civitate semper in posterum metropolitanus totius Britannicæ locus habeatur; omnesque provinciæ regni Anglorum, ut præfati loci metropolitanæ ecclesiæ subjiciantur, immutata et perpetua stabilitate decernimus. Hanc autem ecclesiam, utpote specialiter consistentem sub potestate et tuitione sanctæ Romanæ ecclesiæ, si quis conatus fuerit imminuere, eique de concessæ potestatis jure quicquid abstulerit, auferat eum Deus de libro vite, sciatque se sub anathematis vinculis esse notatum. »

473 *Alexander Willelmo regi Anglorum.*

§ 297. « Causam Alricii, qui olim Cicestrensis ecclesiæ dictus est episcopus, diligenter retractan-

(98) *Pertinacia. c. e., pertinentia, s. d. l., obtinentia, a.*

(99) *Teneatur. s. c. d. e. 12, in margine 11, Explicite de Willelmo Magno. Desunt leges ejusdem continentis fere unum folium. A. continet leges Conquestoris ut sequitur:*

« EXPLICIT DE WILLELMO MAGNO, NORMANNIÆ COMITE ET REGE ANGLORUM.

« INCIPIUNT LEGES EJUSDEM.

« Willelmus rex Anglorum, omnibus ad quos scriptum hoc perveniet per totam Angliam, salutem et amicitiam. Mando et præcipio per totam Angliæ nationem custodiri: Si Anglicus homo compellet aliquem Francigenam per bellum de furto, vel homicidio, vel aliqua re pro qua bellum fieri debeat, vel iudicium inter duos homines, habeat plenam licentiam hoc faciendi. Et si Anglicus bellum nolit, Francigena compellatus allegiet se jurejurando contra eum per testes suos secundum legem Normanniæ.

« ITEM: si Francigena compellet Anglicum per bellum de eisdem rebus, Anglicus plena licentia defendat se per bellum, vel per iudicium, si magis ei placeat. Et si unum sit, id est, invalidus, et nolit bellum, vel non possit, quarat sibi legalem defensorem. Si Francigena victus fuerit, persolvat regi sexaginta solidos. Et si Anglicus nolit se defendere per bellum vel per testimonium, allegiet se per Dei iudicium.

« De omnibus uthlagii rebus rex instituit ut Anglicus purget se ad iudicium. Et si Anglicus appellet Francigenam de uthlagaria, et hoc super eum inveritare velit, defendat se Francigena per bellum. Et si Francigena non audeat eum probare per bellum, defendat se Francigena plano juramento, non in verborum observantia.

« ITEM: Regem Angliæ, singulari majestate, regni sui dominum esse manifeste veritatis intuitus et singulorum denique cognovit effectus. Quod cum inclita benignitate regis et jure, debita subditorum fidelitate proveniat, situs quoque patriæ confidenter adjuvat, naturæ beneficiis et maris vicinitate conclusus, ut sine gratuita dominorum licentia nullus exitus, nulli relinquatur ingressus. Unde tanta genti securitas, tanta bonorum omnium copia successit, ut, si veræ rationis honestate regeretur,

A dam, et definiendam, fratri nostro episcopo Lanfranco commisimus. Item sibi negotium, de discernenda lite quæ inter archiepiscopum Eboracensem et episcopum Dorcestrensem de pertinacia (98) diocesis eorum est, firmiter injungendo commedimus, ut hanc causam diligentissima perquisitione pertractet, et justo fine determinet. In causis autem pertractandis et definiendis ita sibi nostræ et apostolicæ auctoritatis vicem definimus, ut quicquid in eis justitia dictante determinaverit, quasi in nostra presentia definitum, deinceps firmum et indissolubile teneatur (99). »

474 QUOD EBORACENSIS ARCHIEPISCOPUS, ET OMNES SIBI SUBJECTI, ARCHIEPISCOPO DORBERNIE SCRIBANTUR.

B *Generale concilium regni Anglorum de jure et primatu Dorobernensis sive Cantuariensis ecclesiæ.*

§ 298. « Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo secundo, pontificatus autem domini Alexandri papæ undecimo, regni vero Willelmi gloriosi regis Anglorum et ducis Normannorum sexto, ex præcepto ejus-

etatis auræ pristina tempora conformaret. Sed hoc tantis eum promotionibus elicit, quod cum omni forinseca perturbatione sit libera, tantis gaudiorum voluptatibus evehat, sicut miseranda mortalium conditio est, malo scilicet acclinis et lapsi proa, intestinis animi seditionibus et cæro novorum melimine semper infrendit. Hinc a primævo mundi nascentis exordio, quos rerum Deus Artifex æqua libertate ditaverat, inobedienciæ motus inflammantis ejecit. Et qui cæli Dominum terre non poterant, hominum serviunt pravitate distincti, continuis malorum persecutionibus, in deteriora quæque projecti. Et licet immeritis divina tamen miseratio tanta prosequitur, et tali dominos informatione componit, ne vel aliquos servitus admichilet, aut impunita securitas clata præcipiet, reges quoque qui perfunctoria cæteros pompa præveniunt, ne potentibus insolescant, carnis infirmitatibus et humanis admodum necessitatibus expositos utili penitus sollicitudine frequentat. Regem quippe non faciunt vulgi de fascibus fabulosa commenta, vel furialis insanicæ vel infinita jugera, vel amica putredinis ingeniosa crapula, vel de lamentis pauperum convulsa pecunia. Regem non faciunt vestes Tyriæ, non auro nitidæ trabes, non color frouia vel tota regia. Sed rex est qui posuit metus et diri mala pectoris, quem non ambitio impotens et nunquam stabilis favor vulgi præcipitis movet. Rex est qui se diri pectoris fætoribus evacuat, et prodesse singulis solemiter invigilat, quales nuper ad fastigium hujus culminis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio, provexit. Necessaria siquidem est mansuetudo prælatis, et disciplina subjectis. Postquam enim ad singula quæque sagax hominum penetravit intentio, et nichil ad pecuniam, visum est incommodum, crevit opulentia, crevit invidia, et invidia odium, ex odio bellum, nulli fides, non profuit elemosyna. Si qua tamen nativæ bonitatis remanserunt monumenta, sanxerunt leges et vitendi præcepta, constituerunt urbes et fida receptacula quo tanta liceret inter improbos innocentia. Et quos ipsa probitatis hortamenta non excitant, saltem conquirent ad pœnæ formidinem. Lex, alia naturalis, quæ apud omnes eadem est; alia consuetudinaria, in qua habet unaquaque patria suum aliquid proprium. »

dem Alexandri papæ, annuente eodem rege, in præsentia ipsius et episcoporum atque abbatum, ventilata est causa de primatu quem Lanfrancus **475** Dorobernensis archiepiscopus super Eboracensem ecclesiam, jure suæ ecclesiæ, proclamabat; et de ordinationibus quorundam episcoporum, de quibus ad quem specialiter pertinerent certum minime constabat: et tandem aliquando diversis diversarum scripturarum auctoritatibus probatum atque ostensum est quod Eboracensis ecclesia Cantuariensi debeat subjacere, ejusque archiepiscopi, ut primatis totius Britannia, dispositionibus, in iis quæ ad Christianam religionem pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem vero Dunelmensis, hoc est, Lindisfarnensis episcopi, atque omnium regionum a terminis Licifeldensis episcopii, et Humbriæ magni fluvii, usque ad extremos Scotiæ fines, et quicquid ex hac parte prædicti fluminis ad parochiam Eboracensis ecclesiæ jure competit, Cantuariensis metropolitanus Eboracensi archiepiscopo ejusque successoribus obtinere concessit. Ita ut si Cantuariensis archiepiscopus concilium cogere voluerit, ubicunque visum ei fuerit, Eboracensis archiepiscopus sui præsentiam cum omnibus sibi subjectis ad nutum ejus exhibeat, et ejus canonicis dispositionibus obediens existat. Quod autem Eboracensis archiepiscopus professionem Cantuariensi archiepiscopo etiam cum sacramento (100) facere debeat, Lanfrancus Dorobernensis **476** archiepiscopus ex antiqua antecessorum consuetudine ostendit; sed, ob amorem regis, Thomæ Eboracensi archiepiscopo sacramentum relaxavit, scriptamque tantum professionem recepit, non præjudicans successoribus suis qui sacramentum cum professione a successoribus Thomæ exigere voluerint. Si archiepiscopus Cantuariensis vitam finierit, Eboracensis archiepiscopus Doroberniam veniet; et eum qui electus fuerit, cum cæteris præfata ecclesiæ episcopis, ut primatem proprium jure consecrabit. Quod si Eboracensis archiepiscopus obierit, is qui ei successurus eligitur, accepto a rege archiepiscopatus dono, Cantuariam, vel ubi Cantuariensi archiepiscopo placuerit, accedet, et ab ipso ordinationem, canonico more, suscipiet. Huic constitutioni consenserunt præfatus rex, et archiepiscopi Lanfrancus Cantuariensis, et Thomas Eboracensis, et Hubertus, sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconus et præfati Alexandri papæ legatus, et cæteri qui interfuerunt episcopi et abbates. Ventilata est autem hæc causa prius apud Wentanam civitatem in Paschali solennitate (1), in capella regia quæ sita est in castello; postea in villa regia quæ vocatur Windlesor, ubi et finem accepit in præsentia regis, episcoporum, abbatum diversorum ordinum, qui congregati erant apud curiam in festivitate Pentecostes.

(100) Etiam cum sacramento a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in c. l.

(1) Solennitate. a. s. d. e. l., festivitate, c.

- A c Signum Willelmi regis.
 c Signum Matildis reginæ.
 c Ego Hubertus, sanctæ Romanæ ecclesiæ lector et domini Alexandri papæ legatus, subscripsi.
 c Ego Lanfrancus Dorobernensis archiepiscopus subscripsi (2).
 c Ego Thomas Eboracensis archiepiscopus **477** subscripsi.
 c Ego Willelmus Londoniensis episcopus consensi.
 c Ego Hermannus Scirburnensis episcopus subscripsi.
 c Ego Wulstanus Wigornensis episcopus subscripsi
 B c Ego Walterus Herefordensis episcopus subscripsi (3).
 c Ego Giso Wellensis episcopus consensi.
 c Ego Remigius Doracensis episcopus subscripsi.
 c Ego Wakelinus Wentanus episcopus subscripsi.
 c Ego Herfastus Helmeanensis episcopus subscripsi.
 c Ego Stigandus Cicestrensis episcopus consensi.
 c Ego Siwardus Rofensis episcopus consensi.
 c Ego Osbernus Exoniensis episcopus consensi.
 c Ego Odo Baiocensis episcopus, et comes Cantia, consensi.
 c Ego Godefridus Constantiensis episcopus, et unus de primatibus Anglorum, consensi.
 C c Ego Scotlandus abbas cænobii sancti Augustini consensi.
 c Ego Elfwinus, abbas cænobii quod Ramesege dicitur, consensi.
 c Ego Elnothus Glastoniensis abbas consensi.
 c Ego Turstanus, abbas cænobii quod in insula quæ dicitur Heli situm est, consensi.
 c Ego Wlnothus, abbas cænobii quod Certesei dicitur, consensi.
 c Ego Elfwinus abbas cænobii Evesandi consensi.
 c Ego Fridericus abbas sancti Albani consensi.
 c Ego Gosfridus abbas cænobii sancti Petri, quod non longe a Londonia situm est, consensi.
 c Ego Baldewinus abbas cænobii sancti Edmundi consensi.
 D c Ego Tuoldus abbas de Burgo consensi
 c Ego Adelelmus abbas Abbendonie consensi.
 c Ego Rualdus abbas Novi Monasterii Wintonia consensi. »

Professio Thomæ Eboracensis archiepiscopi.

§ 299. c Decet Christianum quemque Christianis legibus subjacere, nec iis quæ a sanctis patribus **478** salubriter instituta sunt quibuslibet rationibus contraire. Hic namque iræ, dissensiones, invidiæ, contentiones, cæteraque procedunt, quæ amatores

(2) Ego Lanfrancus Dorobernensis archiepiscopus subscripsi. a. s. d. e. l., omitt. in c.

(3) Subscripsi. ei, consensi, s. c. 2. l.

suos in pœnas (4) demergunt. Et quanto quisque A altioris est ordinis, tanto impensius debet obtemperare præceptis. Propterea ego Thomas ordinatus jam Eboracensis ecclesiæ metropolitanus astitens, auditis cognitisque rationibus, absolutam tibi, Lanfrance, Dorobernensis archiepiscopo, tuisque successoribus, de canonica obedientia professionem facio; et quicquid a te vel ab eis juste et canonicè mihi injunctum fuerit, servaturum me esse promitto. De hac autem re, dum a te adhuc ordinandus essem, dubios fui; ideoque tibi quidem sine conditione, successoribus vero tuis conditionaliter, obtemperaturum me esse promisi. »

§ 300. Habebat autem ex antiquo, sicut in libro primo dixisse me memini (3), Cantuariensis archiepiscopus hos episcopos: Londoniensem, Wintoniensem, Rosensem, Scireburnensem, Wigornensem, Herefordensem, Lichetfeldensem, Selesiensem, Legacestreusem, Elmanensem, Sidnacestreusem, Dommuccensem: additi sunt, tempore regis Edwardi senioris, Cornubiensis, Cridiënsis, Wellensis in West-Saxonia, et in Mercii Dorcestrensis, ut secundo libro dixi (6). Eboracensis autem archiepiscopus habebat omnes trans Humbram episcopos suæ ditioni subjectos, Ripensem, Haugustaldensem, Lindisfarnensem, illum de Candida Casa quæ nunc Witerne dicitur, et omnes episcopos Scotiæ et Orcadum; sicut Cantuariensis habet episcopos Hiberniæ et Walarum. 479 Perierunt autem jamdudum episcopatus Ripensis et Haugustaldensis vi hostilitatis; C et Legacestreusis, et Sidnacestreusis et Dommuccensis, quo nescio modo. Porro autem, tempore regis Edwardi simplicis, Cornubiensis et Cridiënsis uniti sunt, et translatus est episcopatus in Exoniam. Sub rege Wilhelmo, in isto eodem concilio pronuntiatum est, secundum scita canonum, ut episcopi transeuntes de villis constituerent (7) sedes suas in urbibus diocesium suarum: Lichetfeldensis ergo migravit (8) in Cestram, quæ olim Civitas Legionum dicebatur; Selesiensis in Cicestram; Elmanensis in Tethford primo, nunc ab Herberto episcopo in Norwic; Scireburnensis in Salesbiriæ; Dorcestrensis in Lincolniam. Nam Lindisfarnensis pridem veteri tempore transierat in Dunelmum, et nuper Wellensis in Bathoniam.

§ 301. In hoc conventu Lanfrancus, qui erat adhuc rudis Anglus, quæsitit a senioribus episcopis qui esset ordo sedendi in concilio, antiquo more statutus: illi vero, excusata difficultate responsi, in diem distulerunt posterum. Et tunc, diligentissime advocata memoria, hunc se vidisse morem asseruere: ut Cantuariæ archiepiscopus, concilio præsidens, habeat a dextro latere archiepiscopum Eboraci, et juxta eum episcopum Wintoniæ, a sinistro

A autem Londoniensem: quod si, ut contingit, pro aliqua necessitate Cantuariensis primas adventum suum negaverit (9), vel obitu defuerit, Eboracensis archiepiscopus, concilio præsidens, habeat a dextro Londoniensem episcopum, et a sinistra Wintoniensem; cæteri secundu[m] tempora ordinationum sedilia sua agnoscat.

480 § 302. Tunc quoque querela archiepiscopi Eboracensis de clamore in Wigornensem et Dorcestrensem episcopos decisa et sopita est, namque dicebat eos suæ ditioni subjacere debere; quod, cum jamdudum muto silentio ruinasset, Romanum cum Lanfranco profectus, ut pallia sua ab apostolico reciperent, palam audiente senatu Romano extulit. Tunc vero Lanfrancus, quamvis ad omnes injurias inconcusse soliditatis esset, nonnihil tamen tam proterva et ante sibi inaudita postulatione turbatus, iræ motum vultu proludit, verbis aliquando intra fauces devoratis: at Alexander papa, qui gravaretur Lanfrancum contristare, (nam et venienti dignanter assurrexerat, profectus illud insignè reverentiæ non se detulisse honori archiepiscopi, sed amori magisterii,) tunc quoque judicandi invidiam a se rejecit (10), litis arbitrium trahens in Anglorum concilium. Quapropter, ut dixi, res, multum diuque ventilata in hoc concilio, hunc sortita est terminum; ut, quia citra Humbram essent, hi episcopi Cantuariensi applicarentur, omnes vero Transhumbranos Eboracensis obtineret.

§ 303. Hic sancta simplicitas beati Wulstani Wigornensis episcopi, imo magnanima in Deo confidentia, laudanda et plausu excipienda est. Cum enim et de hac re, et de parva scientia litterarum pulsatus, foras exisset ut a strictiori consilio responsus comeret suum, a tumultibus remoto animo, « Crede mihi, » inquit, « nondum cantavimus horam sextam; cantemus ergo. » Tum sociis referentibus ut prius propter quod venerant expedirent, quod satis superque sufficeret cantibus temporis: regem et proceres, si hæc audierint, risu se haberi opinatus; « Prius, crede 481 mihi, » dixit, « scimus Dei servitium, et post agitabimus hominum litigium. » Hora igitur cantata, nulla excogitata sibi tergiversatione, nullo commentato veri splendore, confestim aulam concilii ingredi pergebat. Suis enim retinere tentantibus persuaderi non potuit, quin potius timentibus causæ: « Pro certo, sit, noteritis visibiliter me hic videre beatos archiepiscopos Dunstanum Cantuariensem et Oswaldum Eboracensem, qui hodie, suis me precibus tuentes, falsiloquorum acumen hebetabunt. » Ita data benedictione monacho, minimæ facundiæ viro, sed Normanniæ lingue sciolo, rem perorans obtinuit, ut qui suæ diocesis ante indignus putabatur regimine, ab archiepiscopo

(4) Pœnas. c. d. e., pœnas æternas, a. s. l.

(5) Sicut in libro primo dixisse me memini §§ 99, et seq.

(6) Ut secundo libro dixi. § 129.

(7) Constituerent. a. s. d. e. l., construerent, c.

(8) Migravit. a. s. d. e. l., transit, c.

(9) Negaverit. c. d. e., excusaverit, a. s. l.

(10) Rejecit. a. s. d. e. l., removit, c.

Eboraci suppliciter rogaretur ut suas dignaretur A lustrare partes (11), quo ipse pro timore hostium vel sermonis ignorantia cavebat accedere.

§ 304. Verum ego non ulterius lectorum expectationem macerabo, qui hæc forsitan non libenter inveniunt, quia gesta Willelmi successorum præ-

stantur; quamvis, nisi me nimius amor mei fallit, nulli varietatem relationum displicituram opinor, nisi si quis tam nubilus est ut Catonis supercilium æmuletur. Sed alia in quarto et quinto libro qui volet experiatur, nam tertius debitum agnoscat modum (12).

483 PROLOGUS IN LIBRUM QUARTUM.

Scio plerisque ineptum videri quod gestis nostri temporis regum scribendis stylium applicuerim; dicentibus quod in ejusmodi scriptis sæpe naufragatur veritas et suffragatur falsitas, quippe præsentium mala periculose, bona plausibiliter dicuntur. Eo fit (inquiunt) ut, quia modo omnia (13) magis ad pejus quam ad melius sint proclivia, scriptor obvia mala propter metum (14) prætereat, et, bona si non sunt, propter plausum confingat. Sunt alii qui, nos ex segnitie sua metientes, impares tanto muneri existimant, et hoc studium prava suggillatione contaminant. Quapropter jam pridem, vel illorum ratiocinio vel istorum fastidio perculsus, in otium concesseram, silentio libenter adquiescens; sed dum aliquandiu solutus inertia vacassem, rursus solitus amor studiorum aurem vellit et manum injecit, propterea quod nec nil agere possem, et istis forensibus et homine literato indignis curis me tradere non nossem. Accessere amicorum meorum stimuli, quorum vel tacite suggestioni deesse non debui; et illi quidem modeste jam prurientem impulere ut coeptum prosequerer. Illorum itaque, quos penitus reposito amore diligo, hortatibus animatus assurgo, ut ex pectoris nostri promptuario 484 victurum apud se amicitie (15) pignus contineant. Quocirca illorum, qui mihi timent ut aut odiar aut mentiar, benevolentie gratas, ita sub ope Christi satisfaciam, ut nec

falsarius nec odiosus inveniar: sic enim bene et secus acta perstringam, ut, quasi inter Scyllam et Charibdim illæso volante navigio, nil desit sententiae, etsi aliquid deesse putetur historiae. Porro illis, qui alieni laboris onus sua æstimatione premunt, hoc respondeo quod olim sanctus (16) Ieronymus canibus suis objecit, « Si placet, legant; si non placet, abjiciant: » quia et ego hæc non tædiosis ingero, sed studiosis, si qui dignentur, consecro; quod et isti juri concinere (17) pronuntiabunt, si non de his sunt de quibus dicitur: « Stulti facile possunt convinci, difficile compesci. » Dicam igitur in hoc libro, qui hujus operis est quartus, quicquid de Willelmo filio Willelmi magni dici poterit; ut nec veritas rerum titubet, nec principalis decoloretur majestas. Ibunt et in istas paginas quædam quæ sub eo, vel in hac terra tristia, vel alias gloriosa, acciderunt (18), quantum duntaxat nostra scientia attingere potuerit; præsertim de peregrinatione Christianorum in Jerusalem, quam hic apponere non erit injurium, quia tam famosam his diebus expeditionem audire sit operæ pretium et virtutis incitamentum. Neque vero confido quod hæc a me, quam ab aliis qui scripserunt, dicantur commodius; sed ut, quod a multis scribitur, a multis legatur. Verum, ne tam diu præmiari lecturo generet nauseam, jam nunc quod intendo incipiam.

485 LIBER QUARTUS.

DE WILLELMO REGE RUFO, FILIO REGIS WILLELMI PRIMI.

(A. D. 1087.) Willelmus igitur filius Willelmi natus est Normanniæ, pluribus annis antequam pater Angliæ nasceretur. Ingenti cura parentum altus, cum et illi naturaliter inesset ingentia parturiens animus, ad cul-

men supremæ dignitatis evasit. Incomparabilis procul dubio nostro tempore princeps, si non cum Magnitudo patris obrueret, nec ejus juventutem fata præcipitassent, ne per ætatem maturiorem aboleret

(11) *Partes.* s., omitt. in a. c. d. e. l.

(12) *Modum.* In d. e. post *modum* sequitur epistola dedicatoria auctoris ad Robertum Glocestriensem comitem, quam initio operis posuimus.

(13) *Omnia d. e., pene omnia, l.*

(14) *Propter metum.* a. s. d. e. l., omitt. in c.

(15) *Amicitie.* a. s. d. e. l., *amicitiarum, c.*

(16) *Sanctus.* a. c. d. e. l., omitt. in s.

(17) *Juri concinere.* a. e. l., *viri concinere, c. l.*

(18) *Acciderunt.* a. s. d. e. l., *contingere, e.*

errores licentia potestatis et impetu juvenili contractos. Emensa pueritia, in militari exercitio adolescentiam egit; equitari, jaculari, certare cum primævis obsequio, cum æquævis officio. Jacturam virtutis putare si forte in militari tumultu alter eopior arma corripere, et nisi primus ex adverso provocaret, vel provocantem dejiceret. Genitori in omnibus obsequiam gerens, ejus se oculis in bello ostentans, ejus lateri in pace obambulans. Spe sensim scaturiente, jam successioni inhians, maxime post abdicacionem (19) **486** fratris majoris, cum in tirocinium minoris nonnihil (20) suspiceret. Ita a patre, ultima valetudine decumbente, in successorem adoptatus, antequam ille extremum efflasset ad occupandum regnum contendit: moxque volentibus animis provincialium exceptus, et claves thesaurorum nactus est; quibus fretus totam Angliam animo subjecit suo. Accessit etiam favori ejus, maximum rerum momentum, archiepiscopus Lanfrancus, eo quod eum nutrierat et militem fecerat (21): quo auctore et annitente, die sanctorum Cosmæ et Damiani (22) (Sept. 27) coronatus, reliquo hyemis quiete et favorabiliter vixit.

QUOMODO ADVERSARIOS REX RUFUS VICERIT.

§ 306. Qua exacta, mox in initio veris (23) primus illi conflictus contra Odonem patrum, episcopum Baiocensem, fuit. Namque, cum ille (ut dixi), solutus a vinculis, Robertum nepotem in comitatu Normanniæ confirmasset, Angliam venit, recepitque (24) a rege comitatum Cantia; sed cum omnia non suo arbitratu (ut olim) in regno disponi videret, (nam Willelmo Dunelmensi episcopo (25) commendata erat administratio rerum publicarum,) livore ictus, a rege et ipse descendit. Et **487** multos eodem susurro infecit: Roberto regnum competere, qui sit et remissioris animi, et juveniles stultitias multis jam laboribus decoxerit; hunc delicate nutritum, animi ferocia (quam vultus ipse demonstret) prætumidum, omnia contra fas et jus ausurum; brevi futurum ut honores jamdudum plurimis sudoribus partes amittant; nihil actum morte patris, si quos ille vixerit late trucidet. Hæc ipse, hæc Rogerius de Monte Gomerico, hæc Gaufridus Constantiensis episcopus (26) cum nepote Roberto comite Humbrensi, et cum

A reliquis, primo clam fremebant; post etiam palam, per veredarios missis epistolis, frequentabant. Quin etiam Willelmus Dunelmensis episcopus, quem rex a secretis habuerat, in eorum perfidiam concesserat; quod graviter regem tulisse ferunt, quia, cum amisse charitatis spendio, remotarum provinciarum frustrabatur compendio. Itaque Odo prædam omnem Rovecestram comportabat, regios fisco in Cantia devastans, maxime terras archiepiscopi; immortale in eum odium anhelans, quod ejus consilio a fratre se in vincula conjectum assererat. Sed nec fides verborum vacillabat: nam cum olim Willelmus senior apud Lanfrancum quereretur se a fratre deserere, « Tu » (inquit) « prende eum et vinci. » « Et quid » (respondit ille,) « quia clericus est? » Tur archiepiscopus, **488** lepida hilaritate (ut Persius ait) (27) criminis rasis librans in antilibeis, « Non » (dixit) « episcopus Baiocarum capies, sed comitem Cantia custodies. » Gaufridus episcopus, cum nepote, Bathoniam et Bercheleiam partemque pagi Wiltensis depopulans, manubias apud Bristol collocabat. Rogerius de Monte Gomerico, exercitum suum a Scrobesbiria cum Walensibus mittens, coloniam Wigornensem prædabatur: jamque Wigorniam infestus advenerat, cum regii milites qui prætendebant, freti benedictione Wulstani episcopi cui custodia castelli commissa erat, pauci multos effugarunt, pluribusque sauciis et cæsis, quosdam abduxerunt. Præterea Rogerius Bigot apud Northwic, et Hugo de Grentemesnil apud Legecestram, suis quisque partibus rapinas urgebant. Ita totis defecionis viribus in eum, cui nec prudentia nec fortuna deerat, frustra sæviebatur. Namque ille, videns Normannos pene omnes in una rabie conspiratos, Anglos probos et fortes viros, qui adhuc residui erant, invitatoriis scriptis accersit; quibus super injuriis querimoniam faciens, bonasque leges, et tribunalium levamen, liberasque venationes pollicens, fidelitati suæ obligavit. Nec minori astutia Rogerium de Monte Gomerico, secum dissimulata perfidia equitanti, circumvenit. Seorsum enim ducto magnam ingessit invidiam; dicens. Libenter se imperio cesseram, si illi et aliis videatur quos pater tutores reliquerat. Non se intelligere quid ita effraenes sint: si vellet,

(19) *Abdicacionem*. Robertum sponte abdicasse vix D credi potest.

(20) *Nonnihil*. a. c. d. e. l., nihil, s.

(21) *Militem fecerat*. Juxta consuetudinem lætate adhuc vigentem, episcopi et abbates milites in ordinem equestrem suscipiebant. Lex e. t. ab Henrico I lata, vetans ne abbates equitem facere præsumant.

(22) *Die SS. Cosmæ et Damiani*. Dies festus sanctorum Cosmæ et Damiani 27 Sept. celebratur. Florentius Wigorniensis et alii auctores statunt Willelmum coronatum esse die Dominica, 26 Sept. Juxta Saxonicum Chronicon id contigit « tribus diebus ante festum S. Michaelis. »

(23) *In initio veris*. Conspiratio tempore Quadragesimæ formata est; et statim ut Pascha venit, conspiratores egressi sunt, etc. (Saxon. Chron. a. D. 1088.)

(24) *Recepitque*. a. s. c. d. l., recepit, e. — Odo creatus est comes Cantuariensis a. D. 1067.

(25) *Willelmo Dunelmensi episcopo*. Willelmo de Karilepho.

(26) *Gaufridus Constantiensis episcopus*. Geoffrey de Montbray Constantiensis episcopus creatus est an. 1048. Magnus Angliæ justitiarius celeberrimus Lanfrancus Cantuariensem archiepiscopum inter et Odonem Bajocensem episcopum litigio, in comitativa curia apud Pinendene in Cantia habito præfuit. Obiit die 4 Febr. 1093. In *Domesday Book Constantiensis episcopus* inscribitur; sed alias (fol. 163) vocatur *episcopus de Sancto Lando* (*Saint Lo* que est inferioris Normanniæ civitas); interque illos qui testes astiterunt Chartæ a Conquestore concessæ monasterio S. Augustini Cantuarie, aderat *episcopus Goufridus de Seynt Loth*.

(27) *Ut Persius ait*. Sat. 1, 85.

pecunias accipiant pro libito; si augmentum patrimoniorum, eodem modo; prorsus, quæ velint, habeant. Tantum videant ne iudicium genitoris periclitetur: quod si de se putaverint aspernandum, **489** de se ipsis caveant exemplum; idem enim se regem, qui illos duces fecerit. His verbis, comes et pollicitationibus incensus, qui primus factionis post Odonem signifer fuit, primus defecit. Continuo ergo in desertores profectus, castella patri sui Tunebrige et Pevenesel effregit; ipso in posteriori intercepto: captum ad quod libuit iussurandum impulit, ut Anglia decederet et Rovecestram traderet (28). Ad quod implendum cum cum fidelibus suis præmisit, lento pede præeuntes subsequutus. Erat tunc apud Rovecestram omnis pene iuventutis ex Anglia et Normannia (29) nobilitas; tres filii Rogerii comitis, et Eustachius Bononiæ junior, multique alii quos infra curam nostram existimo. Regii cum episcopo pauci et inermes (quis enim eo præsentem insidias timeret?) circa muros desiliunt, clamantes oppidanis ut portas aperiant; hoc episcopum præsentem velle, hoc regem absentem jubere. At illi, de muro conspicati quod vultus episcopi cum verbis oratorum non conveniret, raptim apertis portis ruunt, equos involant, omnesque cum episcopo viictos abducunt. Rumor facti ad regem cito perlabitur. Severior ille malis, iramque intra conscientiam resorbens, Anglos suos appellat; jubet ut compatriotas advocent ad obsidionem venire, nisi si qui velint sub nomine *Nithing* (30), quod nequam sonat, remanere. Angli, qui nihil miserius putarent quam **490** huiusce vocabuli dedecore adari (31) calervatim ad regem conflunt, et invincibilem exercitum faciunt. Necdiutius potuere pati oppidani quin se traderent; experti quamlibet nobilem, quamlibet concertam manum, nihil adversus regem Angliæ posse proficere. Odo, secundo captus, perpetuo Angliam abjuravit. Dunelmensis episcopus ultro mare transivit; quem rex, verecundia præteritæ amicitiae, indemnem passus est effugere. Ceteri omnes in fidem recepti. Inter has obsidionis moras, homines regis mare custodientes, quosdam quos comes Normanniæ in auxilium perfidorum miserat, partim cæde, partim naufragio oppressere: reliqui fugam intendentes et suspendere carbasa conati, moxque vento cessante destituti, ludibrio nostris, sibi exitio fuere; nam, ne (52) vivi caperentur, et transtris se in mare precipitarunt.

DE PACE INTER WILLELMUM ET ROBERTUM.

§ 307. Postero anno (A. D. 1090), ut dolor semper retractatione acescit, magno scrutinio rex age cœpit quo modo injurias suas ultum iret, et vicariam

(28) *Et Rovecestram traderet.* a. s. d. e. l., omitt. in c.

(29) *Et Normannia.* a. s. d. e. l., omitt. in c.

(30) *Nithing.* De hoc vocabulo scribit Matth. Paris: « *Nithing*, quod Latine *nequam* recenserit. Angli, qui nihil contumeliosius et vilius æstimant quam huiusmodi ignominioso vocabulo, » etc. Coniicit Spelman illud forsitan derivatum a *nidus* et *pullus* idem-

A fratri contumeliam referret. Itaque castrum sancti Walerici (53), et portum vicinum, et oppidum quod Albamarla vocatur, sollertia sua acquisivit, pecunia custodes corrumpens. Nec fuit animus comiti ut resisteret; sed domino suo regi Franciæ per nuncios violentiam fratris exposuit, supplicas orans. Et ille quidem iners, et quotidianam crapulam ructans, ad bellum singultiens ingluvie veniebat: sed occurrerunt magna pollicenti nummi regis Angliæ; quibus infractus, cingulum **491** solvit et convivium repetiit. Ita bello intestino diu laboravit Normannia; modo illis, modo istis vincentibus: proceres utriusque furorem incitabant, homines levissimi, in neutra parte fidem habentes. Pauci quibus sanius consilium, consulentes suis commodis quod utrobique possessiones haberent, mediatores pacis fuere; ut comiti rex Cinomannis adquireret, comes regi castella quæ habebat et Fiscannum cronobium concederet. Juratum est hoc pactum, et ab utrorumque hominibus sacramento firmatum (A. D. 1091).

QUOMODO WILLELMUS ET ROBERTUS OBEDERINT HENRICUM FRATREM SUUM APUD MONTEM SANCTI MICHAELIS.

§ 308. Nec multo post rex mare transiit, ut fidem promissorum expleret. Ergo uterque dux ingentes moliebantur conatus ut Cinomannis invaderent: sed obstitit jam paratis, jamque profecturis, Henrici fratris minoris animositas, qui frenderet propter fratrum avaritiam; quod uterque possessiones paternas dividerent, et se omnium pene expertem non erubescerent. Itaque montem sancti Michaelis armatus insedit, et crebris excursibus obsidentem militiam germanorum contristavit. In ea obsidione præcluum specimen morum in rege et comite apparuit, in altero mansuetudinis, in altero magnanimitatis. Utriusque exempli notas pro legentium notitia affigam (34).

DE MAGNANIMITATE WILLELMI.

§ 309. Egressus rex tabernaculo, vidensque eminus hostes superbum inequitantes, solus in multos irruit, alacritate virtutis impatiens, simulque **492** confidens nullum sibi ausurum obsistere: moxque occiso sub scæminibus deturbatus equo, quem eo die quindecim marcis argenti emerat, etiam per pedem diu tractus est; sed fides loriciæ obstitit ne læderetur. Jamque miles qui deiecerat manum ad capulum aptabat ut feriret, cum ille, periculo extremo territus, exclamat: « Tolle, nebulo! rex Angliæ sum! » Tremuit, nota voce jacentis, vulgus militum; statimque reverenter de terra levato equum alterum adducunt. Ille, non expectato ascensorio, sonipedem que significare arbitratur ac *culvertagium*. *Nidering*, supponitur a Sommer (*Gavelk* 56), illos denotare qui tam infames erant ut mortuum spoliarent.

(31) *Aduri.* a. s. d. e. l., *notari*, c.

(32) *Ne.* a. s. d. e. l., *cum*, c.

(33) *Castrum sancti Walerici.* Vide Sax. Chron. a. D. 1090.

(34) *Affigam.* a. s. d. e. l., *infigam*, c.

insiliens, omnesque circumstantes vivido perstrin- A
gens oculo, « Quis, inquit, me deiecit? » Mussitan-
tibus cunctis, miles audacis facti conscius non de-
fuit patrocínio suo, dicens : « Ego, qui te non pu-
tarem esse regem, sed militem. » Tum vero rex
; lacibus, vultuque serenus, « Per vultum, » ait, « de
Luca (55) (sic enim jurabat), meus a modo eris, et
meo albo insertus laudabilis militiæ præmia repor-
tabis. » Macte animi, amplissime rex, quod tibi præ-
coniium super hoc dicto rependam? A magni quon-
dam Alexandri non degener gloria, qui Persam mili-
tem se a tergo ferire conatum, sed pro perfidia ensis
spe sua frustratum, incolumem pro admiratione
fortitudinis conservavit.

DE MANSUETUDINE COMITIS ROBERTI.

§ 310. Jam vero ut de mansuetudine comitis B
dicam. Cum obsidio eo usque processisset ut aqua
deesset obsessis, misit Henricus nuncios 493 co-
militi, qui eum de siti sua conveniant. Impium esse
ut cum aqua arceant, que esset communis morta-
libus : aliter, si velit, virtutem experiatur; nec pu-
gnet violentia elementorum, sed virtute militum.
Tum ille, genuina mentis mollitiæ flexus, suos qua
prædebant laxius habere se jussit, ne frater si-
ticulosus potu careret : quod cum relatum regi esset,
ut semper calori pronus erat, comiti dixit : « Belle
scis actitare guerram, qui hostibus præbes aquæ
copiam; et quomodo eos domabimus si eis in pastu
et in potu indulserimus? » At ille renidens illud
come et merito famosum verbum emisit : « Pape, C
dimitterem fratrem nostrum mori siti? et quem
alium habebimus si eum amiserimus? » Ita rex,
deridens mansueti hominis ingenium, resolvit præ-
lium; infectaque re quam intenderat, quod eum Scot-
torum et Walensium tumultus vocabant, in regnum
se cum ambobus fratribus recepit.

§ 311. Statimque primo contra Walenses, post
in Scottos expeditionem movens (A. D. 1091), nihil
magnificentia sua dignum exhibuit; militibus multis
desideratis, jumentis interceptis. Nec tum solum,
sed multotiens, parva illi in Walenses fortuna fuit;
quod cuius mirum videatur, cum ei alias semper
alea bellorum felicissime arriserit. Sed ego intelligo,
pro soli inæqualitate et cæli inclementia, sicut re-
bellionem eorum adjutam, ita ejus virtutem impe-
ditam. Porro rex Henricus, excellentis ingenii vir,
qui modo regnat, invenit qua commenta illorum la-
befactaret arte, Flandritis in patria illorum colloca-
tis, qui eis pro clastro sint et eos perpetuo coer-
ceant. At vero 494 tunc satagente Roberto comite,

(55) *Per vultum*. . . *de Luca*. Verba ista frequen-
ter, sed non recte translata sunt in hac : *Per vultum*
S. Lucae! dum e contrario sensus est : *Per vultum*
in Luca! Ut enim ait lord Bytleton. Est : « Lucae
in Tuscia vetus quædam Christi figura huc per mi-
raculum allata, ut continentur. Illam vocant : *Il santo*
volto de Luca, atque in eorum nuntius insculpta est
cum legenda hac : *Sancus vultus de Lucca*. In libro
italice scripto, cui titulus : *Il Forestiere informato*
delle cose di Lucca, hæc legenda minutissime expo-
nuntur. Asserit auctor opus esse Nicolæi de quo in

qui familiarem jam dudum apud Scottum locaverat
gratiam, inter Malcolmum et Willelmum concordia
inita : veruntamen multis controversiis utrobique
habitis, et fluctuante propter utrorumque animosi-
tatem justitia, Malcolmus ultro Glocestram venit,
æquis duntaxat conditionibus, multus pro pace pre-
cator (56); nec quicquam obtinuit, nisi ut in regnum
indemnis rediret (57), dedignante rege dolo capere
quem virtute subegisset (A. D. 1093). Idemque proxi-
ma hyeme, ab hominibus Roberti comitis Humbræ-
sium, magis fraude quam viribus occubuit. Cujus
interitus accepto nuncio, uxor Margareta, eleemo-
synis et pudicitia insignis, fastidians hujus luci
moram, mortem precario exegit a Deo : ambo culta
pietatis insignes, illa præcipue. Namque toto vite
tempore viginti quatuor pauperes habebat, ubicum-
que locorum erat, quos cibus et vestibus reficiebat.
Cæterum, sacerdotum cantum in Quadragesima
præveniens, noctibus in templo excubabat, triplici-
bus matutinis ipsa insistens, de Trinitate, de Cruce,
de sancta Maria; inde psalterium, cum lachrymis
vestem infundentibus, pectus succutientibus. Tem-
plo digrediens pascibat pauperes, primo tres, mox
novem, inde viginti quatuor, postremo trecentis;
ipsa cum rege assistens, et manibus aquam infun-
dens. Eadgarum filium ejus, expulsam a patre,
Willelmus reformavit solio, egregia plane et que
tantum virum decebat pietate, ut, paternarum in-
juriarum inmemor, filium supplicem restitueret
regno.

§ 312. Excellebat in eo magnanimitas, quam
ipse processu temporis nimia severitate obfusca-
vit; 495 ita in ejus furtim pectus vitia pro virtu-
tibus serpebant ut discernere nequiret. Diu dubita-
vit mundus quo tandem vergeret, quo se inclinaret,
indoles illius. Inter initia, vivente Lanfranco ar-
chiepiscopo, ab omni crimine abhorrebat, ut uni-
cum fore regum speculum speraretur; quo defuncto,
aliquandiu varium se præstitit æquali lance vitio-
rum atque virtutum : jam vero, postremis annis (58)
bonorum gelante studio, incommodorum segis (59)
succrescens incaluit. Et erat ita liberalis quod pro-
digus, ita magnanimus quod superbus, ita severus
quod sævus. Liceat enim mihi, pace majestatis regi-
æ, verum non oculuisse; quia iste parum Deum
reverebatur, nihil homines : quod indiscretum si
quis dixerit non peccabit, quia a sapientibus te-
nenda sit moderatio, ut Deus timeatur omni tem-
pore, homo pro tempore. Erat is foris et in conven-
tu hominum tumido vultu erectus, minaci oculo

Evangelio. Vide ampliora de hac questione in rev.
J. E. Tyler, quod lectu dignissimum, volumine, cui
titulus : *Oaths, their Origin, Nature, and History*
(*Juramenta, eorum Origo, Natura, et Historia*). London,
vol. 8^o pp. 289-296.

(56) *Precator*. a. d. e. l., *peccator*, s. c.

(57) *Rediret*. a. d. e. l., *abiret*, s. c.

(58) *Bonorum... incaluit*, s. c. d. e., *omni gelante*
studio virtutum, vitiorum in eo calor effebuit, a. l.

(59) *Seges*. s. c. e., *seges* vel *sequiæ*, d.

astantem deligens, et affectato rigore feroci voce colloquentem reverberans; quantum conjectari datur, metu inopiæ et aliorum perfidiæ plus justo laceris et severitati deditus. Intus et in triclinio cum privatis, omni lenitate (40) accommodus, multa joco transigebat; facetissimus quoque de aliquo suo perperam facto cavillator, ut invidiam facti dilneret et ad sales transferret. Sed de liberalitate ejus qua se ipsum f. lebat, post etiam de cæteris, sermo prolixior erit, ut ostendam quanta vitia in eo sub pretextu virtutum pullularint.

§ 313. Sunt enim duo omnino genera largorum; alteri proligi, alteri liberales dicuntur. Proligi sunt, qui in ea pecunias suas effundunt 496 quorum memoriam aut brevem aut nullam omnino sunt relicturi in seculo, nec eleemosynam habituri in Deo: liberales sunt, qui captos a prædonibus redimunt, aut inopes sublevant, aut æs alienum amicorum suscipiunt. Est ergo largiendum, sed diligenter et moderate; plures enim patrimonia sua effudere inconsulte largiendo: quid vero est stultius quam, quod libenter facias, curare ne diutius facere possis (41)? Itaque quidam, cum non habeant quod dent, ad rapinas convertuntur; majusque odium assequuntur ab his, quibus auferunt, quam beneficium ab his quibus contulerunt: quod huic regi accidisse dolemus. Namque cum primis initiis regni metu turbarum milites congregasset, nihil illis denegandum putabat, majora in futurum pollicitus. Itaque quia paternos thesauros evaeuarat impigre (42), et modicæ ei pensiones numerabantur, jam substantia defecorat; sed animus largiendi non deerat, quod usu donandi pene in naturam verterat: homo qui nesciret cujuscunque rei effringere pretium vel æstimare commercium, sed cui pro libito venditor distraheret mercimonium, et miles pacisceretur stipendium. Vestium suarum pretium in immensum extolli volebat, dedignans si quis alleviasset. Denique quodam mane, cum calciaretur (43) novas caligas, interrogavit cubicularium quanti constitissent: cum ille respondisset tres solidos, indignabundus et fremens, « Fili, » ait, « meretricis! ex quo habet rex caligas tam exilis pretii? vade, et affer mihi emptas marca argenti. » Ivit ille, et multo viliores afferens, quanti præceperat emptas ementius est. « Atqui, » inquit rex, « istæ 497 regie conveniunt majestati. » Ita cubicularius ex eo pre-

tium vestimentorum ejus pro voluntate numerabat, multa perinde suis utilitatibus nundinatus.

§ 314. Excitabat ergo totam occidentem fama largitatis ejus, orientem usque pertendens: veniebant ad eum milites ex omni quæ citra montes est provincia, quos ipse profusissimis expensis munerabat; itaque cum defecisset quod daret, inops et exhaustus ad lucra (44) convertit animum. Accessit regie (45) menti, fomes cupiditatum, Rannulfus clericus (46), ex infimo genere hominum, lingua et calliditate (47) proventus ad summum. Is, si quando elictum regium processisset ut nominatum tributum Anglia penderet, duplum adficiebat, expilator divitum, exterminator pauperum, confiscator alienarum hæreditatum. Invictus caudidicus, et tam verbis tum rebus immodicus, juxta in supplices ut in rebelles furens: subinde cachinnantibus quibusdam ac dicentibus (48), solum esse hominem qui sciret sic agitare ingenium, nec aliorum curaret odium dummodo complacere dominum. Hoc auctore sacri ecclesiarum honores, mortuis pastoribus, venum locati; namque audita morte cujuslibet episcopi vel abbatis, confestim clericus regis eo mittebatur, qui omnia inventa scripto exciperet, omnesque in posterum redditus fisco regio inferret. Interea quærebatur quis in loco defuncti idoneus substitueretur, non pro morum sed pro nummorum experimento; dabaturque 498 tandem honor, ut ita dicam, nudus, magno tamen emptus. Hæc eo indigniora videbantur, quod, tempore patris, post decessum episcopi vel abbatis omnes redditus integre custodiebantur, substituendo pastori resignandi, eligebanturque personæ religionis merito laudabiles; at vero, pauculis annis intercedentibus, omnia immutata. Nullus dives nisi nummularius, nullus clericus nisi caudidicus, nullus presbyter nisi (ut verbo parum Latino utar) firmarius. Cujuscunque conditionis homunculus, cujuscunque criminis reus, statim ut de lucro regis appellasset, audiebatur; ab ipsis latronis faucibus resolvebatur laqueus si promississet regale cominodum. Soluta militari disciplina (49), curiales rusticorum substantias depascabantur, insumebant fortunas, a buccis miserorum cibos abstrahentes. Tunc fluxus crinium, tunc luxus vestium, tunc usus calceorum (50) cum arcuata aculeis inventus: mollitie corporis certare cum fœminis, gressum frangere, gestu soluto et latero

(40) Lenitate, d. e. l., levitati, s., lenitati, a. c.

(41) Quid vero... possis. Cicero, De officiis, II, 15.

(42) Impigre, a. s. d. l., omitt. in c. e.

(43) Cum calciaretur, s. c. e. l., cum pro libito calciaretur, a. d.

(44) Lucra, c. d. e., rapinas, a. s. l.

(45) Regie, c. e., avidæ, a. s. d. l.

(46) Rannulfus clericus. Radulphus Flamhard seu Passellabere. Ad dignitatem episcopi Dunelmensis erectus, consecratus est die 5 Junii 1099. Vide Angliæ sacr. part. I, p. 705.

(47) Calliditate, a. d. e. l., assiduitate, s. c.

(48) Cachinnantibus, quibusdam ac dicentibus. s. c.

d. e., cachinnante rege ac dicente, a. l.

(49) Soluta militari disciplina. Confer Eadmer. Hist. Nov., p. 94.

(50) Usus calceorum, etc. « Hujus generis calceamenta quæ tot et tam variis elictis ansam præbuerunt, inventorem habuisse dicuntur, Andegavensem comitem, ad occultandos pedes suos informes. » (ORDERICUS VITALIS, p. 682), qui etiam observat eos primum perfectionis gradum, longum scilicet arcuatum aculeum quo terminantur, recco, pisse a quodam nebulo in palatio Willelmi Rufi, cui nomen Robertus erat (SWANES, p. 386.)

ando incidere, adolescentium specimen erat. Eru-
ves, emolliti, quod nati fuerant inviti manebant;
expugnatores alienæ pudicitie, prodigi suæ (51).
Sequebantur curiam effeminatorum manus et ga-
nearum greges, ut non temere a quodam sapiente
dictum sit, felicem fore Angliam si Henricus
regnaret; talia 499 conjectans quod is ab adole-
scentia obscœnitates execraretur (52).

§ 315. Adjicerem his, si esset necesse (53), quod
Anselmus archiepiscopus ista corrigere conatus,
seu societate suffraganeorum suorum (54) destitu-
tus, sponte discesserit, duritiæ (55) temporis ce-
dens. Anselmus, quo nemo unquam justus tenacior,
nemo hoc tempore tam anxie doctus, nemo tam pe-
nitentis spiritualis fuerit, pater patriæ, mundi specu-
lum (56). Hic cum, jamjamque navigaturus, in portu
ventos expectaret, ut prædo publicus expilatus
est (57), manticeis omnibus et bulgis in medium
prolatis et exquisitis : de cujus injuriis plura dice-
rem si quicquam hoc solo sol vidisset indignius ;
simul et supersedendum est in historia, quam reve-
rendissimi Edmeri (58) præoccupavit faciundia.

§ 316. Vides quantus, e liberalitate quam puta-
bat, fomes malorum (59) eruperit. In quibus corri-
gendis quia ipse non tam exhibuit diligentiam
quam præterdit negligentiam, magnam et vix abo-
lendam incurrit infamiam; immerito credo, quia
nunquam se tali supponeret probro, qui se tanto
meminisset prælatum imperio. Hæc igitur ideo
inelaborato et celeri sermone convolvō, quia de
tanto rege mala dicere erubescō; in deficientis et
extenuandis malis (60) laborans.

500 § 317. Insolentiæ in Deum Judei suo
tempore dedere indicium : semel apud Rothoma-
gum, ut quosdam ab errore suo refugas ad Judais-
mum revocarent, muneribus inflectere conati ; alia
vice apud Londoniam, contra episcopos nostros in
certamen animati, quia ille indubundus, credo,
dixisset, quod si vicissent Christianos, apertis ar-
gumentationibus confutatos, in eorum sectam trans-
iret (61). Magno igitur timore episcoporum et clerico-

(51) *Expugnatores... suæ.* Similia fere vitia apud
Francos et præsertim Normannos sub duce Ro-
berto perstringit Ordericus Vitalis.

(52) *Felicem... execraretur,* s. c. d. e., curia regis
Angliæ non est majestatis diversorium, sed exoletor-
um prostibulum, a. l., 12, habet curia... prosti-
bulum, cum glossa: Quapropter felicem... execra-
retur.

(53) *Adjicerem his, si esset necesse.* s. c. d. e.,
ad dedecus temporum illorum pertinet, a. l.

(54) *Suorum.* a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e 1.

(55) *Duritiæ.* c. d. e., nequitie, a. s. l.

(56) *Speculum.* a. s. c. d. e. 2. l., speculum
fuit, e 1.

(57) *Expilatus est.* d. e., jussu regis expilatus
est, l.

(58) *Edmeri.* Vitam S. Anselmi scripsit etiam
Kadmerus.

(59) *Fomes malorum.* s. c. d. e., gurgis vitiorum, a. l.

(60) *Malis.* d. e., criminibus, l.

(61) *Insolentiæ... sectam transiret.* s. c. d. e., In-
solentiæ vel potius inscientiæ contra Deum hoc fuit

rum res acta est, pia sollicitudine fidei Christianæ
timentium. Et de hoc quidem certamine nihil Judei
præter confusionem retulerunt, quamvis multoties
jactarint se non oratione sed factione superatos.

§ 318. Posteriori tempore, id est anno regni ejus
ferme nono (62), cum Robertus comes Normanno-
rum Ierosolymam eundi, monitionibus Urbani papæ
(ut posterius dicitur), impetum cepisset, Norma-
niam fratri suo pro pecunia decem millium marca-
rum invadatus est (A. D. 1096). Itaque importabilis
pensionis edictum per totam Angliam cucurrit. Tunc
episcopi et abbates frequentes curiam (63) adeunt,
super violentia querimoniam facientes, non se posse
ad tantum vectigal sufficere, nisi si miseros agri-
colas omnino effugarent (64). 501 Quibus curia-
les (65), turbido, ut solebant (66), vultu : « Non ha-
betis, » inquit (67), « scrinia auro et argento com-
posita, ossibus mortuorum plena : » nullo alio res-
ponso obsecrantes dignati (68). Ita illi, intelligentes
quo responso tenderet, capsas sanctorum nudave-
runt, crucifixos despoliaverunt, calices coustarunt,
non in usum pauperum, sed in fiscum regium :
quicquid enim pene sancta servavit avorum (69)
parcitas, illorum grassatorum (70) absumsit avi-
ditas.

§ 319. Nihil secius in homines grassabantur
(71), primo pecuniam, deinde terras auferentes.
Non pauperem tenuitas, non opulentum copia tue-
batur : venationes, quas rex primo indulserat, adeo
prohibuit ut capitale esset supplicium prendisse cer-
vum. Quapropter multa severitate, quam nulla con-
diebat dulcedo, factum est (72) ut sæpe contra ejus
salutem a ducibus conjuraretur : quorum unus, Ro-
bertus de Molbrei comes Humbronensium, orta in-
ter eum et regem non modica controversia verbo-
rum, in provinciam juris sui abiit, ingentia contra
dominium suum molimina conaturus ; sed subsequen-
te illo captus, et æternis vinculis irretitus est.
Alter, Willelmus de Ou, prodicionis apud regem
accusatus, delatoremque ad duellum provocans, dum
se segniter expurgat, cæcatus et extesticulatus est.

*signum. Judei qui Londoniæ habitabant, quos pater
e Rothomago illuc traduxerat, eum in quadam solen-
nitate adierunt xenia offerentes ; quibus delinitus,
etiam ausus est animare ad confictum contra Chri-
stianos. « Per vultum, » ait, « de Luca ! » pronuntians
quod, si vidissent, in eorum sectam transiret, a. l.,
Confer Edmerum, Hist. Nov. p. 47.*

(62) *Posteriori... nono.* s. c. d. e., paris arrogan-
tiæ, altera vice dedit indicium, nam, a. l.

(63) *Curiam.* s. c. d. e., regem, a. l.

(64) *Effugarent.* s. d. e., effugerent, e 1, 12, effu-
gent, e 2, e 1, 11, effugaret, a., effugient, e 2.

(65) *Curiales.* s. c. d. e., ille, a. l.

(66) *Solebant.* s. c. d. e., solebat, a. l.

(67) *Inquirit.* s. c. d. e., inquit, a. l.

(68) *Dignati.* s. c. d. e., dignatus, a. l.

(69) *Avorum,* a. s. c. d. e. 2. l., aliorum, e 1.

(70) *Illorum grassatorum.* s. c. d. e., hominibus
unius, a. l.

(71) *Grassabantur.* s. c. d. e., grassabatur, a. l.

(72) *Quapropter... factum est.* d. e., Quibus ar-
tibus ita amorem provincialium a se effugaverat, l.

Plures illa delatio involvit, innocentes plane (73) et probos viros. **502** Ex his fuit Willelmus de Alde-ria, speciosæ personæ homo et compater regis. Is patibulo affligi jussus, Osmundo episcopo Salesbiriæ confessus, et per omnes ecclesias oppidi flagellatus est. Itaque, dispersis ad inopes vestibus, ad suspendium nudus ibat; delicatam carnem frequentibus super lapides genuflexionibus cruentans. Episcopo et populo sequente ad locum supplicii ita satisfacit: « Sic, » inquit, « adjuvet Deus animam meam et a malis liberet (74), ut de re de qua (75) accusor immunis sum: et quidem sententia de me prolata non revocabitur, sed volo omnes homines Innocentiæ meæ esse conscios. » Tunc dicta commendatione animæ, et aspersa aqua benedicta, episcopus discessit. Ille appensus est admirando fortitudinis spectaculo, ut nec moriturus gemitum, nec moriens produceret suspirium.

§ 320. Veruntamen sunt quædam de rege præclare magnanimitatis exempla, quæ posteris non invidio. Venationi in quadam sylvâ intentum nunciis detinuit ex transmarinis partibus, obsessum esse civitatem Cinomannis, quam nuper fratre profecto suæ potestati adjecerat. Statim ergo ut expeditus erat retorsit equum, iter ad mare convertens (A. D. 1099). Admonentibus ducibus exercitum advocandum, paratos componendas, « Videbo, » ait (76), « quis me sequetur; putatis me non habiturum homines? si cognovi juventutem meam, etiam naufragio ad me venisse volet. » Hoc igitur modo pene solus ad mare pervenit. Erat tunc nubilus aer et ventus contrarius; flatus violentia terga maris verrebât. Illum statim transfretare volentem nautæ exorant ut pacem pelagi **503** et ventorum elementiam operiatur. « Atqui, » inquit rex, « nunquam audivi regem naufragio interiisse. Quin potius solvite retinacula navium, videbitis elementa jam conspirata in meum obsequium. » Ponto transito, obsessores, ejus audita fama, dissiliunt. Auctor turbarum, Helias quidam, capitur; cui ante se adducto rex ludibundus, « Habeo te, magister! » dixit (77). At vero illius alta nobilitas, quæ nesciret (78) in tanto etiam periculo humilia (79) sapere, humilia loqui: « Fortuito, » inquit, « me cepisti; sed si possem evadere, novi quid facerem. » Tum Willelmus, præ furore fere extra se positus, et obuncans Heliam, « Tu, » inquit, « nebulo! tu, quid facere? Discede, abi, fuge! concedo tibi ut facias quicquid poteris: et, per vultum de

(73) *Plane.* a. d. e. l., omitt. in s. c.
 (74) *Liberet.* a. d. e. l., *eruat*, s. c.
 (75) *De re de qua.* d. e. l., *de re qua*, a. c. e. 2. l., *de hac re qua*, s.
 (76) *Ait.* a. d. e. l., *inquit*, s. c.
 (77) *Dixit.* a. c. d. e. l., *inquit*, s.
 (78) *At vero illius alta nobilitas, quæ nesciret.* a. d. e. l., *at ille, cujus alta nobilitas nesciret*, s. c.
 (79) *Humilia.* a. c. d. e. l., omitt. in s.
 (80) *Nec... fugientem.* Helias, Cenomanensis comes, a Roberto de Belleme an. 1098 captus, et in manus regis traditus libertatem suam non nisi Cenomani traditione redemit. ut testatur Ordericus Vitalis.

Lucra! nihil, si me viceris, pro hac venia tecum paciscar. » Nec inferius factum verbo fuit, sed continuo dimisit evadere, miratus potius quam insectatus fugientem (80). Quis talia de illiterato homine crederet? Et fortassis erit aliquis qui, Lucanum (81) legens, falso opinetur Willelmum hæc exempla de Julio Cesare mutuatum esse: sed non erat ei tantum studii vel otii ut literas unquam audiret; immo calor mentis (82) ingenitus, et conscia virtus, eum talia exprimere cogebant. Et profecto, si Christianitas nostra pateretur, sicut olim anima Euforlii transisse dicta est in Pythagoram Samium, **504** ita possit dici quod anima Julii Cæsaris transierit in regem Willelmum.

§ 321. Unum ædificium, et ipsum per maximum, domum in Londonia incepit (83) et perfecit, non parcens expensis dummodo liberalitatis suæ magnificentiam exhiberet; et mores quidem ejus ex his, quæ diximus, animadvertere poterit lector. Si quis vero desiderat scire corporis ejus qualitatem, noverit eum fuisse corpore quadrato, colore rufo, crine subflavo, fronte fenestrata, oculo vario, quibusdam intermicantibus guttis distincto; præcipuo robore, quanquam non magnæ staturæ, et ventre paulo projectiore. Eloquentiæ nullæ, sed titubantia linguæ notabilis, maxime cum ira succresceret. Plura sub eo subita et tristia acciderunt, quæ singulatim per annos ejus digeremus, veritati maxime secundum chronicorum fidem inserentes.

§ 322. Secundo anno regni ejus, terræ motus ingens totam Angliam exterruit tertio idus Augusti (A. D. 1089, Aug. 11), horrendo miraculo, ut ædificia omnia eminus resilirent, et mox pristino more residerent. Secuta est inopia omnium (84) fructuum; tarda maturitas frugum, ut vix ad festum sancti Andree messes reconderentur.

§ 323. Quarto anno tumultus fulgurum, motus turbinum; denique idus Octobris (A. D. 1091, Oct. 15) apud Winchelcumbam ictus de cælo emissus latus turris impulit tanta vi, ut, debilitata maceria in confinio tecti, ingens foramen ad modum humanæ grossitudinis aperiretur. Ibi ingressus trabem maximam **505** perculit, ut fragmina in tota spargerentur ecclesia (85), quin et crucifixi caput cum dextra tibia, et imaginem sanctæ Mariæ dejecit. Secutus est odor terribissimus, hominum importabilis naribus. Tandem monachi, felici ausu irumpentes,

(81) *Lucanum.* Pharsalia, lib. II, 515, v. 590.
 (82) *Mentis.* a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.
 (83) *Domum in Londonia incepit.* Ex hoc loco deductum est his verbis Malmesburiensem inuisse Londinensem Turrem a Willelmo Rufo ædificatam. Satis tamen clare patet præcipuum ædificium, nunc Albam Turrem nuncupatum in captum fuisse a Conquestore, perfectum vero a Willelmo Rufo, curante Gundulpho, Rossensi episcopo.
 (84) *Omnium.* a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.
 (85) *In tota spargerentur ecclesia.* a. d. e. l., *ver totam spargerentur ecclesiam*, s. c.

deneditæ aquæ aspergine præstigias inimici effugerunt.

§ 324. Quid illud omnibus incognitum seculis? discordia ventorum inter se dissidentium, ab euro-austro veniens, decimo sexto kalendas Novembris (Oct. 17), Londoniæ plusquam secentas (86) domos effregit. Cumulabantur ecclesiæ cum domibus, maceriæ cum parietibus. Majus quoque scelus furor ventorum ausus, tectum ecclesiæ sanctæ Mariæ quæ « ad Arcus » dicitur pariter sublevavit, et duos homines ibi obruit. Ferebanturque tigna cum trabibus per inane, spectaculo a longe visentibus, timori propestantibus ne obruerentur. Quatuor tigna, sex et viginti pedes longa, tanta vi in humum impacta sunt ut vix quatuor pedes extarent. Notabili visu quomodo duritiem strætæ publicæ perruperint, eo ibi ordine posita quo in tecto manu artificis fuerant locata, quoad ob impedimenta transeuntium ad planitiem terræ sunt desecta, quod aliter erui nequirent.

§ 325. Quinto anno (A. D. 1092) eadem violentia fulminis apud Salesbiriæ tectum turris ecclesiæ omnino disiecit, multumque maceriam labefactavit, quinta sane die postquam eam dedicaverat Osmundus, præclaræ memoriæ episcopus.

§ 326. Sexto anno (A. D. 1093) tantum fuit pluviarum diluvium, tanta tempestas imbrum, quantum nullus meminerat. Mox, accedente hyeme, fluvii ita sunt congelati ut essent pervii equitantibus et 506 plaustra ducentibus; nec mora, resolutogelu, impetu glacialium crustarum pontes effracti.

§ 327. Septimo anno (A. D. 1094), propter tributa quæ rex in Normannia positus edixerat, agricultura defecit: qua fatiscente, fames e vestigio; ea quoque invalescente, mortalitas hominum subsecuta, adeo crebra ut deesset morituris cura, mortuis sepultura. Tunc etiam Walenses in Normannos efferati, Cestrensem pagum et partem Scrobeshbiriensis depopulati, Anglesiam armis obtinuerunt.

§ 328. Decimo anno kalendis Octobris (A. D. 1097, Oct. 1) apparuit cometes, quindecim diebus majorem crinem emittens ad orientem, minorem versus euro-astrum: apparuerunt et aliæ stelæ, quasi jacula inter se emittentes. Ille fuit annus quo Anselmus lux Angliæ, ultro tenebras erroneorum effugiens, Romam ivit.

§ 329. Undecimo anno (A. D. 1098) rex Noricorum Magnus, cum Haroldo filio Haroldi regis quondam Angliæ, Orcaidas insulas et Mevanias, etsi quæ aliæ in oceano jacent, armis subegit; jamque Angliam per Anglesiam obstinatus petebat: sed occurrerunt ei comites, Hugo Cestrensis, et Hugo Scrobeshbiriensis; et, antequam continentem ingredere-

ter, armis eum expulerunt. Cecidit ibi Hugo Scrobeshbiriensis, eminus ferreo hastili perfoctus.

§ 330. Duodecimo anno (A. D. 1099) fluctus marinus per Tamesim fluvium ascendit, et villas multas cum hominibus mersit.

§ 331. Tertiodecimo anno (A. D. 1100), qui et extremus fuit vitæ, multa adversa: hoc quoque maxime horrendum, quod visibiliter diabolus apparuit hominibus in saltibus et deviis, transeuntis allocutus. Præterea in pago Bernescire, in villa Hamstede (87), continuis quindecim diebus fossanguinem 507 tam ubertim manavit ut viciniam vadium inficeret. Audiebat ille hæc, et ridebat (88); nec sua somnia de se, nec aliorum visa, curans.

§ 332. Multa de ipsius nece (89) et prævisa et prædicta homines ferunt, quorum tria probabilium relatorum testimonio lecturis communicabo. Edmerus, nostrorum temporum historicus sinceritate veritatis laudandus, dicit nobilem illum exalem Anselmum, cum quo pariter omnis religio exulabat, Marcenuiacum venisse, ut Hugonis abbatis Cluniacensis conscientiæ querelas curarum suarum ingereret. Ibi, cum de rege Willelmo sermo volutaretur, abbatem prædictum dixisse, proxima nocte regem illum ante Deum ductum, et adjudicatum librato iudicio, tristem damnationis (90) subiisse sententiã. Id quo modo nosset, nec ipse tunc exposuit, nec aliquis audientium requisivit: veruntamen, pro intuitu religionis ejus, nulli præsentium de fide dictorum inhæsit ambiguum. Ejus erat vitæ Hugo, ejus famæ, ut omnes ejus suspicerent (91) eloquium, mirarentur consilium, quasi ex cœlesti aditu insonuisset oraculum. Nec multo post occiso, ut dicebatur, rege, venit nuncius ut sedem suam dignaretur archiepiscopum.

§ 333. Prædictam quam excederet vita (92), vidit per quietem se plebotomi ictu sanguinem emittere; radium cruoris in cœlum usque protentum lucem obnubilare, diem interpolare. Ita, inclamata sancta Maria, somno excussus, lumen inferri præcepit, et cubicularios a se discedere vetuit. 508 Tunc aliquot horis antelucanis (93) nonnulli vigilatum. Paulo post, cum jam aurora diem invellere meditaretur, monachus quidam transmarinus retulit Roberto filio Hamonis, viro magnatum principi, somnium quod eadem nocte de rege viderat, mirum et horrendum: Quod in quandam ecclesiam venerat, superbo gestu et insolenti, ut solebat, circumstantes despiciens. Tunc, crucifixum mordicus apprehendens, brachia illi corroserit, crura pene truncaverit. Crucifixum diu tolerasse, sed tandem pede ita regem depulisse ut supinus caderet: ex ore ja-

(86) *Seccntas*. a. s. c. d. e. l., *centenas*, s. (var. lect.)

(87) *Hamstede*. a. s. c. d. e. l., *Finghamsted*, s. (var. lect.)

(88) *Ridebat*. s. c. d. e., *garriebat*, a. l.

(89) *Nece*. s. c. d. e., *interitu*, a. l.

(90) *Damnationis*. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.

(91) *Suspicerent*. a. s. c. d. e. l., *susciperent*, s. (var. lect.)

(92) *Excederet vita*. d. e., *periret*, l.

(93) *Antelucanis*. a. s. c. d. e. 2. l., *antelucanum*, e. l.

centis tam effusam flammam exisse, ut fumeorum voluminum orbis etiam sidera lamberent (94). Hoc somnium Robertus non negligendum arbitratus, regi confestim, quod ei a secretis erat, intulit: at ille cachinnos ingeminans, « Monachus, » inquit, « est, et causa nummorum monachaliter somniat; date ei centum solidos. » Multum tamen motus, diu cunctatus est an in sylvam sicut intenderat iret, suadentibus amicis ne suo dispendio veritatem somniorum experiretur. Itaque ante cibum venatu abstinuit, seriis negotiis crudelitatem (95) indomitate mentis eructans; ferunt, ea die largiter epulatum, crebrioribus quam consueverat poculis frontem serrenasse. Mox igitur post cibum in saltum contendit, paucis comitatus; quorum familiarissimus erat Walterius cognomento Tirel (96), 509 qui de Francia, liberalitate regis adductus, venerat. Is, cæteris per moram venationis, quo quemque casus rulerat, dispersis, solus cum eo remanserat. Jamque (97) Phœbo in Oceanum proclivi, rex cervo ante se transeunti, extento nervo et emissa sagitta, non adeo sævum vulnus infixit; diuile (98) adhuc fugitantem vivacitate oculorum persecutus, opposita contra violentiam solarium radiorum manu. Tunc Walterius pulchrum facinus animo parturiens, ut, rege alias interim intento, ipse alterum cervum qui forte propter transibat prosterneret, inscius et impotens regium pectus (Deus bone!) lethali arundine trajecit. Saucius ille nullum verbum emisit; sed ligno sagittæ quantum extra corpus extabat effracto, moxque supra vulnus cadens, mortem acceleravit (A. D. 1100, Aug. 2). Accurrit Walterius; sed, quia nec sensum nec vocem hausit, perneciter cornipedem insiliens, beneficio calcarium probe evasit. Nec vero fuit qui persequeretur, illis conniventibus, istis miserantibus, omnibus postremo alia molientibus; pars receptacula sua munire, pars furtivas prædas agere, pars regem novum jamjamque circumspicere. Pauci rusticorum cadaver, in rheda caballaria compositum, Wintoniam in episcopatum devexere, cruore undatim per totam

(94) *Ut fumeorum ... lamberent.* s. c. d. e. l., ut summi magnitudo etiam sidera obnubilaret, a.

(95) *Crudelitatem.* a. d. e. l., crudelitatem, s. c.

(96) *Walterius cognomento Tirel.* Quod Willelmus Rufus manu Walteri Tyrelli interemptus fuerit dum in Nova Sylva venaretur, traditio est vulgo recepta: at Sugerus, historicus contemporaneus, et, ut apparet, Tyrelli amicus, in Vita Ludovici Crassi, Franciæ regis, alludens ad Willelmi Rufi, necem, hæc observat: « Imponetur a quibusdam cuidam nobili Gualtero Tyrellio quod eum sagitta perfoderat: quem, cum nec timeret nec speraret, jurejurando sæpius audivimus quasi sacrosanctum asserere, quod ea die nec in eam partem sylvæ, in qua rex venabatur, venerit, nec eum in sylvâ omnino viderit. » — Vide etiam Eadmer., *Hist. nov.* p. 54, et Ord. Vital., *Hist. Eccles.* lib. x, p. 783.

(97) *Jamque.* a. s. c. d. e. l., I aque, e. l.

(98) *Diuile.* c. d. e. l., diuine, a. s.

(99) *Secuta est ... sepultus fuisset.* s. c. d. e., Neque de fuere opiniones quorundam, dicentium ruinam

viam stillante. Ibi infra ambitum turris, multorum procerum conventu, paucorum planetu, terræ traditum. (99) Secuta est posteriori anno 510 ruina turris: de qua re quæ opiniones fuerint parco dicere, ne videar nugis credere (99'); præsertim cum, pro instabilitate operis, machina ruinam fecisse potuisset etiamsi nunquam ipse ibi sepultus fuisset. Obiit anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo, regni tertio decimo, nonas Augusti quarto, major quadragenario, ingentia præsumens, et ingentia, si pensa Parcarum evolvere, vel violentiam fortunæ abrumpere et eluctari potuisset facturus. Tanta vis erat animi, ut quodlibet (100) sibi regnum promittere auleret. Denique ante proximam diem mortis interrogatus ubi festum suum in natali teneret (100'), respondit Pictavis, quod comes Pictavensis, Ierosolymam ire gestiens, ei terram suam pro pecunia invadaturus dicebatur. Ita paternis possessionibus non contentus, majorisque gloriæ spe raptatus (1), indebitis incubabat honoribus. Vir sacraei ordinis hominibus pro damno animæ, ejus salutem revocare laborent (1'), maxime miserandus; stipendiariis militibus pro copia donativorum mirandus; provincialibus, quod eorum substantias abradi sinebat (2), non desiderandus. Nullum suo tempore concilium fieri memini (2'), in quo, delictis enervatis, vigor ecclesiasticus confirmaretur. Ecclesiasticos honores diu antequam daret deliberabat, sive pro commodo sive pro trutinando merito (3); utpote qui, eo die quo 511 excessit, tres episcopatus et duodecim (3') abbatias desolatas pastoribus in manu sua teneret. Quin et accepta occasione qua inter se disiderent Urbanus in Roma, Gwibertus in Ravenna, tributum Romanæ sedi negavit; priorior tamen in Gwiberti gratiam, quod fomes et incentivum inter eum et Anselmum fuerat discordiæ quo (4) ille vir Deo dilectus Urbanum apostolicam, alterum apostatam, pronunciaret.

DE CISTERCIENSIBUS.

§ 334. Ejus diebus religio Cistellensis (4') cœpit,

turris, quæ posterioribus annis occidit, peccatis illius contigisse, quod injuria fuerit illum sacro tumulari loco qui tota vita peculans et lubricus, moriens etiam Christiano carnerit viatico, a. l. — Ruit turris die 7 Oct. 1107. An. Winton., *Angl. sacr.* pars 1, p. 297.

(99') *Nugis credere.* c. d. e., nudis nugis magis credere, s.

(100) *Quodlibet.* a. c. d. e. l., quodvis, s.

(100') *Teneret.* s. d. e., celebraret, l.

(1) *Raptatus.* a. c. d. e. l., captatus, s.

(1') *Laborent.* c. e., nequeant, a. s. d. l.

(2) *Abradi sinebat.* s. c. d. e., abradebat, a. l.

(2') *Memini.* s. c. d. e., permisit, a. l.

(3) *Ecclesiasticos ... merito.* s. c. d. e., sed quia in præceptis pecuniæ aviditate ferebatur, sacros honores sui juris esse dicitabat, a. l.

(3') *Duodecim.* s. c. d. e. l., quatuordecim, a.

(4) *Quo.* c. d. e., quod, a. s. l.

(4') *Cistellensis,* s. c. d. e. l., Cisterciensis, a.

quæ nunc optima via summi in cælum processus (5) A et creditur et dicitur. De qua hic loqui suscepti operis (5*) non videtur esse contrarium, quod ad Angliæ gloriam pertineat, quæ talem virum produxerit qui hujusce religionis fuerit et auctor et mediator. Noster ille, et nostra puer in palestra primi ævi tirocinium cucurrit. Quapropter, si non invidi sumus, eo illius bona complectimur gratio-
sius quo agnoscimus propinquius; simul et laudes ejus attollere mihi est animus, quia ingenua mens est si bonum in alio probes quod in te non esse suspires. Is fuit Hardingus nomine apud Anglos, non ita reconditis natalibus procreatus. A puero Scireburniæ (6) monachus; sed cum adolescentem seculi urtica sollicitaret, pannos 512 illos perosus, primo Scotiam, mox Franciam contendit. Ibi aliquot annis literis liberalibus exercitus, divini amoris stimulos accepit: namque cum pueriles ineptias robustior ætas excluderet, Romam, cum consorte studiosorum clerico, profectus est; nec illos continuatio et difficultas itineris, et facultatum penuria, unquam cohibere potuit quin quotidie totum psalterium et euntes et redeuntes cantarent. Profecto jam prædicabilis viri spirabat animus quod non multo post, per Dei gratiam, est adorsus: nam Burgundiam regressus, in Molesmo, novo et magno monasterio, erinem abiecit, et prima quidem elementa regulæ olim visa facile recognovit; cum vero ei alia proponerentur observanda, quæ nec in regula legerat nec usquam viderat, rationem eorum efflagitare C
cœpit, modeste sane et ut monachum decet: « Ratione, » inquit, « supremus rerum Auctor omnia fecit, ratione omnia regit; ratione rotatur poli fabrica, ratione ipsa etiam quæ dicuntur errantia torquentur sidera, ratione moventur elementa; ratione et æquilibrata (6*) debet nostra subsistere natura. Sed quia per desidiam sæpe a (7) ratione decidit, leges quondam multæ lata; novissime per beatum Benedictum regula divinitus processit quæ fluxum naturæ ad rationem revocaret; in qua etsi habentur quædam quorum rationem penetrare non sufficio (8), auctoritate tamen acquiescendum cen-
seo. Ratio enim et auctoritas divinatorum scriptorum, quamvis dissonare videantur, unum idemque sunt: namque cum Deus nihil sine ratione creaverit, et recreaverit; qui fieri potest ut credam 513 sanctos patres, sequaces scilicet Dei, quicquam præter rationem edicere, quasi soli auctoritati fidem debeamus adhibere? Itaque illorum, quæ procuditis, aut

rationem aut auctoritatem afferre. Quamvis non multum debeat credi, si quid humanæ rationis possit allegari, quod æquipollentibus argumentis valeat enervari. Quapropter ex regula quæ ratione et auctoritate mixta, utpote omnium justorum spirita dictata est, date exempla; quod si non potestis, frustra profitemini illius prærogativam cujus contemnitis sequi doctrinam. »

§ 535. Hujusmodi sententia, ab uno, ut fit, serpens in alios, merito movit corda Deum timentium ne forte in vacuum currerent aut cucurrissent. Frequentibus ergo capitulis disputatio agitata hanc finem habuit, ut ipse abbas sententiam probaret, supersedendum superfluis, solam medullam regulæ vestigandam. Ita duo fratres electi, in quibus scientia literarum cum religione quadraret, qui, vicaria collatione, auctoris regulæ voluntatem inquirerent, inquisitam aliis proponerent. Abbas sedulo agere ut totus conventus assentiretur: sed quia difficile a mentibus hominum avellitur quod ex antiquo insederit, quia inviti expuunt quod prima saliva combiberint, pene omnes suscipere (9) recusarunt res novas, quia antiquas diligebant (10). Soli decem et octo, in quibus Hardingus, qui et Stephanus, sancta obstinatione pervicaces, cum abbate suo cœnobium derelinquunt; pronunciantes non posse regulæ puritatem custodiri in loco ubi et opum congeries et ciborum indigeries etiam reluctantem animum offocarent. Igitur Cistellas venere, locum 514 prius saltuosum, nunc ita frequenti religione monachorum perspicuum (11), ut Divinitatis ipsius conscius non immerito æstimetur. Ibi suffragio archiepiscopi Viennensis, qui nunc apostolicus est (12), memorabile et omni seculo venerabile opus cœptarunt.

§ 536. Et plura certe videntur aspera, sed hæc præcipue: nihil pelliceum aut lineum vestiunt, nec illud quod subtiliter textitur lanæum, quod nos staminium vocamus; nunquam femoralia, nisi in itinere directi, habent, quæ revertentes lota restituant. Duas tunicas cum cucullis habentes, hyeme augumentum non assumunt; sed ætate, si volunt, levamen accipiunt. Vestiti dormiunt et cincti, nec ullo (13) tempore post matutinas ad lectos redeunt: sed ita horam matutarum temperant, ut ante laudes læcescat; ita regulæ incubantes, ut nec iota unum nec apicem prætereundum putent. Statim post laudes primam canunt, post primam in opera horis constitutis exeunt; quicquid faciendum vel cantandum est die sine aliena lucerna consummant. Nullus et

(3) Nunc optima via summi in cælum processus.
In cælum quos evehit optima summi
Nunc via processus.

(JUVEN., Sat. 1, 33.)

Similis allusio ad Cisterciensem ordinem, quasi sit tutissima ad cælum via, videri potest in prologo ad Richardum Divisiensem: « Quanto cella Cartusie celsior sit et cœlo vicinior claustrum Wintoniæ. » (Chron. Ric. Divis. cur. Jos. Stevenson.)

(5*) Suscepti operis. s. d. e., suscep: o operi, l.

(6) Scireburniæ. a. s. c. d. e. l., Cineburniæ, s. (var. lect.)

(6*) Æquilibrata. a. c. d. e. l., æquabilitate, s.

(7) A. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. i.

(8) Sufficio. a, d. e. l., valeo, s. c.

(9) Suscipere. a. d. e. l., recipere, s. c.

(10) Diligebant. s. l., omitt. in a. c. d. e.

(11) Perspicuum. a. c. d. e. l., conspicuum, s.

(12) Qui nunc apostolicus est. Calixtus II, s. D. 1119-1124.

(13) Nec ullo. a. c. d. e. 2. l., non ullo, s. nulla, e. i.

horis diurnis, nullus ex completorio unquam deest, A præter infirmos: cellarius et hospitarius post auditum completorium serviunt hospitibus, summo tamen studio servantes silentium. Abbas nihil sibi, nisi quod aliis, licere permittit; ubique prærens, ubique gregis sui curam circumferens: solummodo edentibus non adesi, quia mensa ejus cum peregrinis et pauperibus est semper. Nihilominus, ubicunque sit, verborum et obsoniorum abstemius; quia nec ipsi nec aliis unquam nisi duo fercula apponuntur, sagimen et carnes nunquam 515 nisi infirmis. Ab idibus Septembris usque ad Pascha nullius festivitatis contuitu, præter dies Dominicos, nisi semel in die jejunium solvunt. Nunquam claustrum nisi causa operandi egrediantur; nec ibi, nec usquam, nisi abbati aut priori invicem colloquentes. Horas B canonicas indefesse continuant, nulla appenditia (14) extrinsecus adicientes, præter vigiliam pro defunctis. Cantus et hymnos Ambrosianos, quantum ex Mediolano addiscere potuerunt, frequentant in divinis officiis. Hospitum et infirmorum curam habentes, importabiles corporibus suis pro animarum remedio comminiscuntur cruces.

§ 337. Hæc abbas ille primo ingenti impetu et ipse faciebat et alios compellebat (15); sed temporis intercessu pœnitit homo delicate nutritus, et ægre ferens tam diutinam ciborum parcimoniam. Cujus voluntatem monachi apud Molesum residui cognoscētes, verbis quibusdam incertum an et epistolis, per obedientiam papæ astu quodam ad monasterium retrahunt (16), volentem cogentes. Quasi C enim diffatigatus improbitate supplicum, angustos parietes reliquit pauperum, angustiore repetens thronum. Secuti eum ex Cistellis omnes qui cum eo venerant, præter octo. Illi pauci numero, sed multi merito, abbatem Albericum quendam ex suis, priorem Stephanum constituunt. Nec ille in vita moratus plus octennio, supremo feliciter conventus est arbitrio. Tum, haud dubie nutu divino, Stephanus absens etiam in abbatem eligitur, dux olim facti totius, spectale et insigne nostrorum dierum decus; cujus quanti sit meritum testantur abbatix sexdecim 516 jam per eum factæ, septem coeptæ. Ita ipse, resona Dei tuba, circumpositus tum verbo, tum exemplo, in cælum dirigit, nihil infra præceptum faciens: sermone comis, facie jocundus, animo semper in Domino lætus. Hinc palam præclari vultus gaudium, hinc clam, illud desuper veniens irriguum; quia, incolatus istum fastidens, patriam continuo amore desideret. Per hæc favorabilis cunctis habetur, quia Deus amorem viri quem diligit in animos hominum dignanter refudit. Quocirca beatum se computat terræ illius indigena quisquis per illius manum pecunias suas transmittit ad

Deum (17). Plura quidem ille accipit; sed, paucis in suos suorumque usus expensis, cætera in egenos et monasteriorum ædificationem confestim disperdit. Est enim Stephanus marsupium omnium egentium publicum ærarium. Absinentiæ illius est indicium, quod nihil ibi, sicut in cæteris cœnobiis, videas fulgurare auro, renidere gemma, micare argento; nam, ut Gentilis ait, « in sancto quid facit aurum? » Nos in sacratis vasis parum putamus actum nisi crassi crustam metalli obumbret honor lapidum, vel topaziorum flamma, vel ametistorum viola, vel smaragdorum lux herbida; nisi tunicæ sacerdotales auro ludant; nisi multicoloribus parietes picturis renideant, et solem ad lacunar sollicitent. At vero illi, ea quæ prima mortales falso æstimant in secundis habentes; omne studium in ornandis moribus ponunt, magisque amant splendidas mentes quam auratas vestes; scientes quod benefactorum retributio optima est, munda frui conscientia. Quin etiam laudabilis abbatis clementiâ cum vel vult, vel velle se simulat, aliquid de jugo regulæ inflectere, illi contra nitantur: 517 non multum superesse vitæ suæ dicentes, nec tam diu se victuros quam vivere: sperare se duraturos in proposito, et successuris futuros exemplo, qui si flexi fuerint peccabunt. Et profecto fiet pro humana debilitate; cujus perpetua lex est, ut nihil maximis laboribus partum diu possit consistere. Sed ut omnia quæ de illis dicta sunt, vel dici possunt, in summam conferam, sunt hodie monachi Cistellenses omnium monachorum exercitium, studiosorum speculum, desidiosorum cœstrum.

DE TRANSLATIONE TRIUM EPISCOPATUUM, WELLENSIS, CESTRENSIS, ET THETFORDENSIS.

§ 338. His temporibus in Anglia tres episcopatus ex antiquis sedibus transiere alias; Wellensis per Joannem in Bathoniam, Cestrensis per Robertum in Coventriam, Thetfordensis per Herbertum in Norwic: omnes majori ambitu quam ut tantorum viro- rum debuisset interesse studio (18). Denique, ut primum de postremo dicam, Herbertus, cognomento Losinga, quod ei ars adulationis impegerat, ex abbate Ramesiensi emit episcopatum Theifordensem; patre quoque suo Roberto, ejusdem cognominis, in abbatiam Wintoniæ intruso. Fuit ergo vir ille magnus in Anglia smoniæ fomes, abbatiam episcopatumque nummis aucupatus; pecunia scilicet regiam sollicitudinem inviscans, et principum favori non levis promissiones assibilans; unde quidam egregie tunc temporis versificus ait:

*Surgit in ecclesia monstrum, genitore Losinga,
Symonidum secta, canonum virtute resecta.*

518 *Petre, nimis tardas, nam Symon ad ardua tentat;
Si prærens esses, non Symon ad alta volaret (19).
Proh dolor! Ecclesiæ nummis venduntur et ære.*

et sacrilegio, l.

(19) *Ad alta volaret.* Hic alluditur ad legendam S. Petri et Simonis Magi, qui artibus magicis volare conatus, in terram, adjurante Petro, detrusus, interfectus: iue e-1. Vide Fabricium, *Coæta apocryphus.* (SHARP. 402.)

(14) *Appenditia. a. e. l., appendentia, s. c. d.*
(15) *Compellebat. s. d. e., facere compellebat, l.*
(16) *Retrahunt. d. e., eum retrahunt, a. s. l.*
(17) *Ad Deum. a. s. e. 2, l. ad eum, c. d. e. l.*
(18) *Omnes majori ambitu... studio. s. c. d. e., omnes numerorum maleficio, omnes venalitatibus ambitu*

Et infra :
*Filius est præsul, pater abbas, Symon uterque.
 Quid non speremus si nummos possideamus ?
 Omnia nummis habet; quod vult facit, addit, et aufert.
 Res nimis injusta, nummis fit præsul et abba.*

DE HERBERTO LOSINGA.

§ 339. Veruntamen erroneum impetum juventutis abolevit pœnitentia. Romam profectus severioribus annis; ubi loci, symonicum et baculum et annulum deponens, indulgentia clementissimæ sedis iterum recipere meruit; quod Romani sanctius et ordinatius censeant, ut ecclesiarum omnium sumptus suis potius marsupiiis serviant, quam quorumlibet regum usibus militent. Ita Herbertus, domum reversus, sedem episcopalem quæ quondam fuerat in Helmau, et tunc erat apud Thetford, ad insignem mercimoniis et populorum frequentia vicum transiit, nomine Norwic. Ibi monachorum congregationem numero et religione percelebrem instituit, omnia iis necessaria ex nummis mercatus domesticæ: providens scilicet successorum querelæ, nullas episcopi terras monachis largitus est; ne illi Dei famulos fraudarent victualibus, si quid donatum offendissent quod suis competeret rebus. Præterea 519 apud Thetford monachos Cluniacenses instituit, quod sint illius cœnobii professores, ubique pene gentium dispersi, locupletes in seculo et splendidissimæ religionis in Deo. Ingenti ergo et numerosa virtutum gratia præteritarum offensarum molem obumbravit; disertitudinis et literarum copia, nec minus secularium rerum peritia, Romanæ quoque celsitudini suspiciendus. Fuitque Herbertus mutatus, (ut Lucanus de Curione dixit), et momentum et mutatio rerum: sicut tempore istius regis symoniæ cansidicus, ita posterius propulsator invictus, neque ab aliis fieri voluit quod a se præsumptum quondam juvenili fervore indoluit; præ se semper, ut aiunt, ferens Ieroaymi dictum, « Erravius juvenens, emendemus senes. » Postremo quis in illius facti laudem digne pergat, quod tam nobile monasterium episcopus non multum pecuniosus fecerit; in quo nihil frustra desideres, vel in ædificiorum sublimium specie, vel in ornamentorum pulchritudine, vel in monachorum religione, et ad omnes ædula charitate? Hæc et vivum spe felici palpabant; et defunctum, si non vana fides pœnitentiæ, super æthera tulerunt.

DE JOHANNE EPISCOPO PRIMO BATHONIÆ.

§ 340. Johannes erat Wellensis episcopus, natione Turonicus; usu, non literis, medicus probatus. Is defuncto abbate Bathoniensi abbatiam a

A rege non gravate (20) obtinuit, eo quod et in curia omnia vœnum agebantur, et aviditatem videbatur palliare ratio ut urbs tam insignis nomen celebrius acciperet ex episcopo. Itaque primo in monachos severitatem exercere, quod essent et hebetes et sua æstinatione barbari; omnes terras 520 victualium ministras subtrahens (21), pauculumque vicum per laicos (22) exiliter inferens: sed procedentibus annis factis monachis novis, mitius se agere, aliquantulum terrarum quo (23) se hospitesque suos quomodocunque sustentarent indulgens priori. Et quamvis primo cœpisset austerius (24), multa nobiliter per eum ibi cœpta et consummata in ornamentis et libris; maximeque monachorum congregatione, qui sunt scientia literarum et sedulitate officii (25) prædicabiles (26). Cæterum nunquam, nec etiam moriens, emendare voluit (27) ut plebs manu terrarum servitium manumitteret; successoribus suis non imitandum præbens (28) exemplum.

DE ROBERTO EPISCOPO CESTRENSI

§ 341. (29) Erat in Cestrensi diœcesi cœnobium Coventreia nomine, quod comes magnificentissimus Lefricus, ut supra fatus sum, cum uxore Godiva, constituerat; tanto auri et argenti spectaculo, ut ipsi parietes ecclesiæ angusti viderentur thesaurorum receptaculis (30), miraculo porro magno visentium oculis. Hoc Robertus, ejusdem episcopus provinciæ, inhians, non episcopaliter (31), involavit; ex ipsis ecclesiæ gazis surripiens unde datoris (32) manum suppleret, unde papæ occupationes 521 falleret, unde aviditati Romanorum irreperet; pluresque ibi annos moratus nihil probitatis exhibuit. Adeo tecta ruinam minitanta nunquam periculo exemit, adeo sacras opes dilapidans peccatus crimen incurrit, repetundarum reus futurus episcopus; si esset, accusator paratus. Monachos miserabili stipe cibans, nec ad regularis ordinis amorem curavit accendere (33), nec nisi ad popularem literaturam passus est aspirare (34); ne vel ciborum affluentia delicatos, vel regulæ rigor et scientiæ vigor contra se faceret elatos. Agresti igitur victu et triviali littera contenti, satis habebant si vel saltem quieti vivere possent. Quin etiam morituros, parvi faciens scita canonum quibus edicitur pontifices in suis sedibus sepeliri debere, non apud Cestram, sed apud Coventreiam se tumultatum iri præcepit; sua opinione relinquens successoris non indebitum calumniandi, sed quasi jus legitimum vindicandi.

(20) Gravate. a. s. c. d. e. 2. i. gravante, e. 1.
 (21) Subtrahens. s. d. e., auferens. l.
 (22) Laicos. d. e., laicos suos, a. s. l.
 (23) Quo. l., qua, s. d. e.
 (24) Et quamvis primo cœpisset austerius, s. d. e., et quamvis pene in onibus insulsi esset animi et parum stabilis, l.
 (25) Officii. c. d. e., officiorum, a. s. l.
 (26) Prædicabiles. c. d. e., juxta prædicabiles, a. s. l.

(27) Emendare voluit. d. e., emolliri potuit, a. s. l., emendari potuit, c.
 (28) Præbens. c. d. e., relinquens, a. s. l.
 (29) Erat in Cestrensi. . . vindicandi. a. s. c. e. l., integra sectio omitt. in d. m.
 (30) Receptaculis. a. s. e. l., spectaculis, e.
 (31) Non episcopaliter. s. d. e., more prædomi, l.
 (32) Datoris. s. d. e., regis, l.
 (33) Accendere. a. c. e. l., attenuare.
 (34) Aspirare. a. c. e. l., ascendere, s.

§ 342. Hic occasio temporum Willelmi translationem Augustini præcellentissimi Anglorum apotoli cum sociis suis exponi animaret, nisi peritissimi Goscelini (35) præcurrisset ingenium; Goscelini, qui, monachus de sancto Bertino, cum Heremanno episcopo Salesbiriæ quondam Angliam venerat, insignis literarum et cantuum peritia. Is, multo episcopatus et abbatias perlustrans tempore, præclaræ scientiæ multis (36) locis monumenta dedit, in laudibus sanctorum Angliæ nulli (37) post Bedam sectundus. Musicæ porro palmam post Osbernium adeptus. Denique innumeras 522 sanctorum vitas recentium stylo extulit; veterum vel hostilitate amissas, vel informiter editas, complius renovavit. Hujus quoque translationis seriem ita expolivit, ut eam præsentibus monstrasse digito, futurorumque videatur subjecisse oculo. Felix lingua quæ tot sanctis servierit, felix pectus quod tot vocales melodias emisit, præsertim cum in ejus conversatione certaret honestas doctrinæ! Veruntamen quia de quibusdam episcopis parum laudanda huc usque contextui, aliquos alterius modi disparisque vitæ, sed contemporaneos, introducam episcopos; ne ita videatur nostrum oblorpuisse seculum, quod non aliquem producat sanctum. Sed hanc sponsonem sequenti libro, post enarrata gesta Henrici regis, cui placuerit experietur.

QUÆDAM PRÆFATIO NARRATIONIS SEQUENTIS.

§ 343. Nunc iter Ierosolymitanum scripto expectam, aliorum visa et sensa meis verbis allegans. Proinde (38), sicut se occasio ingesserit, de situ et divitiis Constantinopoleos, Antiochiæ, Ierusalem, ex scriptis majorum deflorata subtexam; ut qui ea ignorat, et hæc forte invenerit, in promptu habeat quæ aliis cognoscenda ipse proponat: sed ad hæc enarranda ferventiore opus est spiritu, ut consummem efficaciter quod incipio tam hilariter. Appellata igitur in auxilium (39), ut mos est, Divinitate, tale aucupabor exordium.

DE ITINERE CHRISTIANORUM IN IERUSALEM.

§ 344. Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, papa Urbanus secundus, qui 523 præsidebat apostolico culmini, evasis Alpibus venit in Gallias: adventus causa ferebatur perspicua, quod, violentia Guiberti Roma extrusus, citramontanas ad sui reverentiam sollicitaret ecclesias. Illud repositius propositum non ita vulgabatur, quod Boamundi consilio pene totam Europam in

(35) Goscelini. Goscelini Vita et Translatio S. Augustini, edita est in Act. Sanctorum, Antwerp. 26 Maii.

(36) Multis. s. d. e., pluribus, l.

(37) Nulli. a. c. d. e., omitt. in s. l.

(38) Proinde. a. c. d. e., Porro inde, s. l.

(39) In auxilium. a. d. e. l., omitt. in s. c.

(40) Comiti. c. d. e., minori, a. s. l.

(41) Numerus episcoporum. s. d. e., numerus fuit congregatorum episcoporum, l.

(42) Inter se dissidentium. s. d. e., eorum qui inter se dissidebant, l.

A Asiaticam expeditionem moveret; ut, in tanto tumultu omnium provinciarum facile obæratu auxiliariis, et Urbanus Romam, et Boamundus Illyricum et Macedoniam, pervaderent: nam eas terras, et quidquid præterea a Dirachio usque in Tessalonicam protenditur, Guiscardus pater super Alexium acquisierat, iccirco illas Boamundus juri suo competere clamitabat; inops hæreditatis Appula, quam genitor Rogero comiti (40) filio delegaverat. Veruntamen, quæcunque transeundi fuerit occasio, magno et illustri adventus ejus fuit emolumento Christianis. Coactum ergo est apud Clarum Montem concilium, quæ clarissima est urbs Arvernorum; numerus episcoporum (41) et abbatum trecenti decem; ubi aliquot diebus primo de catholica fide, et inter se dissidentium (42) pace, tractatus prolixè habitus. Nam præter flagitia quibus singuli licenter incubabant, ad hæc calamitatis omnes Cisalpini devenerant, ut nullis vel minimis causis extantibus quisque alium caperet, nec nisi magno redemptum abire sinceret. Præterea symonicus anguis ita lubricum caput erexerat, ita venenato sætu mortiferi germinis ova vaporaverat, ut totus orbis lethali sibilo infectus ecclesiasticos honores corrumperet. Tum enim non dicam episcopi ad 524 ecclesias, sed nec quislibet ad quoscunque ordines, nisi per pecunias aspirabat. Tunc, legitimis uxoribus exclusis, multi contrahabant divortium, alienum expugnantes matrimonium; quare, quia in his et illis erat confusa criminum sylvæ, ad pœnam quorundam potentiorum designata sunt nomina. Unde, ne longum faciam, totius actionem concilii subnectam; quædam meis sermonibus pro compendio brevians.

DE CONCILIO CLARI MONTIS.

§ 345. In concilio apud Clarum Montem (43), sub præsentia domini Urbani papæ, hæc capitula finita sunt. Quod ecclesia catholica sit in fide, casta, libera ab omni servitute (44); ut episcopi, vel abbates, vel aliquis de clero, aliquam ecclesiasticam dignitatem de manu principum vel quorumlibet laicorum non accipiant. Quod clerici in duabus ecclesiis vel civitatibus præbendas non habeant. Quod aliquis simul episcopus et abbas esse non possit. Quod ecclesiasticæ dignitates a nullo emanent vel vendantur. Quod nullus cujuslibet sacri ordinis carnali commercio utatur. Quod eis qui, ignorantes canonum prohibitionem, canonicas emerunt, ignoscatur. Quod eis, qui scienter emptas a se vel a parentibus

(43) Clarum Montem. Concilium Clari Montis in Arvernia a die 18^a ad diem 28 Novembr. a. D. 1095 continuatum est. In eo decreta conciliorum ab Urbano papa Melphili, Beneventi, Trojæ, Placentiæque habitorum confirmata sunt, novique conditi canones. Quæ a Malmesburiensi affertur melior forsitan est celeberrimi hujus concilii relatio. Vide Acta concilii Claromontani; Concil. tom. XII, p. 829, etc.

(44) Quod. . . servitute. s. d. e., Quod Ecclesia sit catholica in fide, casta pudicitia, libera ab omni servitute seculari, l.

suis possederunt (45), auferantur. Quod nemo laicorum a capite jejunii, nemo clericorum a Quadragesima usque in Pascha, carnes comedat. **525** Quod omni tempore primum jejunium quatuor temporum prima hebdomada Quadragesimæ fiat. Quod ordines omni tempore vel in vespere Sabbati, vel, perseverante jejunio, in Dominica celebretur : ut in Sabbato Paschæ, non nisi post horam nonam officium celebretur ; ut jejunium secundum in hebdomada Pentecostes celebretur (46). Quod ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ, et a Septuagesima usque ad octavas Paschæ, et a prima die Rogationum usque ad octavas Pentecostes, et a quarta feria occidente sole omni tempore usque ad secundam feriam oriente sole trevia Dei (47) custodiatur. Quod episcopum qui ceperit, omnino exlex habeatur. Quod qui sacri ordinis viros vel eorum famulos ceperit, anathema sit. Quod qui episcoporum vel clericorum morientium bona ceperit, anathema sit. Quod qui usque ad septimam (48) generationem consanguinitati se copulaverit, anathema sit. Quod nemo in episcopum eligatur, nisi presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, et cui natalium dignitas suffragatur, nisi maxima necessitate et licentia papæ. Quod filii presbyterorum vel concubinarum ad presbyteratum non promoveantur, nisi prius religiosam vitam transierint. Quod qui ad ecclesiam vel ad crucem confugerint, data membrorum impunitate, justitiæ tradantur, vel innocentes liberentur. Quod unaquæque ecclesia decimas suas **526** habeat, nec ad aliam transeat. Quod laicus decimam (49) nec emat, nec vendat (50). Quod pro sepultura mortuorum pretium non recipiatur (51). In eo concilio excommunicavit dominus papa Philippum regem Francorum, et omnes qui eum vel regem vel dominum suum vocaverint, et ei obdierint, et ei locuti fuerint, nisi quod pertinet ad eum corrigendum. Similiter et illam maledictam conjugem ejus, et omnes qui eam reginam vel dominam nominaverint, quousque ad emendationem venerint, ita ut alter ab altero discedat (52). Similiter Guibertum Ravennanem, qui se papam appellat; et Henricum imperatorem Alamanorum, qui eum manenet.

(45) Possederunt. s. d. e., habuerunt, l.

(46) Pentecostes celebretur. s. d. e., fiat Pentecostes, l.

(47) Trevia Dei. Trevia Dei ex Aquitania orta est. Nomen trahit ab alacritate qua primum ab omnibus suscepta est. Quo tempore perstabat, in diebus statutis nullus erat qui illam, hostem invadendo, infringere auderet. In reprehensionem venit quorundam episcoporum quasi perjuri occasio, et a Normannis rejecta est ut eorum privilegiis contraria. (DUCANZ, Gloss. tom. VI, p. 682-685. Confer etiam ROBERTSON'S Charles V, vol. 1.)

(48) Septimam. d. e. l., sextam, s.

(49) Decimam. c. d. e., decimas, a. s. l.

(50) Nec emat, nec vendat. s. d. e., nec vendat nec retineat, l.

(51) Recipiatur. c. d. e., exigatur, a. s. l.

(52) In eo concilio excommunicavit . . . discedat. Philippum regem, cum pellice Bertrada, ab Urbano

A § 546. Posteris diebus processit sermo ad populum sane luculentus et efficax, qualem decet sacerdotis (53) esse, de Christianorum expeditione in Turcos ; quem, sicut ab auditoribus accepi, placuit posteris transmittere (54), integro verborum sensu custodito : illius enim facundiæ vigorem servare quis poterit ? Nobiscum agetur feliciter si, propinquam terentes orbitam, per aliquod diverticulum redeamus (55) ad sententiam.

527 SERMO URBANI PAPÆ.

§ 347. « Multa, » inquit, « fratres (56) charissimi, his diebus vobis dicta recolitis ; quædam in concilio nostro jussa, quædam inhibita. Inconditum et confusum scelerum chaos exigebat dierum multorum interstitium ; veteris morbus volebat cauterium. Dum enim indulgenti fune clementiæ dimittimus lineam, multa modo apostolatus patri offendi officium quæ præcideret, nulla quibus parceret. Sed fuerit hactenus humanæ fragilitatis quod percastis ; quod, illecebrarum involucris sopiti, cæcæstem exasperastis misericordiam, suspensam parvipendendo iracundiam. Fuerit mundanæ temulentæ quod, legitima non curantes matrimonia, alieni cubilis non pensastis injuriam. Fuerit aviditatis nimias quod fratres vestros, illo magno et eodem pretio emptos, ut quisque poterat illaqueantes, contumeliose pecuniis emunxistis. Nunc vobis, inter ista peccatorum naufragia constitutis, portus placidæ quietis aperitur, nisi negligitis. Parvi laboris in Turcos compendio retribuatur vobis perpetua salutis statio. Comparete nunc labores quos in scelerum exercitio habuistis, et eos quos in itinere quod præcipio habituri estis. Plures vel adulterii vel homicidii meditatio dat timores (nihil enim timidius nequitia, ut ait Salomon (57), multos labores ; quid enim laboriosius injustitia ? qui autem ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Horum laborum, horum timorum, exitus erat peccatum ; stipendium autem peccati mors, mors vero peccatorum pessima. Nunc a vobis par labor atque melius pretio meliore petuntur. Horum laborum erit causa charitas, ut, præcepto **528** Dominico admoniti, animas pro fratribus ponatis : charitatis stipendium erit Dei gratia, Dei gratiam sequetur vita

D in concilio Claromontano percussum anathemate fuisse, extra dubium est ; velitum vero ab eodem ne quis ei obtemperaret, dominumque ac regem appellaret, Gallorum nemo quem sciamus, ante Albericum Trium Fontium monachum, ac secali XIII scriptorem, asseruit : quod quidem ipsius historie fide revincitur, cum ex Gallis, qui Philippam a consortio fidelium legitime segregatum existimabant, nullum legamus hac de causa obedientiam ejus abjecisse. (Not. BOUQUET, XIII, 6.)

(53) Sacerdotis. s. d. e., pontificis, l.

(54) Transmittere. Aliæ sunt orationes ab Urbano, ut traditum est, in hoc concilio habitæ, quæ ad nos usque pervenerunt. Unam ex illis Labbeus (Concil. tom. X) juxta Vaticanum ms. edidit. (SERRA, 410.)

(55) Redeamus. s. d. e., recurramus, l.

(56) Fratres. a. s. c. d. l., omitt. in e.

(57) Salomon. s. d. e., per Salomonem sapientia, l.

æterna. Ite ergo feliciter, ite confidenter, ad inimicos Dei persequendos. Illi enim jam pridem (proh! quantem Christianorum pudor!) Syriam, Armeniam, omnem postremo Asiam Minorem (cujus provincie sunt Bithinia, Phrygia, Galatia, Lidia, Caria, Pamphilia, Isauria, Licia, Cilicia), occupaverunt; nunc Illyricum et omnes inferiores terras insolenter inequitant, usque ad mare quod Brachium Sancti Georgii (58) vocatur. Quid quod Dominicum monumentum, unicum fidei pignus, ditiori suæ vendicant, et ejus urbis introitum peregrinis nostris venditant, quæ solis Christianis patere deberet si aliquid solitæ virtutis vestigium eis inesset: hoc, si solum esset, frontes nostras onerare sufficeret; jam vero quis ferat nisi multum iners, nisi Christianæ gloriæ invidus, quod non ex æquo divisimus orbem? Illi Asiam, tertiam mundi partem, ut hæreditarium nidum inhabitant; quæ a majoribus nostris æqua duabus residuis partibus, et tractum longitudine et provinciarum magnitudine, non immerito æstimata est. Ibi olim devotionis nostræ rami pullularunt; ibi apostoli omnes, præter duos, mortes suas consecrarunt; ibi modo Christicolæ, si qui supersunt, pauperculo agricolatu transigentes inedia, nefandis illis vectigal pensitant, vel tacitis suspiriis nostræ libertatis desiderantes conscientiam, quia perdidere suam. Illi Africam, alteram orbis partem, ducentis jam annis et eo amplius armis possessam tenent; quod ideo Christiani honoris periculum pronuncio, quia fuerit terra illa olim præclarorum ingeniorum atrox, quæ divinis scriptis omnem vetustatis (59) situm a se repellent quamdiu fuerit qui Latinas literas legat. Norunt literati quod loquor. Tertium mundi clima restat Europa, cujus quantum partem inhabitamus Christiani? nam omnem illam barbariem quæ in remotis insulis glaciam frequenter oceanum, quia more belluino victitat, Christianam quis dixerit? Hanc igitur nostri mundi portunculam Turci et Saraceni bello premunt; jamque a trecentis annis Hispania et Balearibus insulis subjugatis, quod reliquum est spe devorant, homines inertissimi, et qui, cominus pugnandi fiduciam non habentes, fugam bellum dillunt. Nunquam enim Turcus pede conserto martem audet, sed pulsus loco longe tendit nervos, et permittit vulnera ventis; et quoniam habet tela mortifero succo ebria, in hominem quem percutit, non virtus sed virus mortem facit. Quicquid igitur agit, fortunæ, non fortitudini, attribuerim, quod pugnat fuga et veneno. Constat profecto quod omnis natio quæ in ea plaga nascitur, nimio solis ardore siccata, amplius quidem sapit, sed minus habet sanguinis; ideoque vicinam pugnam fugiunt, quia parum sanguinis se habere norunt. Contra, populus qui oritur in arctois pruiniis, et remotus est a solis ardoribus, inconsultior quidem, sed largo et luxuriant superbus

A sanguine promptissime pugnat. Vos estis gens quæ intemperatioribus mundi provinciis oriunda; qui sitis et prodigi sanguinis ad mortis vulnerumque contemptum, et non careatis prudentia: namque et modestiam servatis in castris, et in dimicatione utimini consillis; itaque, scientia et fortitudine præditi, aggredimini memorabile iter. Totis seculis prædicandi, si fratres vestros periculo exeritis, præsentibus ex Dei nomine præcipio, absentibus mando. Ituri et Christianitatem propognaturi (60) specimen crucis vestibus insigniant, ut intestinæ fidei foris amorem præstent; habentes per Dei concessum, et beati Petri privilegium, omnium absolutionem criminum, et hæc interim lætitia laborem itineris allevient, habituri post obitum felicitis martyrii commercium. Ponentes ergo ferias sceleribus, ut saltem in his regionibus liceat Christianis pacifice vivere, vadite; illam fortitudinem, prudentiam illam, quam in civili conflictu habere consuevistis, justiori effundentes prælio. Ite, prædicabiles per orbem milites! ite, et prosternite ignavas gentes! Eat famosa Francorum virtus, cum appendiciis sibi gentibus, solo sui nominis terrore totum orbem motura. Sed quid vos diutius immoror, ut fortitudinem gentiliū verbis extenuem? Immo proponito animis vestris Deificam sententiam, *Angusta est via quæ ducit ad vitam*. Esto ergo ut sit semita itinerantium arcta, plena mortibus, suspecta periculis; sed hæc eadem vos amissam ducet ad patriam, per multas nimirum tribulationes oportet vos introire (59) in regnum Dei. Spectate ergo animo, si prensi fueritis, cruces; spectate catenas, quæcumque postremo (60) possunt tormenta infligi; operimini pro fidei vestræ robore horrenda supplicia, ut, si necesse fuerit, damno corporum agatis animarum remedium. Mortemne timetis, viri fortissimi, fortitudine et audacia præstantes? Nihil certe in vos poterit comminisci humana nequitia, quo superna pensetur gloria; non enim sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. An nescitis quod vivere hominibus est calamitas, mori felicitas? Hæc vobis doctrina, si recordamini, (61) cum lacte matrum affusa est sacerdotum verbo; hanc majores vestri martyres præstenderunt exemplo. Mors enim a cœnulo carcere liberat animas, ad proprium locum pro meritis evoluturas. Mors accelerat bonis patriam; mors præcidit reis malitiam: per mortem ergo liberæ animæ vel oblectantur gaudiis, spe meliora præsumentes; vel fruuntur suppliciis, nihil pejus timentes. Dum autem vinculis corporum irretiuntur, trahunt ab ipsis terrulenta contagia, et (quod veraciter quis dicat) mortuæ sunt; nec enim luteum cœlesti, divinum mortali, pulchre cohæret. Plurimum quidem potest anima, etiam nunc corpori juncta; instrumentum enim suum vivificat, latenter id movens, et ultra morta-

(58) Georgii. a. s. c. d. e 2, l., Gregorii, e 1.

(59) Introire. a. c. d. e. l., ingredi, s.

(60) Postremo. a. c. d. e. l., denique, s.

sem naturam gestis produens : veruntamen cum, A sarcina qua in terram trahitur absoluta, proprium locum receperit, beatam et undique liberam participat fortitudinem, quomocumque divinæ naturæ invisibilitati communicans. Gemino ergo functa officio, corpori vitam ministrat cum adest, causam vero mutationis cum recedit. Videtis quam jocunde anima in dormiente corpore vigilet, et, a sensibus seducta, pro divina cognatione multa futura prævideat. Cur ergo mortem timetis, qui somni requiem, quæ instar mortis est, diligitis? Res est nimirum dementiæ, pro cupiditate brevis vitæ, invidere sibi perpetuam. Quin potius, fratres charissimi, si ita contigerit, ponite pro fratribus animas vestras; vacante ab impiis Dei sacrarium, extrudite latrones; inducite pios. Nulla vos necessitudinis pietas contineat, quia prima hominis pietas in Deum. Nullum natalis soli charitas tricet, quia diversis respectibus Christiano totus est mundus exilium, et totus mundus patria; ita exilium patria, et patria exilium. Nullum patrimoniorum amplitudo **532** remoretur, quia ampliora sunt quæ promittuntur. Nec ea quæ inani spe miseris adulterum, vel ignavam mentem pigro rerum medicamine palpent; sed crebris exemplis exhibita, frequenti usu comprobata. Et hæc quidem sunt dulcia, sed caduca; et quæ centuplimum contemptoribus (61) suis pretium importent. Hæc edico, hæc mando, terminumque proximi veris affigo. Aderit Deus euntibus, ut eis bonus ardeat annus, tum copia frugum, tum serenitate temporum. Morituri cœli intrabunt triclinium, victuri videbunt sepulchrum Dominicum. Et quæ major felicitas quam ut homo, in terris agens, videat loca illa in quibus cœlorum Dominus conversatus est humanitus? Felices qui ad hæc vocantur munia, ut illa nanciscantur munera! fortunati qui meditantur ista prælia, ut illa consequantur præmia! »

§ 348. Hujusce orationis tenorem scripsi, pauca propter veritatem dictorum incastigato sermone depromens, plura manumittens. Hinc igitur populus auditorum accensus, iudicium animi clamore testatur, favens sermocinationi, favens peregrinationi : statimque in concilio proceres nonnulli, papæ genibus affusi (62), se suaque Dei militiæ consecrarunt; e quibus fuit Aymarus, insignis potentia Podiensis

episcopus, qui postea exercitum illum rexit prudentia, auxit eloquentia (63). Igitur Novembri mense, in quo concilium actum fuit, a singulis in sua discessum. Continuoque fama boni, totum perlapsa (64) per orbem, dulci Christianorum animos infecit aura : **533** qua circumquaque spirante, nulla fuit tam remota gens, tam abdita, quæ non sui partem mitteret; nam non solum mediterraneas provincias hic amor movit, sed et omnes qui in penitissimis (65) insulis, vel in nationibus barbaris, Christi nomen audierant. Tunc Wallenais venationem saltuum, tunc Scottus familiaritatem pulicem, tunc Danus continuationem potuum, tunc Noricus crudelitatem reliquit piscium. Destituebantur agri cultoribus, ædes habitatoribus, totis porro migrabatur urbibus. Nullus necessitudinum amor, affectus patriæ vilis, solus Deus præ oculis; quicquid in horreis, quicquid in tricliniis repositum, responsurum erat vel avari votis agricolæ, vel thesaurorum incubatoris, deseritur; in solum *Ierosolymitanum* iter esurit. Gaudium erat euntibus, moeror remanentibus. Quid dico de (66) remanentibus? Videres (67) maritum cum matrona, cum omni postrema familia, euntem; rideres, carpentis impositos, totos in iter transferre penates. Angustus erat limes transeuntibus, arctus trames itinerantibus, sic ruebant agmina serie longa hærentia (68). Opinionem hominum vincebat numerus, quamvis æstimarentur sexagies centum **534** millia (69) itinerantium. Nunquam proculdubio tot gentes in unam coiere sententiam; nunquam tanta barbaries imperio ani, et pene nulli, cervicositatem substravit suam. Principium enim erat videre miraculum, cum tam infinita multitudo sensim per terras Christianorum, et non prædahunda procederet, et non esset qui corereret. Fervebat in omnibus alterutra dilectio, ut si penes aliquem quid repertum esset quod suum non esse cognosceret, per multos dies passim agnoscedum proponeret : suspendebaturque interim inventoris aviditas, dum forte illius qui perdidit corrigeretur necessitas (70).

DE DUCIBUS CHRISTIANORUM ITINERIS IERUSALEM.

§ 349. Jamque advenerat desiderantibus mensis Martius (A. D. 1096), quando, senecta brumali deposita, mundus, vernali vestitus juvenia, in plagam

(61) *Contemptoribus*. a. c. d. e. l.; cum temporibus, s.

(62) *Affusi*. s. c.; *acclines*, a. d. l.; *affusi* vel *acclines*, e.

(63) *Rexit prudentia, auxit eloquentia*. a. d. e. l.; *auxit prudentia, rexit eloquentia*, s. c.

(64) *Perlapsa*. a. d. e. l.; *dilapsa*, s. c. †

(65) *In penitissimis*. e.; *vel in penitissimis*, a. s. c. l., *vel in penultimis*, d.

(66) *Dico de*. a. c. d. e. 2. l.; *dico*. s.; *dicam de*, e. l.

(67) *Videres.... penates*. « Rusticus, ut observat Guibertus, boves suos ut equos calceabat, totamque familiam in carpento imponebat; idcirco valde jocosum erat audire pueros, quotiescunque ad insignem aliquam civitatem aut castellum accederetur, inquirentes utrum Jerusalem esset. » GUIBERT. *Novi-gefit. Opera*, p. 482. (SHARPE, 416.)

(68) *Hærentia*. a. d. e. l.; *trahentia*, s. c.

(69) *Sexagies centum millia*. Fulcherius Carnotensis existimat numerum peregrinantium ad arma ferenda idoneorum sexcentis millibus constituisse, exceptis presbyteris, monachis, mulieribus et pueris. Qui crucem acceperunt, ait, sex milliones reputatur, sed non trajecto mare multi domum reversi. (Ap. *Gesta Dei per Francos*, pp. 387-389.) Guibertus Fulcherii credulitatem in hac materia carpit. Ab Urbano II numerus peregrinorum ad trecenta tantum millia statuitur. (Epist. 16; *Concil. tom. XII*, p. 731.)

(70) *Necessitas*. « Quantumvis generaliter receptæ opinionibus repugnet ista descriptio, ab oculato teste exhibetur, ubi congregatum Constantinopoli exercitum recenset. FULCHER. Carnot. p. 389. » (SHARPE, 417.) Vide notam in Bouquet, XIII, 7,

orientis ituros invitabat: nec illi moras nexuere, tantus ardor animos invaserat. Godefridus, dux Lotharingorum, per Pannoniam iter instituit, nulli unquam militi virtute secundus; de antiqua Karoli magni origine lineam trahens, et cui vere plurimus inerat Karolus tam sanguine quam mente: sequebantur enim Frisones, Lotharingi, Saxones, et quicquid gentium (71) inter Renum et Garunnam (72) fluvios jacet. Per Dalmatiam iter adorti Raimundus (73) comes de Sancto Ægidio, et Aymarus Podii episcopus, par insigne virtutis, viri armis in hostes, pietate in Deum splendidi: **535** sub signis eorum militabant Gothi et Wascones, et quicumque populus in Pyrenæum et Alpes diffunditur. Prævenerat eos compendio Boamundus, loco Appulus, gente Normannus; namque is apud Brundisium navibus conscensis, Dirachioque appulsus, inde itinere pedestri Constantinopolim per notos sibi traaites contendit; ductu ejus agebat prælium Italia, et quæcunque contermina provincia a Tirreno mari in Adriaticum protenditur. Hi omnes, pariter apud Constantinopolim convenientes, nonnihil mutæ lætitiæ habuere; ibique Hugonem magnum, Philippi regis Francorum fratrem, invenere, quod is inconsulte et cum raro milite terras imperatoris ingressus, et ab hominibus ejus captus, in libera custodia habebatur. At vero Alexius, ejus civitatis imperator (74), horum procerum adventu territus, volens, sed quasi precibus coactus, captivis gratiam fecit; homo tergiversatione famosus, et nihil unquam magnum nisi dolo machinatus. Ipse Guiscardum (ut superius dixi) (75) veneno, uxoremque ejus corruerat auro; fidem conjugalem falso per nuncios pactus. Ipse denique Willelmum comitem Pictaviensem in insidias Turcorum inductum, et sexaginta millibus armatorum (76) privatam, pene solum effugere permisit (A. D. 1104); indignatus super ejus responso, quo Græco negaverat hominum. Ipsum postremo Boamundum, posteriori tempore contra se venientem ut injurias peregrinorum ulcisceretur, bis terque insidiis impetivit; sed cum parum promoveret, Guidone fratre et toto pene spoliavit exercitu, **536** notis artibus toxica vel fluminibus vel vestibus infundens: sed hæc postmodum. Tum vero exercitum urbe arcens, proceribusque blande collocutus, tantum Graia

A quod urbes imperio suo appendices, si acquirere possent, redderent, sanguinis sui periculo alienum mercantes commodum. Soli Raimundo visa est antiquior tuendæ libertatis gratia, ut nec ipsi suum substerneret hominum, nec profiteretur sacramentum. Itaque, coactis omnibus viribus, Niceam urbem Bithiniæ aggrediuntur (A. D. 1097). Ipsam enim (77) priinitus placuerat invadi, quod et viantibus obsisteret, et mortem peregrinorum nuper ibi occisorum ultum ire animati essent: namque Walterus quidam, miles probatus sed præceps (quia vix in homine uno sapientiam et audaciam conspicaberis, quod altera moretur, altera præcipitet,) incircumspecte circa mœnia cursitans, cum multa manu occubuerat. Eam manum Petrus heremita prædicationibus suis de patria pellexerat.

DE ROBERTO NORMANNO.

§ 350. Jam vero mense Septembri (A. D. 1096), Robertus Normannorum comes, frater Willelmi regis, cujus titulum hic liber gestat, iter illud adoriri gestiens, habuit socios Robertum Flandrensem, Stephanum Blesensem sororis maritum. Omnes amplæ prosapiæ comites, in quibus virtus citra genus non erat. Parebant eis Angli, et Normanni, et Occidentales Franci, et Flandritæ, et omnium populorum cunei qui ab oceano Britannico usque ad Alpes mediterraneo tractu jacent. Ita viam profecti receperunt (78) apud Lucas papam **537** Urbanum, qui Guiberto infensus (ut dixi), auxilio Matildis Italiam et urbem circumsonabat armis. Itaque (79) tantum promoverat, ut Quirites, ad gratiam ejus versæ, Guibertinos tum verbis tum verberibus lacesserent; nec erat alterutris vel in ecclesiis vel in triviis parcendi animus, donec Guibertus, viribus impar, Urbano sedem vacuefecit, Alamanniam elapsus.

DE URBE ROMA

§ 351. De Roma, quæ quondam domina orbis terrarum, nunc ad comparisonem antiquitatis videtur oppidum exiguum; et de Romanis, olim rerum dominis, genteque togata (80), qui nunc sunt hominum inertissimi (81), auro trutinantes justitiam, pretio venditantes canonum regulam; — de urbe, inquam, et urbicis quicquid conarer dicere prævenierunt versus Hildeberti Cenomannensis primo (82) episcopi, post etiam Turonensis archiepiscopi (83): quos hic cum inseruero, non ideo faciam ut alieno labore partam gloriam in me transferam; sed erit

(71) *Gentium*. a. s. c. d. e. 2. l.; omitt. in e. l.(72) *Garunnam*. Elbe forte legendum.(73) *Raimundus*. Vide infra, § 388.(74) *Ejus civitatis imperator*. c. e.; *hujus civitatis imperator*, s. d.; omitt. in a. l.(75) *Ut superius dixi*. Vide supra, § 262; et Bouquet, XIII, not. c, p. 7.(76) *Sexaginta millibus armatorum*. Vide etiam infra, § 383. Ordericus Vitalis scribit: « trecenta armatorum millia Pictaviensi comiti adhæsisse. »(77) *Enim*. a. s. c. d. l.; omitt. in e. l.(78) *Receperunt*. e.; *reperierunt*. d.; *reperiunt*, s. c.; *reppererunt*, a. l.(79) *Itaque*. c.; *jamque*, a. s. c. d. l.(80) *De Romanis... togata*.*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*[VIRG. *Æneid.*, 1, 286.](81) *Sunt hominum inertissimi*, d. e., *dicuntur hominum inertissimi*, s. c., *dicuntur homines inertissimi*, a. l., Cod. ms. citat Sharpus in quo legitur *inertissimi*.(82) *Primo*, s. c. d. e., omitt. in a. l.(83) *Post etiam Turon. archiep.* s. c. d. e., desunt in a. l.—Hildebertus Turonas translatus est a. D. 1123, defuncto Gisleberto, qui Romæ obierat circa medium Decembris 1124, eadem hebdomade ac Calixtus papa (ORDERIC. VIT. lib. XII, p. 882).

Ingenue mentis indicium, si, ejus non invidus gloria, apponam testimonium venustæ (84) facundiæ. A ecclesia (89) sunt Marius et Martha; etiam Aedifax et Abacuc, filii eorum.

VERSUS HILDEBERTI, DE ROMA.

Par tibi Roma nihil, cum sis prope tota ruina;
 Quam magni fueris integra, fracta doces.
538 Longa tuos fastus ætas destruxit; et arces
 Cæsaris, et superum templa, palude jacent.
 Ille labor, labor ille ruit, quem dirus Araxes
 Et stantem tremuit, et cecidisse dolet;
 Quem gladii regum, quem provida jura senatus,
 Quem superi rerum constituere caput;
 Quem magis optavit cum crimine solus
 Cæsar, quam socius et pius esse acer:
 Qui crescens, studiis tribus, hostes, crimen, amicos,
 Vi domuit, secuit legibus, emit ope;
 In quem, cum feret, vigilavit cura priorum,
 Juvit opus pias, hospitis unda locum;
 Materiam, sacros, expensas, axis uterque
 Misit; se muris obtulit ipse locus:
 Expendere duces thesauros, fata favorem,
 Artificum studium, totus et orbis opes.
 Urbs cecidit, de qua si quicquam dicere dignum
 Moliar, hoc potero dicere, « Roma fuit! »
 Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis,
 Ad plenum potuit hoc abolere decus.
 Cura hominum potuit tantam componere Romam,
 Quantum non potuit solvere cura deum.
 Conser opes, marmorque novum, superumque favorem,
 Artificum vigilent in nova facta manus;
 Non tamen aut fieri par stant machina muro,
 Aut restaurari sola ruina potest.
 Hic superum formas superi mirantur et ipsi,
 Et cupiunt fictis vultibus esse pares.
 Non potuit Natura deos hoc ore creare,
 Quo miranda deum signa creavit homo.
 Vultus adest his numinibus; potiusque coluntur
 Artificum studio, quam deitate sua.
 Urbs felix, si vel dominis urbs illa careret,
 Vel dominis esset turpe carere fide.

539 DE NUMERO PORTARUM ET SANCTIS ROMÆ.

§ 352. Parvane sunt hæc ad demonstrandam in antea urbe vel olim honorum dignitatem, vel modo imperatorum majestatem? Sed, ne quid honori desit, adjiciam et portarum numerum, et multitudinem sacrorum cinerum; et, ne quis (85) obscuritate verborum se causetur a cognitione rerum rejici, erit sermo quotidianus et levis (86).

PRIMA PORTA.

Prima porta Cornelia, quæ modo dicitur Porta Sancti Petri, et Via Cornelia. Juxta eam ecclesia beati Petri sita est, in qua corpus ejus jacet, auro (87) et lapidibus parata; etiam nullus hominum scit numerum martyrum (88) qui in eadem ecclesia pausant. In eadem via est altera ecclesia, in qua requiescunt sanctæ virgines Rufina et Secunda. In tertia

(84) *Venustæ*, a. s. c. d. e. l. 1, *vetustæ*, l. 2.(85) *Quis*, a. c. d. l., *aliquis*, s. omitt. in e.(86) *Levis*. Mœnium et portarum Romæ descriptio occurrit apud Andrew Lumisden. « *Remarks on the antiquities of Rome and its environs.* » Lond. in-4°, 1797.(87) *Auro*, c. d. e., *auro et argento*, a. s. l.(88) *Martyrum*, d. e., *sanctorum martyrum*, a. c. l.(89) *Ecclesia*, s. c. d. e., *basilica*, a. l.(90) *Sancti Valentini*. Nunc *Porta del Popolo*.(91) *Molbium*, a. s. c. d. e. l., *Milvium*, s. (var. lect.)(92) *Porciniana*, a. d. e. l., *Portitiana*, s. c.—

SECUNDA PORTA.

Secunda porta Flaminea, quæ modo appellatur Sancti Valentini (90), et Via Flaminea; et cum ad pontem Molbium (91) pervenit, vocatur Via Ravenana, quia ad Ravennam ducit. Ibi in primo milliaro foris sanctus Valentinus in sua ecclesia requiescit.

540 TERTIA PORTA.

Tertia porta Porciniana (92), et via eodem modo appellata, sed cum pervenit ad Salariam nomen perdit; et ibi prope, in eo loco qui dicitur Cocumeris, requiescunt martyres Festus, Johannes, Liberalis, Diogenes, Blastus, Lucina; et in uno sepulchro ducenti sexaginta (93), et in altero triginta.

QUARTA PORTA.

Quarta porta et Via Salaria, quæ modo Sancti Silvestri (94) dicitur. Ibi juxta viam sanctus Hermes requiescit, et sancta Vasella, et Protus, et Jacinctus, Maxilianus, Herculanus, Crispus; et in altero loco prope requiescunt sancti martyres Pamphilus, Quirinus, septuaginta gradibus in imo terræ. Deinde basilica sanctæ Felicitatis, ubi requiescit illa, et Silanus filius ejus, et non longe Bonifacius martyr. Ibidem in altera ecclesia sunt Crisantus, et Daria, et Saturninus, et Maurus, et Jason, et mater eorum Hilaria, et alii innumerabiles. Et in altera basilica sanctus Alexander, Vitalis, Martialis, filii sanctæ Felicitatis; et sanctæ septem virgines, Saturnina, Hilarina, Dominanda (95), Rogantina, Serentina (96), Paulina, Donata. Deinde basilica sancti Silvestri, ubi jacet marmoreo tumulo cooperatus; et martyres Celestinus, Philippus et Felix; et ibidem martyres trecenti sexaginta quinque in uno sepulchro **541** requiescunt; et prope Paulus, et Crescentianus, Prisca, Semetrius, Praxedis (97), Potentiana pausant.

QUINTA PORTA.

Quinta porta Numentana (98); ibidem (99) sanctus Nicomedes, presbyter et martyr; itemque via eodem modo dicitur. Juxta viam ecclesia sanctæ Agnetis, et corpus: in altera (100) sancta Emerentiana, et martyres Alexander, Felix, Papias. In septimo milliaro ejusdem viæ sanctus papa Alexander, cum Eventio et Theodolo, pausat.

Porta Pinciana.

(93) *Ducenti sexaginta*, s. c. d. e., *ducenti quadraginta*, a. l. — Ducenti sexaginta martyres sagittis confossi dicuntur in amphitheatro jussu Claudii imperatoris. Triginta vero sub Diocletiano passi sunt.

(94) *Modo Sancti Silvestri*. Nunc *Porta Salaria*.(95) *Dominanda*, a. c. d. e. l., *Dunanda*.(96) *Serentina*, d. e., *Serotina*, a. s. c. .(97) *Praxedis*, a. c. d. e. l., *Praxides*, s.(98) *Numentana*. Nunc *Porta Pia*.(99) *Ibidem*, d. e., *ibi*, a. s. c. l.(100) *Altera*, c. d. e., *altera ecclesia*, a. s. l.

SEXTA PORTA.

Sexta porta et Via Tiburtina (1), quæ modo dicitur Porta Sancti Laurentii. Juxta hanc viam jacet sanctus Laurentius in sua ecclesia, et Abundius martyr. Et ibi prope, in altera ecclesia pausant hi martyres, Ciriaca, Romanus, Justinus, Crescentianus. Et ibi, non longe, basilica sancti Ipoliti, ubi ipse cum familia sua pausat, id est, decem et octo. Et ibi requiescunt beata Trifena (2) uxor Decii, et filia ejus Cirilla, et Concordia nutrix ejus (3). Et in altera parte viæ illius est ecclesia Agapiti (4) martyris.

SEPTIMA PORTA.

Septima porta modo Major dicitur, olim Sircurana (5) dicebatur, et Via Lavicana, quæ ad beatam **542** Helenam tendit. Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus, Tyburtius, Genuinus, Gorgonius, et quadraginta milites (6), et alii innumerabiles; et non longe sancti Quatuor Coronati (7).

OCTAVA PORTA.

Octava porta Sancti Johannis (8), quæ apud antiquos Assenarica dicitur.

NONA PORTA.

Nona porta Metrosa (9) dicitur, et coram istis ambabus Via jacet Latina.

DECIMA PORTA.

Decima porta et Via Latina (10) dicitur. Juxta eam quiescunt in una ecclesia martyres Gordianus, et Epimachus, Sulpicius, Valerianus (11), Quintus, Quartus, Sophia, Triphenus (12). Et ibi prope, in alio loco, Tertullinus: et non longe ecclesia Beate Eugenia, in qua jacet, et Claudia mater ejus; et Stephanus papa cum clero suo, numero decem et novem, et Nemesius diaconus.

UNDECIMA PORTA.

Undecima porta et Via dicitur Appia (13). Ibi requiescunt sanctus Sebastianus et Quirinus; et olim requieverunt ibi apostolorum corpora. Et **543** paulo propius Romam sunt martyres Januarius, Urbanus, Xenon, Quintinus (14), Agapitus, Felicissimus. Et in altera ecclesia Tyburtius, Valerianus, Maximus. Non longe ecclesia Cecilie martyris, et ibi reconditi sunt Stephanus, Sixtus, Zepherinus,

(1) Tiburtina. Nunc Porta di San Lorenzo.

(2) Trifena, d. e., Trifonia, s. c., Trifona, a. l.

(3) Ejus, s. c. d. e., Ypoliti, a. l.

(4) Agapiti, a. s. c. d. e. l. 1, sancti Agapiti, l. 2.

(5) Sircurana, e. l., Siracusana, a. c. d., Seracusana, s. Nunc Porta Maggiore.

(6) Quadraginta milites. Quadraginta milites martyrium passi sunt sub Licinio, Sebastæ in Armenia.

(7) Quatuor coronati. Sic dicti ex eo quod diutissime ex quo martyrio coronati sunt, eorum nomina ignota remanserint; et quamvis vera eorum nomina deinceps presbytero cuidam revelata fuerint, prinam tamen suam denominationem adhuc retinuerunt. (SHARPE.)

(8) Porta Sancti Johannis. Porta di San Giovanni.

(9) Metrosa, s. c. d. e., Metrosi, a. l. — Nulla portæ hujus mentio apud Luidisen.

(10) Latina. Porta Latina.

(11) Valerianus, d. e., Servilianus, a. s. l., Sescerianus, c.

A Eusebius, Melchiades, Marcellus, Euticianus, Dionysius, Anteros, Pontianus, Lucius papa (15), Optacius, Julianus, Colocerus, Parthenius, Tarsicius, Policamus (16), martyres. Ibidem ecclesia sancti Cornelii, et corpus. Et in altera ecclesia (17) sancta (18) Sotheris: et non longe pausant martyres Ipolitus, Adrianus, Eusebius, Maria, Martha, Paulina, Valeria, Marcellus; et prope, Marcus papa in sua ecclesia.

DE VIA ARDEATINA.

Inter Viam Appiam et Ostensam (19) est Via Ardeatina, ubi sunt Marcus et Marcellianus. Et ibi jacet Damasus papa in sua ecclesia; et non longe, sancta Petronilla, et Nereus, et Anchilleus (20), et alii plures.

DUODECIMA PORTA.

Duodecima porta et Via Ostensa (21) dicitur, modo Porta Sancti Pauli vocatur, quia juxta eam requiescit in sua ecclesia. Ibidemque Timotheus martyr; et non longe, in ecclesia Sanctæ Teclæ sunt martyres Felix, et Adauctus (22), et Nemesius. In Aqua Salina (23) est caput Anastasii martyris.

544 TERTIADecIMA PORTA.

Tertiadecima porta et Via Portuensis (24) dicitur. Ibi prope sunt, in una ecclesia, martyres Felix, Alexander, Abdon, et Sennes, Symeon, Anastasius, Polion, Vincentius, Milex, Candida, Annocentia (25).

QUARTADecIMA PORTA.

Quartadecima porta et Via Aurea (26), quæ modo Porta Sancti Pancratii dicitur, quia juxta eam requiescit in ecclesia sua; et alii martyres, Paulinus, Arthemius, sancta Sapientia, cum tribus filiabus Fide, Spe, Charitate. Et in altera basilica (27) Processus et Martinianus; et in tertia Felices duo; et in quarta sanctus Calixtus et Calepodius; et in quinta sanctus Basilides. Duodecimo intra urbem milliario in monte Celi sunt martyres Johannes et Paulus in sua domo, quæ est facta ecclesia post eorum martyrium; et Crispinus et Crispinianus, et sancta Benedicta. In eodem monte est ecclesia sancti Stephani prothomartyris, et ibi reconditi sunt martyres Primus et Felicianus. In monte Aven-

D (12) Triphenus, s. c. d. e., Triphonius, a. l.

(13) Appia. Porta di San Sebastiano.

(14) Quintinus, d. e.; Quirinus. a. s. c. l.

(15) Papa, mss. legunt papæ.

(16) Policamus, a. d. e. l., Politanus, s. o.

(17) Ecclesia, a. s. d. l., omit. in c. e.

(18) Sancta, a. s. c. l., sanctæ, d. e.

(19) Ostensam. e. l., viam Ostiensem, a. s. c. d.

(20) Anchilleus. e., Achilleus, a. s. c. d. l.

(21) Ostensa. c. e. l., Ostiensis, a. s. d. l. — Nunc

Porta di San Paolo.

(22) Adauctus. a. c. e. l., Audactus, s. d.

(23) Aqua Salina. Nunc Trefontana.

(24) Portuensis. Porta Portese.

(25) Annocentia. e., Innocentia, a. s. c. d. l.

(26) Aurea. e., Aurelia, a. s. c. d. l. — Nunc Porta di San Pancrazio.

(27) Basilica. c. d. e., ecclesia, s., basilica martyres, a. l.

alio sanctus Bonifacius, et in monte Nola sancta A Tatiana, pausant.

DE ITINERE COMITUM DE ROMA AD CONSTANTINOPOLIM.

§ 353. Hæc sunt Romana sanctuaria, hæc sunt in terris divina pignora; et tamen intra hoc quasi cœleste promptuarium insano fratre gens ebria, tum, cum illuc peregrini venerunt, fœdo ambitu **545** omnia turbabant, et supra ipsa sanctorum corpora civilem libabant sanguinem, dum non possent satiari pecuniarum libidinem. Urbani igitur benedictione freti, comites, transita Tuscia et Campania, per Apuliam Calabriam venere; statimque mare transissent, nisi consulti nautæ (28) propter austrorum violentiam vetuissent. Quapropter Normannus et Blesensis comites, qua quisque poterat, hyemem fovere, apud amicos perhædiantes. Solus Flandrensis ventis vela credidit, præcipiti consilio feliciter usus: ideoque gregariorum vulgus, pars propter inopiam domum revertit, pars pro intemperie soli morbo defecit. Nec non et residui duces, ut videre pacatum classibus æquor, vernali sole redeunte, maris fidem experti, et Christi auxilio illæsi, duobus portibus excepti applicuere. Inde per Thessaliam, cujus metropolis est Thessalonica, Thraciam, et hinc Constantinopolim venere. Multi pauperum illa via morbo et inedia extincti; multi in vado, quod pro rapiditate, diaboli dicitur, intercepti (29); pluresque profecto perissent nisi equi emissarii, adverso amni (30) oppositi, violenti gurgitis vortices fregissent: ita quibusdam vita procurata, reliqui equis (31) transducti. Omnis itaque multitudo, quindecim dierum spatio, præteritorum laborum indulsit solatio, positus castris in suburbano civitatis; de qua, quia locus se obtulit, pauca dicenda.

VISIO CONSTANTINI.

§ 354. Constantinopolis primum Bizantium dicta; formam antiqui vocabuli præferunt imperatorii **546** nummi Bizantini vocati: hanc divinitus mutasse nomen, S. Aldelmus auctor est in libro De virginitate (32), hujusmodi sententia. Constantino, in eadem urbe soporato, visa est astitisse vetula rugis anilibus arata frontem; mox imperiali chla-

(28) *Nautæ. a. c. d. e. l., naturæ, s.*

(29) *Intercepti. s. c. d. e., suffocati, l., suffocaturi, a.*

(30) *Adverso amni. e., adversus amnem, d., in adversum amnem, a. s. l., adversum amni, c.*

(31) *Equis. a. s. c. d. e. l., aquis. s. (var. lect.)*

(32) *In libro De virginitate. Cap. 25, edit. Wharton. — Vide § 31, not. 87.*

(33) *Discipulum. Legenda Constantini Romæ baptizati tredecim annis ante obitum fabricata est octavo sæculo. Baptismum et manuum impositionem prima vice in ultimo morbo recepisse videtur. (EUSEB. in Vita Constant. lib. IV. c. 61.)*

(34) *Lege professus. c. d. e., lege confessus, s. (var. lect.); professus, a. s. l.*

(35) *Ut illic urbem... fundaret. In lege 7, tit. xv, posteros edocendos curavit se Dei præcepto obedientem, semper mansura Constantinopolis fundamenta jecisse: verba sunt hæc: « Pro commoditate*

myde amicta in juvenulam refluisset, viridisque formæ decore Constantini pellexisse oculum ut non abstineret quin porrigeret ei osculum. Tunc Helenam matrem, quæ adesset, dixisse: « Hæc tua semper erit, nec unquam morietur, nisi in fine seculi. » Hujus somnii solutionem Augustus, extruse sopore, jejuniis et elemosynis extrahabat e cœlo. Et ecce, post octo dies iterum soporatus, visus est videre Silvestrum papam, paulo ante defunctum, qui dulci luminum risu discipulum (33) perstrigens, « Consuevi, » inquit, « egisti prudentia, et quod intellectum effugeret hominis, a Deo expectares solvendum nodum ænigmatis. Hæc igitur quam vidisti anicula est civitas ista, ævi situ decrepita; cujus jam vetustate quassa mœnia, et vicinam ruinam minantia, reparatorem desiderant. Sed tu eam muris reformans et opibus, vocabulo quoque insignies tuo, et regnabit in ea perpetuo imperatoria progenies. Nam tamen tuo arbitrato fundamenta jacies. sed ascenso sonipede, cui quondam rudis Christicola insidens apostolorum Romæ circuvisti ecclesias, laxatis habenis, quo volet eandi promptum illi cedes arbitrium; habebisque in manu hastam regiam, cujus cuspidem in terram tracta muri scribentur vestigia. Consules ergo **547** in terra cuspidis magistratum quo ordine disponi debeant fundamenta mœnium. »

DE URBE CONSTANTINOPOLITANA.

§ 355. Paruit Augustus visioni præclue, et civitatem æquam Romæ constituit; lege professus (34) non debere imperatorem Romæ principari ubi a Christo coronati apostoli principabantur. Fecit in ea duas ecclesias, quarum una Hirensis, altera dicitur Apostolorum; invehens illuc numerosa sanctorum corpora, qui possint contra incursus hostium cœlestium impetrare patrocinium. Statuas quoque triumphalium virorum a Roma deductas, et simulacra deorum ad videntium ridiculum, et tripodas Delphicos, in Circo dedit, ad spectaculum simul et ad civitatis ornamentum. Gratumque admodum fuisse ferunt imperiali animo ut illic urbem divino jussu fundaret (35), ubi et soli ubertas et cœli temperies mortalium saluti conveniret; quia enim in Britannia natus fuerat (36), ardores solis exosus erat.

D urbis quam æterno nomine, jubente Deo, donavimus. » (Cod. Theod., lib. XIII, tit. v, leg. 7.)

(36) *Britannia natus fuerat. Glossa in l. l. Nota de Constantino, quod in Britannia natus esset, que nunc dicitur Anglia. — Locus in quo natus est Constantinus, non secus ac matris ejus Helenæ conditio ansam præbuere non litterariis tantum, sed et nationalibus controversiis. Tres sunt opiniones de ejus ortu. Anglici antiquarii hoc decus Britannicæ vindicant ex his panegyristæ ejus verbis: *Britannias, illic oriendo, nobiles fecisti; sed ista verba non minus proprie ad accessionem quam ad Constantini natiuitatem referuntur. Recentioris temporis Græci scriptores honorem ejus ortus Deprano, quæ est civitas in Nicomedicæ sinu, ascribunt, ubi matris ejus pater tabernariam exercebat; at vero Nassium in Dacia locus est ubi valde probabiliter diem vidit, Urbis hujus jura coævis stant innixa auctoritatibus.**

Est vero Thracia una (37) **548** Europæ provincia, ut poetæ quoque canunt, Hebrî fluminis glacie et Histovio aquilone perfrigida; fœcundæ (38) vicina Mœsiæ, cujus, ut ait Virgilius (39), « mirantur Gargara messes. » At vero Constantinopolis, circumflua Ponto, Europæ atque Asiæ carpit utrinque libratam temperiem, quod aquilonares hiatus mulceat e proximo veniens Asiaticus eurus. Porrigitur ergo urbs ingentibus mœnibus, sed eam angustat convenarum innumerus populus; quapropter, rupium molibus et arenarum cumulis profundo injectis, longe itur in salum, et novo commento tellus inventa veteres contrahit undas. Stupet itaque mare peregrinos vitreo in gurgite campos, urbemque suam totis terrarum commodis cingit et pascit. Est enim civitas undique, præter ad aquilonem, mari magno cincta, ambitu murorum juxta situm pelagi angustosa, viginti (40) millia passuum muro complexa. Danubius, qui et Ister (41), occultis canalibus (42) sub terra influit urbi; diebusque constitutus, alidato pessulo inductus, cœnum platearum pelago importat. Certavere zelo imperiali Augusti singuli decorum addere, quisque arbitrantes aliquid se iustitutæ debere operæ; iste sanctorum reliquias, ille divitiis, Constantinus omnibus.

549 DE IMPERATORIBUS CONSTANTINOPOLIS.

§ 356. Regnaverunt in ea, post Constantinum Magnum, imperatores quorum hæc sunt nomina: Constantinus filius ejus, Julianus apostata, Jovinianus, Valens, Theodosius major, Archadius, Theodosius minor, Marcianus, Leo primus, Leo minor, Zeno, Anastasius, Justinus major, Justinianus (hic, literis et bellis nobiliss, fecit in Constantinopoli ecclesiam Divinæ Sapientiæ, id est, Domino Christo, quam Agiam Sophiam cognominavit; opus, ut ferunt, omnibus per orbem ædificiis magnificentius, quodque certa rerum facie inspectum vincat ampullata verba referentium); Justinus minor, Tiberius, Mauricius, primus Græcus, Focas, Heraclius, Constantinus filius Heraclii, Heraclionas, Constans (iste Romam veniens, et quod reliquum erat ornatus antiqui corradens, tegulis etiam æreis fastigia ecclesiarum nudavit, triumpho scilicet apud Constantinopolim de hisce manubliis inhians; sed ei infelicitate illa cessit aviditas, quia, continuo apud Siracusas extinctus, Saracenis Alexandriam deferentibus omnes illas reliquit exuvias), Constantinus, Justinianus, Leontius, Tiberius, iterum Justinianus, Phi-

lippicus, Anastasius, Theodosius, Leo tertius. Hi omnes (43) regnaverunt et in Constantinopoli et in Roma; sequentes tantum in Constantinopoli: Constantinus, Leo, Constantinus, Nicephorus, Stauratius, Michael, Leo, Michael, Theophilus, Michael, Basilius, Leo, Alexander, Constantinus, Romani duo, Nicephorus Focas, Johannes, Basilius et Constantinus, Romanus, Michael, Michael, Constantinus, Theodora imperatrix, Michael, Sachius (44), Constantinus, Romanus Diogenes, **550** Nicephorus Butanius, Michael (45): hic, per Alexium depulsus imperio, ad Guiscardum in Apuliam clandestinam fugam composuit; traditaque illi potestate, aliquid se opinatus est fecisse quod (46) noceret Alexio. Unde Guiscardo aggrediendi magna increvit animus, ut inani spe mentiretur (47) sibi acquiri posse per industriam quod alter amiserat per ignaviam (48); sed quantum istis profecerit præcedens liber patefecit. Est in ea civitate lignum Domini ab Helena de Ierosolymis delatum. Requiescunt ibi apostoli, Andreas, Jacobus frater Domini, Mathias; prophetæ, Eliseus, Samûel, Daniel, et alii plures; Lucas evangelista, martyres innumerabiles; confessores, Johannes Chrysostomus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Spiridion; virgines, Agathia, Lucia; omnesque postremo sancti quorum corpora illuc ex omnibus regionibus imperatores convehere potuerunt.

§ 357. Normannus itaque et Blesensis comites hominum suum Græco prostraverunt (49); nam jam Flandrita transierat, et id facere fastidierat, quod se meminisset natum et educatum libere. Alii, data fide acceptaque, Niceam pertendunt hebdomada Junii (50) prima (A. D. 1097), quam jam cæteri a medio Maii obsederant. Ita conjunctis viribus multæ utrinque mortes actæ sunt: cum ab oppidanis factæ in subjectos telorum omnia genera rotarentur, nec alicujus licet inertissimi manus in confertos frustraretur. Quin et exanimatorum cadavera Turci uncis ferreis in murum trahebant, **551** ludibrio nostrorum excarnificanda, vel ablatis vestibus denudanda (51). Doluerunt id Franci: nec prius abstiterunt ferro exercere dolorem, quam Turci, extremis malis fessi, die solstitii æstivalis per clandestinos nuncios imperatori se dedidere, ille, qui nihil præter commodum suum pensare nosset, denunciavit Francis ut abirent; malens urbem servari Turcorum apertæ perfidiæ, quam Francorum suspectæ potentie. Jussit tamen distribui argentum et aurum op-

(37) *Thracia una. s. c. e. l., tertia, a. d.*

(38) *Fœcundæ. Fœcunda, d., fœcundas, e. l., omitt. in a. s. c.*

(39) *Ut ait Virgilius. Georg. 1, 103.*

(40) *Viginti. s. c. e., duodecim, a. d. 1.*

(41) *Danubius, qui et Ister. Vide Pomponium Mela, lib. 11, c. 1; Ptolom. lib. 111, c. 8.*

(42) *Occultis canalibus. Danubius per sex ostia in Pontem Euxinum influit. Lycus autem ex duorum rivulorum confluxu formatus, in Constantinopoli portum aquæ frigidæ perpetuam fundit copiam, qua ima pars sinus abluatur, periodicæque piscium turmæ in capacem Constantinopoli portum refugium querere alliciuntur.*

(43) *Hi omnes. Finalis separatio utriusque imperii, Orientis scilicet et Occidentis multo ante, sub Theodosii Magni filiis contigerat, a. D. 395.*

(44) *Sachius. Isaac Contigerat.*

(45) *Michael. Michael VII præcessit Nicephorum Botaniaten, qui ab Alexio expulsus est.*

(46) *Fecisse quod. s. c. d. e., effecisse quo, a. l.*

(47) *Mentiretur. a. c. d. e. l., niteretur, s.*

(48) *Ignaviam. a. s. c. d. e. l., inominiam, s. (var. lect.)*

(49) *Prostraverunt. s. c. d. e., prostituerunt, a. l.*

(50) *Junii. a. d. e., jejunii, s. c. l.*

(51) *Denudanda. d. c., dejicienda, a. s. c. l.*

timatibus, nummos æreos inferioribus, ne se irremuneratos quererentur. Ita Turci, qui jam a quinquaginta annis Bithyniam, quæ est pars Minoris Asiæ, quam Romaniam dicunt, Euphrate transitu possederant, in superiores fuga terras concessere; veruntamen ausi sunt, obsidione soluta, exercitum ultra progredientem incessere, auctore quodam Solimanno (52) cui dominium totius Romanicæ obtigerat (53). Is, coactis sagittariorum millibus æstimatione trecentis sexaginta, nostros, nihil minus quam bellum meditantes, tanta vi aggressus est, ut, ferreo imbri sagittarum inundante perterriti, omnes incunctanter dorsa nudarent. Et tum forte dux (54) Godefridus, et Hugo magnus, et Raimundus aliam viam invaserant, ut et inimicorum solum populantur latius, et suis pabula compararent facilius. At vero Normannus, ancipiti discrimine permotus, adventum Turcorum, expulitis cursoribus, Godefrido et cæteris per tutos tramites intimavit. Illi, moræ nescii, signis in hostem conversis, socios eripere periculo; 552 namque hi jam indiscrete in tentoriis suis necabantur, nihil bello intenti, sed solis lachrymis et precibus auras implentes. Nec rimabatur hostis vulnere aditum, sed in nothos fortunam emittens, nunquam pro densitate cuneorum inanem referebat manum. Sola erat mortis dilatio, quod, quia juxta quoddam arundinetum pugnabatur, equi Turcorum impediti liberis non exultabant cursibus. Sed tandem visis antesignanis optimatum venientium, nostri ex arundineto prodeunt; et acclamato signo militari, « Deus vult (55) » diaspatos ordines hostium invadunt, sociis ut ex altera parte feriant incurrentes. Ita Turci, cum utrinque premerentur, nescio quid diram stridentes, ululatibus in cælum ætis diffugere; nec solito more pugna fugaci usi, sed, abjectis arcibus, majus aliquid quam humanam timorem continua trium dierum fuga testati sunt. Nec erat qui eos fugaret; quia equi nostrorum, vix jejuno cespite vitam sustentantes, alacrem persecutionem negabant, lasso statim ilium pulsa defectionem suam (56) ostendentes. Erat enim Asia, terra quondam frugum feracissima, ita

A moderno et antiquo tempore Turcis sævientibus expilata, ut vix raro exercitui alimoniam ministrare sufficeret, nedum tantæ multitudini, quæ totas segetes depastura, totos amnes epotatura (57) videretur: æstimabantur enim cum a Nicea (58) discescere 553 septingenta millia, pars reliqua vel ferro interenta vel valetudine minuta, major domos dilapsa.

§ 358. Inde ergo (59), per Antiochiam Pisidiæ et Iconium urbes, Eracleam venere; ibi signum in cælo viderunt modo ensis fulminis figuratum, mucrone versus orientem protento. Jamque a Kalendis Julii (Jul. 1) (60), cum Niceam deseruerant, Octobris mensis nonæ (Oct. 7) volebantur (61), quando Antiochiam Syriæ venere: cujus situm commemorationem, nisi aviditatem meam præoccuparet Ambrosiana in Egesippo sacundia (62), simul et quod vercor ne mihi vertatur vitio quod tam frequenter in digressionibus peregrinatur narratio. Veruntamen quantum suscepti operis narratio (63) postulat, dicam.

DE URBE ANTIOCHIA.

§ 359. Civitas est maximo muro circumdata, montem etiam mœnibus complexa (64); a Seleuco, rege Asiæ, nomine Antiochi patris cognominata; post Romam, et Constantinopolim, et Alexandriam quarto per orbem loco cunctis civitatibus præfata; mœnibus tuta, montibus ardua; magis ingenio quam vi, si unquam capiatur, obtinenda. Fluvius illi proximus, quem modo Fernum, quondam Orontem vocatum intelligo, duodecimo ab urbe milliario accipitur pelago, fluentis rapacibus, 554 et ipso impetu frigidioribus, salubris auræ temperie saluti (65) medetur civium (66); comæteum quoque navium oppidanis invehens, perseverantiam obsideatium quantolibet tempore deridet. Ibi primum Christianismi (67) venerabile vocabulum excogitatum. Inde Paulus, hujusce religionis incentivum et fomes, ad prædicandam processit. Ibi beatus Petrus primi antistiti cathedram sedit; in cujus honore fundata illic ecclesia toto Turcorum tempore illibata permansit: nec minus altera, in honore sanctæ Mariæ

(52) Solimanno. Apud Turcas ejus nomen erat Kildge-Arslan; ejus regnum ab Hellesponto ad Syriæ confinia protendebatur, iterque ad Hierosolimam obstruebat. Vide de Guignes, tom. III, p. 11, pp. 10-30.

(53) Obtigerat. a. d. e. l., obvenerat, s. c.

(54) Dux. a. s. c. d. l., omitt. in e.

(55) Acclamato signo militari, « Deus vult. » — Cum Urbanus II ab alto suggestu, in emporio Claropontano multitudinem alloqueretur, populum ad suscipiendam crucem incitans, frequenter dicentem interrupit astantium clamor conclamantium: « Deus loquitur! Deus vult. Prefecto voluntas Dei est! » subiciebat pontifex, et verba hæc, a Spiritu sancto certissime inspirata; in perpetuum, ut vester militaris clamor adoptentur.

(56) Defectionem suam. s. d. e., defectum suum l.

(57) Amnes epotatura. d. e. l., amnes se potatura, c., amnes epotura, a., amnes epotatum, s.

(58) A Nicea, a. s. d. e. l., antea, c.

(59) Ergo. a. s. c. d. l., omitt. in e.

(60) Julii. a. e. l., Julii, s. c. d.

(61) Nonæ volebantur. a. s. c. d. l., non evolebantur, e. l.

(62) Ambrosiana in Egesippo sacundia. Hegesippus, Græcus secundi sæculi scriptor, Historiam ecclesiasticam in quinque libris composuit, cujus fragmentum tantum superest. Liber etiam De Judæorum bellis et Hierosolymæ destructione, qui in Latinum sermonem a S. Ambrosio translatus fuisse traditur, illi attributus est.

(63) Narratio. s. c. d. e., necessitas, a.

(64) Complexa. s. c. d. e., circumplexa, a. l.

(65) Salutis. a. d. e., sanitatis, l.

(66) Civium. s. d. e., civicæ, a. c. l.

(67) Christianismi, d. e., Christiani olim nominis, a. s. l., Christianismi olim nominis, c. — Act. apost. xi, 26.

consecrata, decore sui oculos spectantium tenebat; A **556** in castra Francorum emittentes, ut illos eo modo ad dolorem incenderent.

DE FAME OBSIDENTIUM.

DE OBSIDIONE ANTIOCHÆ.

§ 360. Hanc itaque civitatem Franci ab Octobri usque ad Junium (68) circumscdere (69), tentoriis circum muros amne transito localis: perspectaque difficultate expugnandi (70), timiditati quorundam obviandum arbitrati, omnes pariter proceres sacramento fecere obsidioni non ponendas serias quoad vel vi vel ingenio prenderetur civitas; et, ut quod intendebat facilius impleverit, castra cis fluvium constituerunt multa, quibus impositi milites castra (71) prætenderent. Aoxianus quoque civitatis admiratus, videns Francos non joco et jejune agere, sed civitatem serio impetere, Sansadolem filium ad Soldanum imperatorem (72) misit, **555** qui, Francorum audaciam exponens, suppeditas expeteret (73). Soldanus apud Persas qui apud Romanos Augustus, totius orientis et omnium Saracenorum rector. Quod ideo, ut æstimo, tamdiu manet et propagatur imperium, quod gens illa parum (ut dixi) bellicosa, et vivacis sanguinis inops, semel acceptum nescit dediscere servitium, ignorantque, ut Lucanus ait (74),

Ideo datos ne quisquam serviat enses.

At vero gens occidentalis, audax et effera, diturnam unius populi (75) dedignatur dominationem; sæpe se servitio exuens, et de uno in aliud transfrens. Denique Romanum imperium prius ad Francos, post ad Teutones declinavit; orientale apud Persas semper durat.

QUARE TURCI CHRISTIANOS URBIS INDIGENAS OCCIDERINT.

§ 361. Ad hujus igitur imperii principem Sansadoles missus, viam studio celerabat juvenili; pater interim, in custodia urbis, imperatorio non deerat muneri. Nec contenta virtus inclusorum sua tutari, nostros ultro lacebatur; crebro illos, et subito, pabulantes et nundinantes aggressa, nam, de inventis navibus pontem facientes, nundinas ultra fluvium constituerant (76). Ope igitur Christi pertinaces sumptis armis hostes audacter propellere, ut nunquam eos superiorem gloriam paterentur referre: cujus contumeliæ ultionem in Syros et Armenios, civitatis indigenas, Turci refundebant (77); balistis et petriis capita interemtorum

(68) *Ab Octobri usque ad Junium. Die 21 Octobris 1098 Junii 3, 1098.*

(69) *Circumscdere. s. c. d. e., circumdedere, a. l.*

(70) *Expugnandi. a. d. e. l., capiendi, s. c.*

(71) *Castra. c. o., excubias, a. s. d. l.*

(72) *Imperatorem. c. d. e., imperatorem Persidis, a. s. l.*

(73) *Expeteret. s. c. d. e.; orare, a. l.*

(74) *Ut Lucanus ait. Pharsalia, IV, 579.*

(75) *Populi. s. d. e.; gentis, l.*

(76) *Constituerant. d. e.; instituerant, a. s. c. l.*

(77) *Refundebant. a. d. e. l.; infundebant, s. c.*

§ 362. Et jam, devastatis omnibus circa urbem quæ ad victum poterant parari, temeraria fames, quæ tuta etiam expugnare solet, exercitum incensere cœperat; adeo ut, nondum surgentibus in altam segetem culinis, quidam siliquis fabarum nondum (78) adularum pro summis deliciis amplecterentur. Alii carnes jumentorum; alii coria aquis mollita, quidam carduos parum coctos per abrasas fauces utero dimittebant; quidam vel mures, vel talium quid deliciarum, poscentibus aliis venundabant, et esurire sustinebat prolato jejuno venditor auro. Nec defuere qui cadavera cadaveribus infarcirent, humanis pasti carnibus; longe tamen et in montibus, ne nidore carnis adustæ cæteri offenderentur. Plures, spe reperiendæ alimonie, ignotis vagabantur semitis; et a latrunculis, viarum gnaris, trucidabantur. Sed non multo post civitas deditioi consensit.

QUOMODO BOAMUNDUS TURCUM QUENDAM AD PRODITIONEM URBIS FLEXIT.

§ 363. Boamundus enim, solertis ingenii vir, ea parte qua prætendebat, principem quendam Turcum, maximæ turris custodem, promissis ingentibus ad proditorem per internuncios sollicitaverat (79). Ille quoque, ut infamiam proditiois insigni excusatione palliaret, Boamundo illum in obsidatum dedit; Christi edicto, quod per somnium didicisset, id se facere professus. Suos **557** igitur ad turrim Boamundus admovit, prius clandestino astu perpetuum a proceribus civitatis donum (80) nactus, si possit acquirere. Ita Franci, per lunæ scalæ nocte intempesta in murum eVecti, vexilloque Boamundi, quod vermiculatum erat, ventis in fas igio turris exposito, signum Christi ianum lætis fragoribus ingeminant, « Deus vult! Deus vult! » Turci experrecti, et soporis penuria inertes, fugam per angiportus invadunt: districtis nostri gladiis insecti, magnas de inimicis strages accervant. In ea fuga occidit (81) Aoxianus urbis admiratus, a quodam rustico Syro decollatus: caput ejus, Francis allatum, ridiculo et gaudio fuit.

DE ADVENTU TURCORUM.

§ 364. Nec diu opima victoria lætati, postero die Turcorum obsidionem extra muros ingemuere. Venerant illi a Sansadole invitati, (82) duce Corba-

(78) *Nondum. a. s. c. d. l.; omitt. in e.*

(79) *Principem quendam Turcum... per internuncios sollicitaverat. Phirouz, Syrus quidam apostata, hujus perfidiæ machinator.*

(80) *Donum. a. c. d. e. l.; dominum, s.*

(81) *Occidit. a. c. d. e. l. 2.; cecidit, s.; occidit, l. 1.*

(82) *Duce Corbaguath... trecenta millia, etc. In describendo Kerbogæ exercitu plerique Latini historiographi, auctor libri cui titulus Gesta (p. 17), Robertus monachus (p. 56), Baldricus (p. 111); Fulcherius Carnotensis (p. 392), Guibertus (p. 512), Guillelmus Tyr. (lib. VI, c. 3, p. 714), Bernardus*

guath satrapa orientali, qui ab imperatore Persidis A
 acceperat trecenta millia cum viginti septem admiratis. Horum sexaginta (83) in arcein urbis per scopulos ascendere, advocantibus eos Turcis qui adhuc ibidem remanserant. Itaque illi crebris excursibus Christianos potissimum fatigabant, nec erat ulla spes nisi in Dei auxilio; **558** cum bello infestatis cresceret inedia, inedia semper magnorum (85) comes prima malorum. Quapropter, triduo prius cum letaniis exacto jejunio, legatus Petrus heremita mittitur ad Turcos. Is familiari sibi eloquio ista prosecutus est (84), ut Turci Christianorum terras, quas olim pervaserant indebite, nunc evacuent voluntarie. Justum esse, ut sicut Christiani non infestant (85) Persidam, ita Turci non urgeant (86) Asiam. Proinde aut libenti discessu B
 nativum solum repetant, aut mane futuro bellum expectent; sortem per duos vel quatuor vel octo experiantur, ne periculum ad totum vergat exercitum.

QUOMODO CHRISTIANI TURCOS VICERINT.

§ 365. Non erat Corbagnath ejus facilitatis ut legatum dignaretur responso; sed scacchis Indens, et dentibus infrendens, inanem dimisit: hoc tantum dicto, Jam conclamata esse Francorum superbiam. Ille quoque concite rediens exercitum de insolentia Turci certiore reddidit. Tunc omnes se alterutrum animantes, etiam per præconem clamare fecere, ut quisque nocte illa equo suo pro posse præbendam porrigeret, ne sequenti die multiformibus gyris fatigatus deficeret. Jamque mane inclaruerat, cum, per acies dispositi, vexillis in hostem infestis procedunt. Primam turmam duxere duo Roberti, Normannus et Flandrensis, et Hugo magnus; secundam dux Godefridus; tertiam Podiensis **559** episcopus. Boamundus in extremo agmine incedebat (87), cæteris subsidio futurus. Raimundus in urbe remanserat, qui nostris receptui provideret, si necesse foret. Hoc Turci eminus conspicati, primo quid esset hæere. Mox cognito vexillo episcopi, quod eum maxime metuerent, quia illum papam Christianorum et incentorem bellorum dicitarent (88), antequam ferirentur, videntes quod nostri tam animose et incunctanter

procederent, terga dedere: alteri quoque, insperato exilientes tripudio, cedentes cecidere, quantum vel peditum illa vel equitum calcaria sufficere potuerunt. Persuadebantque sibi videre se antiquos martyres, qui olim milites fuissent, quique mortis pretio parassent præmia vitæ, Georgium dico et Demetrium, vexillis levatis a partibus montanis accurrere, jacula in hostes, in se auxilium vibrantes. Nec diffidendum est affuisse martyres Christianis, sicut quondam angelos Machabæis simili duntaxat causa pugnantibus. Reversi vero in prædam, tanta in castris illorum reperiri quæ cujuslibet avidissimi (89) exercitus satietatem possent vel temperare vel extinguere. Hoc prælium actum est anno incarnationis Dominicæ millesimo nonagesimo octavo, quarto kalendas Julii (Jun. 28); nam pridie Noas Julii (90) (Jul. 6) capta fuerat urbs. Mox, kalendis Augusti sequentibus (Aug. 1), Podiensis episcopus, Christianorum vexillifer, illius boni auctor præcipuus, communi mortalium conditioni feliciter manus dedit; et Hugo magnus, concessu ut aiunt heroum, Franciam rediit, causatus continuum viscerum tortionem.

560 § 366. (A. D. 1099.) Sed cum, sex (91) mensibus Anthiochiæ morati, præteritos labores tam diuturna quiete abstersissent, iter jam dudum inceptum resumere meditabantur. Primusque Raimundus, nullius unquam ignaviæ conscius, et cui semper cura (92) primum in procinctu militari esse, et post eum C
 Roberti et Godefridus, iter adorti (93); solum Boamundum florentissimæ civitatis aspectus et pecuniarum fames continuit, ut interim differret. Sed latebat sub cupiditate ratio persuasibilis, qua diceret Antiochiam non sine principe Turcis exponendam continuo involaturis. Residit ergo in urbe; et Raimundi homines, qui vicum unum tenebant, improbus exactor mœnibus depulit (94). At vero cæteri (95) per Tripolim, et Beritum, et Tyrum, et Sydonem, et Acaronem, et Calpham, et Cæsaream Palestinæ transeuntes, ibi a dextra dimittentes arriana, pervenerunt Ramulam; a quibusdam civitatibus gratanter excepti quarundam subjæctione virtutem suam insignientes. Non enim diutius moram protelari consilium erat, quod Aprilis mensis

Thesaurarius (c. 39, p. 695), non aliis utuntur D
 quam hisce locutionibus: *infinita multitudo, immensum agmen, innumeræ copiæ, innumeræ gentes.* Turcæ numero fuisse ducentorum millium ab Alberto Aquensi dicuntur (lib. iv, c. 10, p. 242); a Radulpho Cadomensi vero (c. 72, p. 301) quadringentorum millium equitum. (GIBB., *Dec. Rom. Emp.* VII, pp. 364-5.)

(83) *Sexaginta. d. e.; sexaginta millia, a. s. c. l.*

(85) *Magnorum. a. s. c. d. l.; omitt. in e.*

(84) *Petrus heremita... Is familiari sibi eloquio ista prosecutus est.* Willelmus Tyrensis (lib. i, c. 11) hunc sic describit: « Pusillus, persona contemptibilis, vivacis ingenii, et oculum habens perspicacem gratumque, et sponte fluens ei non deerat eloquium. »

(85) *Infestant c. d. e.; urgent, a. s. l.*

(86) *Urgeant. c. d. e.; infestent, a. s. l.*

(87) *Incedebat. a. d. e. l.; omitt. in s. c.*

(88) *Dicitarent. a. d. e. l.; dicerent, s. c.*

(89) *Avidissimi c. d. e.; avarissimi, a. s. l.*

(90) *Julii. c.; manu recentiori correctum Junii pro Junii. e.; Junii, a. s. d. l.*

(91) *Sex. a. c. e. l.; septem, s. d.*

(92) *Cura. a. s. c. d. e. l.; curæ rita, s. var. lect.*

(93) *Iter adorti. d. e., viam moliti, a. s. c. l.*

(94) *Depulit. a. d. e. l., expulit, s. c.*

(95) *Per Tripolim.* Maxima pars eorum itineris accuratissime exponitur a Maundrell, *Journey from Aleppo to Jerusalem* (p. 11-67).

erat, et campestris fruges in maturas messes coaluerant. Rāmula est civitatula, muro indiga, beati Georgii, si famæ credimus, martyrii conscia; cujus ibi ab antiquo fundatam ecclesiam Turci nonnihil deformaverant, tunc metu Francorum, subreptis omnibus suis, in montana dilapsi. Sequenti mane, dubio adhuc diei et noctis confinio, Tancredus nepos Boamundi, præstans animi miles, sumptis armis, et quidam alii, Bethleem pertendunt, **561** loca vicina explorare cupientes. Syri qui essent in loco, progressi obviam, lætitiæ suam desiderio lachrymante prodebant, salutem eorum pro paucitate nimirum metuentes; nam non multo plus quam centum milites venerant. At illi, supplicibus votis sacram ædem venerati (96), confestim Ierosolymam intentis animis invadunt. Turci quoque, pro fiducia virium mentibus efferati, foras exiliunt, in nostros aliquantisper arietantes; totus enim jam exercitus adventarat: sed mox, Francis annitentibus, summorum hostes claustrorum murarum objectu salutem suam tutabantur.

DE URBE IERUSALEM.

§ 367. De situ et positione Ierusalem nihil me dicere copia scriptorum admonet: nec necesse est ut in hoc campo nostra (97) exultet oratio; adeo sefè omnium notitiæ patet quod Josephus, quod Eucherius, quod Beda scripsere. Quis enim nesciat eam a Melchisedec Salem, a Jebuseis Jebus, a Salomone Ierosolymam vocatam? Quis non audierit quotiens, sub adverso Marte cadens, cives ruinis sepeliret suis, vel Nabugodonosor, vel Tito, vel Adriano agentibus? Adrianus ille fuit qui Ierosolymam, ex suo cognomine cognominatam Heliam, orbiculato et majori murorum ambitu ædificavit, ut locum sepulchri Dominici, quod olim extra fuerat, amplecteretur; nam et mons Sion intra urbem receptus, pro arce supereminet. Fons intra nullus (98), sed cisternis ad hoc **562** præparatis colliguntur latices siti civium profuturi; quod ipsius urbis situs, supercilio ab aquilone montis Sion incipiens, ita sit molli clivo dispositus, ut pluvia ibi decidens nequaquam lutum faciat, sed instar fluviorum vel cisternis excipiat, vel per portas defluens torrentem Cedron augeat. Ibi templum Domini et templum quod dicunt Salomonis, quibus incertum auctori-

bus ædificata, Turcorum celebri frequentia colebantur; templum præsertim Domini, quod quotidianis venerabantur excubiis, Christianosque ingressu arceant, simulachro Mahumet ibidem collocato. Ibi decenti (99) opere compacta ecclesiæ sancti sepulchri capax, a Constantino Magno ædificata, nullam unquam ab inimicis fidei tulit injuriam; metu, sicut conjicio, pro igne cœlesti percussis, qui quotannis in vigilia Paschæ lampadibus serenens infulget. Quod miraculum quando cœperit, vel si ante tempora Saracenorum (100) fuerit, nullius historiæ cognitione discernitur. Legi ego in scripto Bernardi monachi (1), quod abhinc annis ducentis quinquaginta, id est, **563** anno incarnationis octingentesimo septuagesimo, idem, Ierosolymam profectus, ignem illum viderit; hospitatusque fuerit in xenodochio quod ibidem (2) gloriosissimus Karolus magnus construi jusserat, ubi et bibliothecam ingentis expensæ compegerat. Tantamque et Ægypti et per id locorum, commemorat pacem Christianos sub Turcorum dominio habuisse, ut si alicui vianti in mediis forte triviis jumentum quo necessarium veheret defungeretur, ille, relictis sarcinis (3), ad proximam urbem expeditus pro auxilio pergeret, omnia quæ dimiserat illibata proculdubio reperturus. Nullus tamen ibi Christianus alienigena secure vivere, pro exploratorum suspicione, poterat, nisi sigillo imperatoris Babylonii fretus: indigenæ pacem Turcorum tribus annis talentis vel bizantiis redimebant. Veruntamen quia Bernardus Theodosii tunc patriarchæ nomen non tacet, ipsa me monet occasio ut omnium patriarcharum nomina proponam.

NOMINA PATRIARCHARUM IERUSALEM.

§ 368. Jacobus frater Domini, filius Alpei (4); Simeon filius Cleophæ, consobrinus Christi (Cleophas autem fuit frater Joseph); Justus, Zachæus, Tobias, Benjamin, Johannes, Machabeus, Philippus, Seneca, Justus, Levi, Effrem, Justus (5), Judas (hæc quindecim circumcisi fuerunt); Marcus, Cassianus, Publius (6), Maximus, Julianus (7), Gaius (iste primus celebravit Pascha et Quadragesimam more Romanorum); Symacus, Gaius, **564** Julianus, Capito, Maximus, Antonius, Valens, Docilianus, Narcissus, Dios, Germanio, Gordius, Alexander, Ma-

(96) *Illi supplicibus... venerati.* Ecclesia S. Marie Bethleem intra parietes quamdam speluncam continebat in qua natus esse Christus tradebatur. (Vide Bedam, *De locis sanctis.*)

(97) *Nostra. a. d. e. l. mea, s. c.*

(98) *Fons intra nullus.* Ierosolymæ tantum erant torrens Cedron, æstivo tempore siccus, rivulusque, cui nomen fons Siloe (RELAND, tom. I, pp. 294, 300). Perennis cujusdam fontis, aquæductus, et pluvialis aquæ cisternarum a Tacito mentio fit. Aquæductus a rivulo Tekoe, seu Etham incipiebat, de quo etiam loquitur Bohadin (in *Vita Saladini*, p. 238.)

(99) *Decenti. s. c. e., tereti, a. d. l.*

(100) *Saracenorum. s. d. e., paganorum, l.*

(1) *Legi ego in scripto Bernardi monachi.* Bernardus duobus cum sociis, ab Italia in Alexandriam

navigavit, unde terra iter fecit in Ierosolymam an. 870. Eorum itinera edita sunt a Mabillone in *Act. Benedictinorum*. Brevis est relatio, sed plura continet magni momenti. Est etiam hujus operis manuscriptus codex bonæ notæ in Britannico Museo (Bibl. Cott. *Faust. B. 1*), ubi, scribentis errore, a. D. 970 inscribitur, quod manifeste erroneum est, nam Bernardus Ludovicum Italiæ regem tanquam adhuc viventem nominat, qui an. Dom. 979 obiit. (SHARPE, 428.)

(2) *Ibidem. a. d. e. l., idem, s. c.*

(3) *Sarcinis. e., sarcinis, a. s. c. d. l.*

(4) *Alpei. c. d. e., Joseph, a. s. l.*

(5) *Justus. c. d. e., Jesse, a. s. l.*

(6) *Publius. a. s. c. e. l., Publicus, d.*

(7) *Julianus. a. s. d. e. l., omitt. in c.*

zahanus, Irmeneus, Zabdas, Ermon, Macharius (hujus temporibus inventa est sancta crux ab Helena) (8); Ciriacus, Maximus, Cirillus (iste construxit ecclesiam sancti Sepulchri et montis Calvariae, et Bethleem et vallis Josaphat). Ili omnes vocati sunt episcopi. Post hos surrexere patriarchæ: Cirillus, protus patriarcha; Johannes, Prailius (9), Juvenalis, Johannes (10), Zacharias (in cuius tempore (A. D. 614.) venit Chosdroe (11) rex Persarum Ierusalem, et destruxit ecclesias Judææ et Ierusalem, et occisa sunt ab exercitu suo triginta sex millia Christianorum); Modestus (iste constitutus est patriarcha ab Heraclio imperatore postquam reversus est victor de Perside); Sofronius (cujus temporibus venerunt Saraceni, et ejecerunt Christianos omnes de Ierusalem, excepto patriarcha, quem ob reverentiam sanctitatis ibi dimiserunt. Illud fuit tempus quo Saraceni totam Ægyptum, et Africam et Judæam, et Hispaniam, et Balcares insulas pervaserunt. Partem Hispaniæ abstulit iis Karolus magnus; reliquas (12) et omnes quas nominavi terras possident usque hodie, annis abhinc circiter quingentis); Theodorus (13), Illia, Georgius, Thomas, Basilidis (14), Sergius, Sælomontos, Theodosius: 565 hunc Theodosium fuisse abbatem Bernardus memorat, et raptum de monasterio suo, quod distabat ab Ierusalem quindecim millibus, et factum fuisse patriarcham Ierosolymæ; tunc Michaellem (15) dicit (16) fuisse patriarcham Babylonis super Ægyptum, translato patriarchatu Alexandriæ in Babylonem: Illia, Sergius, Leonthos, Athanasius, Christodolus, Thomas, Joseph, Orestes (in cuius tempore (A. D. 1009) venit Achim Soldanus de Babylonia, nepos Orestis patriarchæ, misit exercitum suum Ierusalem, et destruxit omnes ecclesias, scilicet quatuor millia; et avunculum suum patriarcham adduci fecit Babyloniæ et ibidem occidi); Theofilus, Niceforus (hic (A. D. 1048) ædificavit ecclesiam (17) Sancti Sepulchri quæ nunc est favente Achim Soldano); Sofronius (in cuius tempore Turci Ierosolymam venientes (A. D. 1059), pugnaverunt cum Saracenis et omnes interfecerunt, et obtinuerunt civitatem; Christiani autem remanserunt ibi sub dominio Turcorum); Euthimius (18), Simeon: hujus tempore venerunt Franci et expugnaverunt

A Ierosolymam (A. D. 1099), et liberaverunt eam de manibus Turcorum et regis Babyloniæ.

§ 369. Anno igitur Ierosolymitanæ peregrinationis quarto, post captam Niceam tertio, post Antiochiam secundo, obsessa est a Francis Jerusalem (A. D. 1099); urbs bellorum maxima merces, blandimentum laborum, supremæ spei viaticum. Erat tunc Junii mensis dies septimus; nec quicquam sibi obsessor verebatur in cibatu vel in potu, quod messis in agris, uvæ in vineis, maturaverant: sola jumentorum cura erat miserabilis (19), 566 quæ pro qualitate loci et temporis nullo sustentabatur irriguo; nam et fontis Siloe recessus, qui horis incertis dulcibus scatet aquis, tunc calor solis ebebrat. Fons ille, si quando pluvialibus pascitur aquis, B torrentem Cedron auget, indeque undivomo impetu in vallem Josaphat decurrit; sed hoc admodum raro, quia nullus ejus augmenti vel decrementi serius (20) est terminus: quocirca nostros, ad aquationem jumentorum crebro dispersos, hostes e cavernis egredientes inopine cadebant. Interea dæces suo quisque muneri; Raimundus vero turri Davidicæ (21) impiger assidebat. Hæc, ab occasu solis urbem maniens, ad medium fere tabulatum quadratorum lapidum plumbo infuso compaginata, omnem metum obsidentium paucis intus defendentibus repellit. Itaque videntes urbem ad capiendum, propter præsertim montium et firmitatem mœnium et ferocitatem hostium, difficilem, machinas fieri præcepere: et præ C quidem, obsessionis (22) die septimo, fortissimè scalis erectis tentarunt, in resistentes volaticas moliti sagittas; sed quia erant scalarum paucæ, ascendentes damnosæ, quod vulneribus expositi undique nulla parte protegerentur, consilium mutarunt. Unum fuit machinamentum quod nostri Sæens, veteres Vineam vocant; quod machina levis lignis colligata, tecto tabulis crathibusque contexto, pateribus crudis coriis munitis (23), protegit in se subsidentes (24), qui, quasi more suis, ad murorum suffodienda penetrant 567 fundamenta. Alterum fuit, pro lignorum penuria, urris non magna, in modum ædificiorum facta: Berfreid appellant, quod fastigium murorum æquaret. Hoc machinamentum, dum fieret, moram obsidioni dedit pro fabricatorum inscitia et lignorum inopia (25). Et jam quartusde-

(8) *Ab Helena. c. d. e., a beata Helena, a. s. l. D*

(9) *Prailius. a. s. c. e. l. 1, Julius, d.*

(10) *Johannes. a. c. d. e. l., Julius, d. deest in s. l. 2. — Nullus hujus nominis patriarcha hac ætate notus. Anastasius Juvenali successit (a. D. 458). Nomina undecim successorum patriarcharum usque ad Zachariam a. D. 458 (609) a Malmesbusiensi omluntur.*

(11) *Chosdroe. d. e., Cosdroe, a. c. l., Cosrel, s. — Chosroes II rex Persarum.*

(12) *Reliquas. d. e., reliquam a. s. c. l*

(13) *Theodorus. Defuncto Sophronio (a. D. 44), Ecclesia Ierosolymitana vacua remansit usque ad annum 705; quo Joannes V successit, quem Theodorus secutus est, a. D. 754.*

(14) *Basilidis. d. e., Basilus a. s. c. l.*

(15) *Michaellem. d. e., etiam patriarcham Michaellem. s., etiam Michaellem, a. c. l.*

(16) *Dicit. a. d. e., dicunt, s. c., diem, l.*

(17) *Ecclesiam. d. e., casam, a. s. c. l.*

(18) *Euthimius. a. c. e. l., Eubinnus, d., Cuthimus, s.*

(19) *Miserabilis. a. s. c. d. e. l., miseris s. (var. lect.)*

(20) *Serius. a. c. e. l., certus, s. d.*

(21) *Turri Davidicæ. Turris Davidica vetus erat Turris Psephina, ex Nebulosa; dicebatur etiam Castellum Pisanum ex patriarcha Daiumberto (D'Arvillæ, pp. 14-25).*

(22) *Obsessionis. s. d. e., obsidionis l.*

(23) *Munitis. a. d. e. l., communis, s. c.*

(24) *Subsidentes. s. c. d. e., subsistentes, a. l.*

(25) *Inopia. c. d. e., penuria, a. s. l.*

cimus dies Julii volebatur, cum hi admotis vineis murum suffodere, hi turrim promovere cœpere: quod ut opportunius fieret, membratim disjunctam ad muros tulere; ibique, prope quantum a jactu sagittæ cavere poterant compaginatam, rotarum volubilitate muro pene conjungere. Interea funditores lapidibus, sagittarii jaculis, arcubalistæ telis, quisque suum exercentes (26) officium, instare, et propugnantes de muro submovere; milites quoque virtute incomparabiles turrim ascendere, æquo jam pene Marte telis et lapidibus in hostes agentes. Nec illi feriis vacabant, sed, omnem virtuti salutem committentes, adipem et oleum ignitum in turrim et in milites fundibalis jaculabantur, multorum mortibus sui voti se compotes gloriantes. Ita toto illo die certatum, ut neutra pars se victam putaret. Sequenti die, qui erat quintus decimus Julii, ad suprema ventum: namque Franci, pridant certaminis eventum eruditiores, fasces oleagine succo vividas in turrim muro proximam et ejus custodes jecerunt. At flamma, vento agente in comas erecta, primo ligna, mox (27) lapides corripens, custodes effugavit. Quin et tigna quæ Turci e muro pendula dimiserant, ut turrim, si populus admoventur, reducto nisu brachiorum arietando effringerent, Franci funibus desectis ad se traxere; et de machina in murum jactis, cratibusque 568 constratis, pontem, qui turrim et moenia continuaret, fecere. Ita perfidis versum in exitum quod paraverant ad remedium. Tum vero, et fumeis flammarum globis, et nostrorum audacia, hostes infracti fugam ineunt. Alteri (28) in murum, et inde in urbem progredientes quantum illa exigebat animorum lætitia, manibus egere. Et hæc quidem victoria in parte Godefridi et duorum Robertorum evenit. Ignorabat hoc Raimundus donec fugitivorum clamor, et se de muro ultro præcipitantium timor, (qui, dum mortem fugiunt, mortem invadunt,) urbem captam prodidit. Quod intuitus, strictisque gladiis in fugitivos (29) irruens, quantum animositati suæ sufficere judicavit, injurias Dei ultum ire festinabat. Quingentos quoque Æthiopus, qui, in arcem David refugit, claves portarum, pollicita membrorum impunitate, tradiderant, spectato pacis commodo præsentis, incolumes Ascalonem dimisit. Nec ullum erat Turcis refugium, ita et supplices et rebelles insatiabilis ira victorum consumebat. Decem millia in templo Salomonis interfecta; plura ex fastigiis templorum et arcis præcipitata. Post hæc cadavera cumalata, igne immisso, in aerium resoluta sunt

(26) *Exercentes.* a. s. c. d. e. l.; *exercens.*, s. (var. lect.)

(27) *Mox.* a. d. e. l., *postea*, s. c.

(28) *Alteri.* a. d. e. l., *alii*, s. c.

(29) *Fugitivos.* c. d. e., *fugientes*, a. s. l.

(30) *Godefridus in regem eligitur.* Devotus hic crucis servus et insignia regie dignitatis recusavit in civitate: ubi Salvator spinis coronatus fuerat: non alio titulo insigniri voluit quam sancti Sepulcri Defensoris et Baronis.

(31) *Dilato interim*, etc. Urbanus papa ocuis vita

A elementum, ne, sub divo in tabem fluentia, inerti attraherent contagia mundo. Ita cæde infidelium expiata urbe, sepulchrum Domini, quod tandiu desideraverant, pro quo tot labores tulerant, supplicibus cordibus et corporibus expetierunt. Quot ibi precum thurificatione cœlum incenderint, quot lacrymis Deum in gratiam revocaverint, nullus unquam, profiteor, evolveret: nec si veterum pompatica eloquentia procederet; non si Orpheus, 569 qui vocalibus sordibus auritus, ut dicitur, seopulos flexit, resurgeret. Cogitetur igitur potius quam dicatur.

§ 370. Illud insigne continentie in omnibus optimatibus exemplum fuit, quod nec eo die, nec consequentibus, quisquam respectu prædæ avocavit animum quin cœptum persequerentur triumphum. B Solus Tancredus, intempestiva cupidine occupatus, quædam pretiosissima de templo Salomonis extulit; sed postmodum, sua conscientia et aliorum conventus colloquio, vel eadem vel appreciata loco restituit. Tum quicumque egenus vel domum vel aliquas divitias lavasit; nunquam ulterius ullius locupletis tulit convitium, sed semel possessa in jus adoptavit hæreditarium. Nec mora, prælucidum illud Christiane nobilitatis specular, in quo velut in splendido lacnari omnium virtutum repercutiebatur jubar, Godefridus, in regem eligitur (30), omnibus non ignava spe conferentibus, nullo modo posse decentius prospici ecclesie utilitatibus; dilato interim (31) de patriarcha consilio, qui Romani papæ deberet substitui iudicio.

C § 371. At vero Babylonis imperator, non illius quæ, a Nembroth facta, a Semiramide aucta esse asseritur (32); sed illiusquam Cambyses Cyri filius ædificavit in Ægypto, in loco ubi quondam fuerat Thapuis, — imperator ergo Babylonis, diu 570 conceptas in Francos iras parturiens, misit duces militie qui eos de regno, ut dictitabat, suo propelleret (33). Ille, præcepta maturans munia, cum audisset captam Jerusalem, majori cura stimulavit negotium, quanquam ante nihil segnitiei admisisset. Eratque barbaro animus ut Christianos in Jerusalem obsideret; et, post victoriam quam jam mente somniabat falso præsaus, sepulchrum Domini a fundo erutum dilapidaret. Nostri, qui nihil minus diligenter quam obsidiales ærumnas denuo perpeti (34), sumpta ex Dei parte audacia, ex urbe versus Ascalonem prodeunt, obvia hostibus inferentes pectora; portabantque secum partem Dominici ligni, quam quidam Syrus civis Jerosolymitanus avita successione domi custoditam propalaverat. Felix plane et

functus est quam ut memorabili hoc eventu gaudere posset; obiit enim die 29 Julii 1099, quarto decimo die post captam occupatamque Jerosolymam. Daimbertus, Pisanus archiepiscopus, Jerosolymæ patriarcha absque competitore institutus est. (Vide Guillelmum Tyr. lib. ix, c. 15-18: et lib. x, 4, 7, 9.)

(32) *Esse asseritur.* d. e., *nunc asseritur deserta*, a. s. c. l.

(33) *Propelleret.* s. d. e., *perturbaret* l.

(34) *Perpeti.* s. c. d. e., *experiri*, a. l.

fidele furtum, ut toto tempore Turcis celaretur mysterium! Ingentem ergo prædam pecorum et pecudum secus (35) Ascalonem nacti, generale proposuerunt edictum ut omnia in patulis campis relinquerent, ne postero mane pugnaturis impedimento forent: satis superque se prædam habituros si vincerent, dummodo expediti divinas ulciscerentur injurias. Itaque mane jam exercitu prædeunte (36), videres, supero credo instinctu, cornibus erectis pecora lateribus militum obambulantia, nec ulla posse abigi violentia: quod ennius hostes intuiti, et solaribus radiis visus hebetati, animis ante prælium conciderunt, quod crederent innumeram esse adversariorum manum; quamvis ipsis non deesset militaris copia multo exercitio ad prælium præparata. Lentius itaque procedentes, Francos, bipartito **571** agmine et sinuatis alis, includere conati sunt; sed duces, et maxime Robertus Normannus, qui antesignanus erat, arte artem, vel potius virtute calliditatem eludentes, sagittariis et peditibus deductis, medias gentilium perruperunt acies. Eques quoque Lotharingus, qui in extremo agmine cum domino suo erat, a lateribus involitans, libertatem fugæ et campos abstulit omnes. Ita Turci, (37) ab anterioribus penetrati et ab exterioribus inclusi, ad voluntatem (38) victorum cæsi sunt; reliqui, noctis quæ imminabat beneficio, liberati. Multum aureæ supellectilis in eorum castris inventum; multum gemmarum, quarum raritas in nostris regionibus incognita, ibi nativo decore refulgurat: nec ulla victoria lætior fuit Christianis, quod incruenti opima retulere spolia.

§ 372. Jerusalem itaque reversi, cum stativa multorum dierum requie vires reformassent, quidam, aspirantes in natalis soli desiderium, marinum adornarunt reditum. Soli Godefridus et Tancredus remanserunt; prædicabiles profecto principes, et quorum titulis nullas unquam affliget metas postera, si rectum iudicet, ætas: viri, qui ab extremo Europæ frigore in importabiles se Orientis calores immerserunt, vitæ suæ prodigi dummodo Christianitati laboranti concurrerent (39); qui, præter metum barbaricorum incursum, semper pro incommoditate ignoti poli (40) suspecti, securitatem quietis et sanitatis in patria contempserint, et pauculi numero, tot inimicorum urbes fama et effectu virtutum presserint; memorabili fiduciæ Dei exemplo, ut illic non dubitarent **572** subsistere, ubi vel pestifero afflarentur aere vel Saracenicæ occiderentur rabie. Cedant ergo poeta-

A rum præconia; nec priscos heroas vetus attollat fabula. Nihil unquam horum laudi comparabile ulla genere secula: nam, et si qua illorum fuit virtus, in sepulchrales favillas post mortem evanuit; quod potius in mundialis pompæ fumum, quam in ullius boni solidum, effusa fuerit. Istorum autem fortitudinis sentietur utilitas, et ostendetur dignitas, quamdiu orbis volubilitas et sancta vigeat Christianitas. Quid vero de disciplina et abstinence totius exercitus dicam? Nulla ibi ventris ingluvies, nulla fuit penis illuvies, quæ non continuo vel ducum auctoritate (41) vel episcoporum sermone corrigeretur. Nulla prædaudi per terras Christianorum cupido; nulla inter se controversia quæ non facile, mediatorum iudicium cognitione, recideretur. **B** Quapropter, quia tam ordinati exercitus laus ad prælatorum redundat gloriam, singulorum procerum facta et exitus scripto insigniam; nec quicquam veritatis secundum relatorum incorum credulitatem subtraham. Nullus vero, cui amplior provenit gestorum notitia, me pro incurioso arguat; quia trans oceanum Britannicum abditos vix tenui murmure rerum Asiaticarum fama illustrat.

DE GODEFRIDO.

§ 373. Initium ergo laudum rex Godefridus occupat (42), qui Eustachii comitis Bononiensis, de quo tempore regis Edwardi dixi, filius, materno excellentior genere, ad Karoli magni spectabat lineam. Siquidem mater, Ida nomine, Godefridi antiqui Lotharingorum ducis filia, habuit fratrem, **573** a genitoris nomine Godefridum dictum, cognomento Bocardum. Illud fuit tempus quando Robertus Friso (de quo superius locutus sum), mortuo Florentio Frisæ duce, uxorem ejus Gertrudem duxit; privignum Theodoricum in successionem ducatus provehens. Non tulit hoc Bocardus, sed, Frisonem expellens, regionem suis voluntatibus (43) addixit: utius se ille insidiis, qui non posset præliis, per Flandritas suos sedentem ad requisita naturæ (44) extinxit, ferro per verenda immisso. Ita privignus beneficio victrici successit ducatus. Uxor hujus Godefridi fuit Matildis Marcisa, quam superior liber prædicat: quæ, **D** mortuo marito, ducatum impigre contra imperatorem retentavit, maxime intra Italiam; nam Lotharingiam et inferiores terras imperator obtinuit. Ida vero (45), ut dicere cœperam, magnis spebus ad comitatum Lotharingorum (46) petendum filium Godefridum erexit: namque seniori filio Eustachio

(35) Secus. c. d. e., juxta, a. s. l.

(36) Prodeunte. s. c. d. e., procedente, a. l.

(37) Ita Turci... cæsi sunt. s. c. d. e. l., omitt. in a. — Prælium apud Ascalonem A. D. 1099, Aug. 12 commissum est.

(38) Voluntatem. s. c. d. e., satietatem l.

(39) Concurrerent. a. c. d. e. l., succurrerent s.

(40) Ignoti poli. c. d. e., igniti poli, a. l., ignoti populi, a.

(41) Auctoritate. s. d. e., austeritate l.

(42) Occupat. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(43) Voluntatibus. a. c. d. e. l., voluptatibus, s.

(44) Requisita naturæ. d. e., secreta naturæ, s. c., necessaria, a. l.

(45) Vero. d. e. l., ergo, a. s. c. e. 2, l.

(46) Lotharingorum. a. s. c. d. e. 2, l., omitt. in e. l.

hæreditas paterna obtigerat; minor, Baldwinus, A diu distulisse (52); indoluisse Godefridum viso, et pueriles adhuc annos terebat. Godefridus, habilem ad arma ætatem nactus, imperatori Henrico (de quo proximus liber loquitur) militiam suam consecravit. Ingentibus ergo sudoribus ejus in se transferens amicitiam, egregia liberalitate Cæsaris totam pro stipendio accepit Lotharingiam. Unde factum est, ut, orta inter papam et Henricum similitate, cum eo ad oppugnandam Romam profectus, eam partem muri (47) quæ vigiliis suis observabatur primus prorumperet, magnam fenestram irrupturis aperiens. Ita potissimum sudans, et præservidis venis suspiriosus, cellarium 574 subterraneum, quod forte se discursanti (48) obtulerat, ingressus est: ibi, cum nimio vini haustu intemperantiam sitis placasset, febrim quartanam iniit. Dicunt alii venenato Falerno invecum; quod soleant Romani, et illius terræ homines, totis infundere toxica tonnis. Alii, ei partem illam mœnium sorte obtigisse ubi Tiberis influens mane sævas exhalat nebulas, quarum pernicie omnes milites ejus præter decem interiisse; ipsum, amissis crinibus et unguibus, dubie convaluisse. Verumtamen, quodlibet horum fuerit, constat eum nunquam continuæ sed lentæ febris incommodo vacasse; donec, audita fama viæ Ierosolymitanæ illuc se iturum vovit si Deus propitiis ei salutem (49) largiretur: quo voto emisso, ita ducis vires refloruisse, ut nodosos integer artus, et spatioso erectus pectore, quasi squalentibus annis exutus, recenti emicaret juvena. C Quare, divinis beneficiis in se conluentibus responsurus, Ierosolymam ivit vel primus vel cum primis, magnas in bellum trahens catervas; et quamvis durum et exercitatum militem haberet, nullus tamen eo vel prior in congressu, vel promptior in effectu, habebatur. Denique notum est, quod Turcum, in Antiochena obsidione pugnam singularem poscentem, medium a lateribus gladio Lotharingo dissecuerit; et jam palpitabat arvis mediætas hominis, cum alteram cornipes volucris cursu asportavit, adeo firme nebulo insederat; alterum, æque (50) congressum, librata in caput spatha a vertice ad inguina diffidit; nec adhuc ictus horrendus steterit, sed sellam et spinamæqui penitus disciderit (51). Audivi veracem hominem referentem vidisse se 575 quod subjiciam: In ipsa obsidione militem ducis pabulari progressum, et a leone invasum, objectu clypei mortem aliquan-

A diu distulisse (52); indoluisse Godefridum viso, et venabulo feram transfodisse: illam sauciam, et dolore acrius sævientem, in principem irruisse, adeo ut ferro quod extabat e vulnere tibiam ejus læderet (53); et, nisi properasset gladio belluam eviseccare, illud virtutis specimen potuisset dente ferino interire. His successibus clarus, in regem Ierosolymæ levatur; propterea quod esset genere et virtute conspicuus, nec tamen superbus. Parvum admodum et finibus angustum fuit regnum, quod, præter paucas in circuito villas, nullas pene (54) urbes haberet: nam et infesta regis valetudo, quam statim post bellum Babylonicum incurrerat, ferias bellis dedit, ut nihil acquireretur; et divina solertia barbaricas aviditates toto illo anno probe compescuit, ut nihil amitteretur. Fama est regem otii desuetudine febrim antiquam nactam fuisse: sed ego conjicio Deum placitam sibi animam, et tot laboribus emeritam, in melius regnum transferre voluisse mature, ne malitia mutaret animam ejus (55), aut fictio deciperet intellectum illius. Igitur, rota temporis referente annum regni spatium, placida morte resolutus (Jul. 18 A. D. 1100), et sub Golgothana rupe (56) tumultus est. Rex invicti sicut in ferrum sic in mortem animi, qui lachrymas astantium sæpe benignus coercuerit; interrogatusque de successore, neminem nominatim, sed eum (57) qui dignus 576 foret, pronuntiavit: nec unquam regium insigne ferre sustinuerit, professus unicam (58) esse arrogantiam si coronaretur ipse ad gloriam in ea urbe qua Deus coronatus fuerat ad contumeliam. Obiit quintodecimo kalendas Augusti (59).

DE BALDEWINO.

§ 374. Eo defuncto, Tancredus et alii proceres Baldwinum, fratrem ejus, futurum regem pronunciant, qui tum in Mesopotamia morabatur; nam Eustachius senior, qui cum Godefrido Ierosolymam venerat, jamdudum hæreditarium solum repetierat. Baldwinus actus integra et brevi veritate apponentur, fidei soliditate accommodata dictis Fulcherii Carnotensis (60); qui, capellanus ipsius, aliquanta de ipso scripsit, stylo non quidem agresti, sed, ut dici solet, sine nitore ac palæstra, et qui alios admonere potuit ut accuratius scriberent. Baldwinus igitur, iter sanctum cum cæteris adorsus, multos milites habuit indolis suæ complices; quibus fretus, novos sibi exercitus ipse mo-

p. 315.)

(57) Sed eum. c. d. e., sed tantummodo eum, a. s. l.

(58) Unicam. a. c. d. e. l., nimiam, s.

(59) Obiit quintodecimo kalendas Augusti. a. s. e. l., omitt. in c. d.

(60) Fulcherii Carnotensis. Fulcherii relato (*Historia Hierosolymitana* ab anno 1095, ad an. usque 1127) edita est in opere *Gesta Dei per Francos*, et in Duchesne, *Hist. Franc. Scriptor.*, tom. IV, p. 816. Multa ex hoc fonte hausisse videtur Malmesburiensis.

(47) *Muri*. a. d. e. l., omitt. in s. c.

(48) *Discursanti*. s. d. e., *discurrenti* l.

(49) *Salutem*. s. d. e., *sanitatem* l.

(50) *Æque*. a. c. d. e. l., *equo*, s.

(51) *Nec adhuc... disciderit*. a. s. c. d. e. l., omitt. in e. l.

(52) *Distulisse*. s. d. e., *propulsasse*, l.

(53) *Læderet*. s. d. e., *sauciaret* l.

(54) *Pene*. a. d. e. l., omitt. in s. c.

(55) *Ejus*. c. d. e., *ipsius*, a. s. l.

(56) *Golgothana rupe*. Golgothana ecclesia intra parietem continebat rupem in qua crux infixæ est ad peragendam crucifixionem. (Beda, *De locis sanctis*,

liri, splendidas occasiones aucupari, quibus virtus A eritescere posset. Denique, non contentus communi omnium laude, trium dierum ab Antiochia spatio a reliquis discedens, Tarsum, Ciliciæ urbem nobilem, voluntate civium suscepit (61); Tarsum, Pauli quondam apostoli alunam, in cuius honore ibi ecclesia episcopatus cernitur. Voluntarie Tarsenses se ejus clientelæ subdidere, quod essent Christiani, et ipsius patrocinio se **577** sperarent a Turcis protegi. Certatim itaque Cilices in ejus jus transiere; maxime post Turbell deditum (62), quod est oppidum natura munitum (63) cujus nutum inferiora spectarent castella: quo, ut dixi, dedito, cætera ejus judicium secuta. Nec solum Cilicia, sed et Armenia et Mesopotamia familiaritatem ejus (64) appetivere: erant enim hæc terræ pene Turcorum dominio liberæ, sed inequitationibus infestatæ. Quare dux Edessæ urbis, qui et civium odio et hostium gladio premeretur, literas necessitatis suæ interpretes Baldewino misit: veniret ergo quantocius, adoptionis præmio laborem veniendi consolaturus, namque ipse sexus utriusque prole carebat. Ea est urbs in Mesopotamia Syriæ ubere glebæ reddito et negotiatorum mercimoniis nominatissima, distans ab Euphrate viginti milliariis, ab Antiochia centum: Edessam Græci, Syri Rotasium dicunt. Ita Baldewinus, exacto a legatis fidelitatis sacramento, cum octoginta (65) solum militibus Euphratem transfretavit; spectaculo mirando, seu dicere velis fortitudinis, seu temeritatis, ut inter circumfusas barbarorum nationes, quas alter haberet vel pro gente vel pro incredulitate suspectas, cum tantillo exercitu non hæsitaret procedere. Et ab Armeniis quidem et Syris grato (66) excipiebatur gaudio, et indulgenti fovebatur hospitio, cum crucibus et candelabris per tramites occurrentibus. Turci autem, posterius agmen tentare aggressi, solertia Baldewini omnibus frustrati sunt insidiis; Samosathensis exemplum fugæ facientibus. Samosatha est civitas ultra Euphratem, **578** de qua fuit (67) Paulus Samosathenus, (68) cujus hæresim confutatam in historia Eusebii (69) leget qui volet: hanc etiam, si bene occurrit memoriæ, dicit Josephus obsedis Antonium quando ad eum Herodes venit. Hujus igitur urbis incolæ D Turci, qui primi fuissent in Francos audaciæ in-

(61) *Suscepit.* c. d. e., *recepit*, a. s. l.

(62) *Deditum.* d. e., *flexum*, a. s. c. l.

(63) *Munitum.* a. d. e. l., *invictum*, s. c.

(64) *Ejus.* d. e., *viri*, s. l.

(65) *Octoginta.* a. c. d. e. l., *sexaginta novem*, s.

(66) *Grato.* a. s. c. d. e. 2. l., *gratato*, e. l.

(67) *Fuit.* a. s. c. d. e. 2., *omitt.* in e. l.

(68) *Paulus Samosathenus*, Antiochensis episcopus A. D. 260. Ille magis arridebat ducenarii quam episcopi titulus. Ejus sectatores, non secus ac Noetiani et Sabelliani, eodem ævo, mysteriosam divinorum personarum distinctionem admittere recusabant. E sua sede pulsus et honore privatus est an. 270, sententia octoginta episcoporum, et insuper officio suo ab Aureliano destitutus an. 274 (Mosheim, *Ec-*

centivum, primi defectionis dedere auspiciam. Itaque Baldewinus, tuto Edessam perveniens, nihil inferius quam sperabat invenit (70); nam et invitatoris (71) profuso favore susceptus, et non post multum tempus, illo a perfidis civibus dilanato, legitimum urbis ducatum adeptus, toto tempore quo Franci apud Antiochiam et Jerosolymam laboraverunt non immunis bellorum fuit, frequentibus assultibus hostes contristans suos. At vero Novembri mense admonitus a Boamundo principe Antiochiæ ut iter Jerosolymæ jam tandem experirentur, protectionem composuit; propulsatisque solo candidi vexilli visu (quod insigne in prælio habebat) Turcis, qui sperato ejus discessu pacem læserant, a dextra relinquens Antiochiam, venit Laodiciam. B Ibi liberalitate Raimundi comitis, qui ei civitati principabatur, tenui pretio sufficientiam stipis mercatus, Gibello transito recentibus vestigiis Boamundum insecutus est, qui eum fixis tentoriis *operiebatur*. Junxit se cum eis communione viæ Daibertus Pisanus archiepiscopus, **579** qui navigio multis sibi sociatis civibus Laodiciam applicuerat; et præterea duo alii episcopi. Ita junctis agminibus computabantur, æstimatione librata, esse viginti quinque millia: quorum multi, terras Saracenorum ingressi, pro charitate mercimonii fame conelasi; multi ex equitibus in pedes mutati, equis inedia interceptis. Accedebat miseris inebrium abundantia, quod in illis terris quasi præcipiti torrente pluvia C hybernis duntaxat mensibus inundet; *itaque pauperes* (72), carentes mutatoris, *algido rigore moriebantur*, quampluribus diebus nulli tecto succedentes. Et hujus quidem calamitatis nullum erat remedium, quod et tentoria et ligna deficerent. At vero famem nonnihil levabant, arundines mellitas continue dentibus terentes, quas *cannamellas* (73), nomine composito ex canna et melle, vocant. Sic bis (74) omnino a Tripolitanis et Casariensibus immenso (75) ære necessaria nacti, Jerosolymam venire solstitii brumalis die. Occurrit illis ad portas rex Godefridus cum fratre Eustachio, quem ad hoc tempus detinuerat, nihil liberalitatis et gratiæ (76) in eorum omittens obsequio. Illi, peractis in Bethleem ex more Dominicæ Nativitatis sollemnibus, Daibertum patriarcham constituere. (77) In quo facto Urbani papæ consensum obligatam non

cles. Hist., vol. I, p. 702, etc.).

(69) *In historia Eusebii.* *Hist. Ecclesiast.*, lib. VII, c. 30.

(70) *Nihil inferius quam sperabat invenit.* s. d. e., *nihil minus promissis desideravit* l.

(71) *Invitatoris.* a. c. d. e. l., *invitatoris*, s.

(72) *Pauperes.* s. d. e., *puuperiores* l.

(73) *Cannamellas.* Arundo saccharifera. Quædam culturam vetusque sacchari opificium, vide Albertum Aquensem, ap. *Gesta Dei*, p. 270.

(74) *Bis.* e. l., *his*, e. l. d., *hii*, a. s. c. 2.

(75) *Immenso.* s. d. e., *infinito* l.

(76) *Gratiæ.* c. d. e., *gratiarum*, a. s. l.

(77) *In quo facto Urbani papæ consensum obligatum non ambigo.* Vide § 370, not. 31.

ambigo; quod esset is et reverendus senio, et potens eloquio, et pollens marsupio. **580** Igitur post Circumcisionem Domini sumptis in Jericho palmis (78), quod insigne peregrinantium antiquitas instituit, sedes quisque suas raptim repetere propeparunt. Causa festinationis erat putor inconditorum cadaverum, quorum ita exhalabat cœnum ut ipsum violaret cœlum. Quocirca tabida pestis, in auras effluens, multos ex his qui noviter venerant letho dedit; cæteri per urbes maritimas, Tiberiadem dico et Cæsaream Philippi, maturaverunt iter, quod eos tenuitas victus et hostilis metus urgebant. Sed fami, ut dixi, consulere pedum celeritate: et trecentorum militum, qui eos de Baldac castello infestabant, furori prospexerunt militaris artis calliditate; namque simulata paulisper fuga, ut ipsi de augustiis locorum evadentes Turcos inducerent, consulto cessere, sed mox retroversi dispersos hostes prohibito fudero (79). Putaverant illi nostros inhabiles pugnae, quod essent clypei eorum et arcus pluviæ abundantia lentati; nesciebantque quod non in armorum vel in tegminum fiducia, sed in excellenti vi animorum et crudo robore brachiorum victoria virorum consistat.

§ 375. Et tum quidem Baldewinus Edessam, Boamundus vero Antiochiam, incolumes remearunt. Initio autem Julii mensis licentia famæ Baldewini auribus detulit splendidum ducum nostrorum margaritum offuscatum, Boamundum scilicet captum, et in catenas conjectum, a quodam Danisman gentili, et in illis terris potenti. Quapropter, Edissenorum et Antiochenorum manu coacta, insignem Christianorum contumeliam **581** ulcisci sperabat. Porro Turcus (qui magis fraude et eventu quam virtute et bellica militia (80) ducem cepisset, quod cum paucis ad Mellentiniam urbem recipiendam venerat), sciens Francos pro rei pudore viribus extremis in se usuros, in sua se recepit, compositis sane ordinibus, non quasi fugam intenderet, sed quasi triumphum duceret. Tunc Baldewinus, ultra Mellentiniam duorum dierum viam progressus, cum videret hostem belli necessitatem declinare, redeundum putavit; et ante tamen urbem in suos usus, non invito præfecto Gabricle, transduxit.

§ 376. Interea perlato ad se nuncio de fratris obitu, provincialium ac ducum in ejus electionem consensu, commendata Edessa Baldewino cognato, arcuissimæ necessitudinis propinquitate conjuncto, et præter hæc neque imprudenti neque ignavo, ad Ierosolymitanum regnum mentem impulit. Congregatis ergo equitibus ducentis, et peditibus septingentis, iter plenum mortis et periculorum ingressus est; unde audaciæ tantæ contuitu multi, quos falso

A fideles arbitrabatur, fuga clandestina dilapsi. Ipse cum reliquis Antiochiam petiit, ingens momentum desolatis futurus, consilio sagacis mentis informans ut Tancredum peterent in ducatum. Inde per Gibellum et Laodiciam venit Tripolim: cujus urbis admiratus, natione quidem Turcus, sed genio naturali clementiæ visceribus profusus, extra muros illi victui necessaria destinavit; adjecto quinetiam benignitatis mandato ut prudenter se ageret, quia Ducal rex Damascenorum tramitem angustum occupaverat per quem illum audierat venturum. Ille, quem puderet minis Saracenis moveri, constanti animo, quo proposuerat, contendit; sed, **582** ad locum veniens, fidem admirati probavit. Est enim B citra civitatem Beritum, milliariis circiter quinque, locus omnino angustus juxta mare, quem et prærupta rupium et arcta collium (81) adeo coercent, ut centum viri, faucibus illis potiti, quantumvis numerum itinerantium aditu prohibere queant. Locus est inevitabilis de Tripoli Ierosolymam euntibus. Hinc ergo Baldewinus pervenens, speculatores misit quicquid loci et vires hostium renunciarent. Regressi legati difficultatem faucium, et adversariorum qui insederant fiduciam, vix pro timore intellecti anhelarunt: at Baldewinus, qui parum ab optimo qui unquam fuerit milite distaret, nihil perterritus, aciem dispositam in eos constanter instituit. Tunc Ducal mittit aliquos qui prælia prima læessant, eliciantque incautos; retentans ampliores vires in locis opportunis. Itaque illi primo magno impetu venire, mox subinde subterfugere, ut nostros in angustias deducerent. Non latuit Baldewinum hujusmodi calliditas; sed, antiquæ militiæ usu instructus, suis ut fugam simularent inquit; simul et, ut suspicionem metus urgeret, sarcinas et impedimenta quæ posuerant resumit (82), et jumenta stimulis agitari, quin et ordines laxari, ut hostes incurrerent, edixit. Tum vero hoc viso Turci exultare, et dirum frendentes, ut Eumenides exululare crederes, nostros insequi. Quidam ascensis navibus littora præoccupare; quidam equis præcurrere, et peregrinos incaute juxta mare ambulantes interimere. Nec Franci simulatam fugam omisere donec ad planitiem quam oculis destinaverant pervenirent: D nullique tumultus excussere viris montes, qui in immo necessitas **583** qua intercepti erant aluit, et ministravit audaciam; et pauci terraque marique innumeros sustinere manus. Namque, ut visum est satis metum finxisse, confertis ordinibus et conversis signis inimicos jam jamque incursantes includere; ita versa rerum facie, qui vicerant victi, et victi fuere victores. Turci perniciose clade præstrati; reliqui ad naves præcipiti studio fugientes, cum in

(78) *Sumptis in Jericho palmis*, etc. Inde vox Anglica *palmer* seu *pilgrim*. Vide Albert. Aquens. op. *Gesta Dei*, p. 290. In hoc loco l. legit *cæsis* pro *sumptis*.

(79) *Fudere*. s. d. e., *ceciderunt*, l.

(80) *Bellica militia*. d. e., *militia*, s. e., *bellica justitia*, a. l.

(81) *Collium*. s. e., *callium*, a. d. e. l.

(82) *Posuerant resumit*. d. e., *jam depasuerant resumit*, a. s. e. l.

altum plus jactu sagittæ processissent, ita navigium A remis et totis pectoribus innixi propellebant, quasi manibus adversariorum ad terram retrahi possent. Et ut miraculum non sicut opinabile dubites, sed sicut visibile quodammodo palpes, solummodo quatuor Christiani milites fusi victoriam cæteris sanguine peperere suo. Quapropter confirmo quod nunquam Christicolæ a paganis vincerentur si ante bellum fortitudinem suam cœlestibus fulcirent præsiidiis, et in bello armis suis amicas superiorum applicarent virtutes; sed quia in pace omnibus se ingurgitant flagitiis, et in pugna sola intuntur audacia, ideo, nec immerito, multotiens fortitudo eorum deviat a bona fortuna. Comes ergo pulchro triumpho exultans, cum reversus esset ad spolia cæsorum detrahenda, non paucos Turcos offendit vivos; quos B Jamni corporum immunes, sed pecuniis inanes dimisit. Ipse cum suis, ne aliqua fraus lateret, retro secedens, nocte illa sub olivarum virgultis requievit: sed mox diluculo cum expeditis ad angustias accessit, fide oculata visurus loci naturam; intuitusque omnia tuta esse, (nam Turci qui pridie circa montem discursibus lascivierant, nocte intempesta, cæde suorum visa, omnes diffugerant), significatione fumi facta, sicut convenerat, sociis discessum hostium intimavit. Illi, morarum virculis absolutis, ducem continuo secuti. Tunc Beriti admiratus victum 584 prætereuntibus (83) misit, pro virtute tam pauci (84) exercitus stupefactus. Idem et Tyrii, et Sidonii, et Acharonitæ qui et Ptholomaitæ, fecere, tacito metu Francorum fortitudinem suscipientes. Nec minus homines Tancredi, qui in Chaipha erant, liberales fuere, quamvis ipse absens esset. Castrum illius nomen antiquum reperire nequeo, quia omnes mediterraneæ civitates, quæ in Josepho leguntur quondam fuisse (85), modo vel non sunt, vel, in viculos mutata, nomina perdiderunt: maritimæ integræ manent. Ita per Cæsaream Palestinæ et Azotum in Joppem ventum, ubi prima illi gratulatio regis fuit, civibus ingenti gaudio portas aperientibus.

§ 377. Igitur a Joppitis Jerosolymam deductus, et ibi favorabiliter exceptus, dierum sex (86) spatium quieti satisfecit. Inde, ne Turci dubitarent indolem regni ejus magno eorum malo adolescere, versus Ascalonem expeditionem movit. Cumque non longe ab urbe vires suas ostentaret, impetentes Ascalonitas facili opera depulit; opportunum tempus ad id quod mente intendebat opperiens. Denique repulsionem illorum gloriæ suæ tunc sufficere arbitratus in montana receptui cecinit, ut hostes persequeretur; nec non et inimicorum damno necessaria suis conquisiturus, qui pro penuria terræ fame singultiebant, quia illo anno messis ægra victum

negaverat, spem provinciæ sterili provento decipiens. Itaque montana conscendit, quo habitatores terræ Turci relictis villis concesserant, Syros secum in penitus abditos specus immergentes: sed invenere 585 Franci quo commenta fugitivorum fallerent, fumo in ora cavernarum immisso; quo (87) latrones fugati pertinaciam amisere, uni et uni egredientes. Ita Turci ad unum omnes interfecti, Syri reservati. Inde digressus exercitus, Arabiamque petiturus, busta præteriit patriarcharum Abraham, Isaac, et Jacob, et trium matronarum Saræ, Rebecca, et Liæ; locus est in Hebron, distans ab Ierosolymis tredecim millibus: nam corpus Joseph jacet in Neapoli, quæ olim Sichem dicta est, marmore candido tectum, omnibusque transeuntibus perspicuum; ubi quoque fratrum visuntur mausolea (88), sed inferiori gloria. Venit ergo exercitus in vallem ubi quondam Deus Sodomam et Gomorram subvertit, cœlestem flammam in scelestos jaculatus. Ibi lacus per octodecim millia diffunditur, nullius viventis capax; præterea tractatu adeo horribilis, ut potantium ora torqueat, et gustu amaro rictus distendat. Valli mons prominat, per loca scrobes salsas eructans, et quasi congelato vitro totus perlucidus; ubi colligitur quod quidam nitrum, quidam salis gemmam, vocant. Evadentes ergo lacum venerunt ad villam sane locupletissimam, et mellitis pomis quæ dactylos dicunt (89) fecundam; quorum esu se infarciunt vix lacunas ventrum implere, vix ingluviem faucium præ dulcedine temperare valebant. Cætera timore incolarum abrasa, præter aliquantos Æthiopes, ferrugineam capillorum lanugine fuliginem prætendentes; quorum eadem nostri astimantes infra virtutem suam, non eos ira, sed risu dignati sunt. Huic villæ subjacet vallis in qua hodieque silex cernitur quo percusso 586 Moyses mussitanti populo aquas infudit: latex adhuc tam uberi et præcipiti rivo infuit, ut molendinorum vertigines impetu suo rotet. Tum in declivi montis extat ecclesia, in honore legiferi Aaron edificata; ubi ipse, mediante et cooperante fratre, serebat cum Deo alloquia. Ibi a præviis, viarum guaris, qui ex Saracenis Christiani essent, addiscentes inde usque ad Babylonem nihil esse nisi jejunum solum et omnium bonorum indignum, Ierosolymam reversi sunt, primitias regni tot hostilium regionum subjectione Deo consecraturi.

§ 378. Paratis igitur regis insignibus (90), magna gloria in Bethleem die Dominicæ Nativitatis a Daiberto patriarcha coronatus est Baldewinus (25 Dec. A. D. 1100), fausta omnibus acclamantibus; nam ex tunc et deinceps nihil non venerationis regis et ipse labore suo est meritum, et aliorum favore

(83) *Prætereuntibus*. a. d. e. l., *præeuntibus*, s. c.

(84) *Tam pauci*. d. e. l., *tanti*, s. c., *tam parvi*, a.

(85) *Quæ... leguntur quondam fuisse*. a. c. d. e. l., *quas... legimus quondam fuisse*, s.

(86) *Sex*. a. c. e. l., *septem*, s. d.

(87) *Quo*. hic in d. e. incipit nova sectio.

(88) *Ubi quoque fratrum visuntur mausolea*. c. d. e., *visunturque ibi fratrum ejus mausolea*, a. s. l.

(89) *Dicunt*. s. d. e., *vocant*, l.

(90) *Regis insignibus*. a. d. e., *regalibus insignibus*, s., *regis insignibus*, l., *regalibus insignibus*, c.

adeptus, quamvis minimi et pene dico pulendi regni dominus. Quare decet Christi Domini clementiam suspicere, et in potentiae illius contuitu spatiari (91), cujus suffragio timeri Christiani possent qui officere nequirent; vix enim in tota militia quadringenti milites erant, et tot pedites, qui Ierosolymam, et Ramulam, et Caipham, et Joppe custodirent. Nam qui veniebant navigio, intuto tamen inter tot hostium portus animo, sanctis adoratis, statim repatriandum censebant, pedestri via penitus interclusa. Cumulabat quinimmo difficultatem quod Martio mense Tancredus discesserat Antiochiæ principaturus, et nec ipse regi, nec rex ipsi, auxilium pro viæ longitudine ferre valebat (92); adde quod, si necessitas exposceret, 587 sine irreparabilis discriminis metu gentem suam de uno in aliud castrum ne transduceret. Evidens ergo miraculum pronuncio, quod Dei solius tutum suffragio tanta barbarorum horrebat natio.

§ 379. Illo anno, qui fuit Dominicæ incarnationis millesimus centesimus primus, ignis sacratus, qui solebat vigilam Paschæ illustrare, tardavit plus solito. Sabbato enim lectis alternatim lectionibus Græce et Latine, repetitoque ter *Kyrie eleison*, et clara Syrorum melodia perstrepenste, cum necdum appareret ignis, et jam occiduis sol vesperam urgeret, noctem inveheret, ab omnibus cum mœrore in domos discessum. Placuerat enim perpensio consilio ut illa nocte omni homine vacaret sancti Sepulchri ecclesia, ne aliquis, cui ulcerosa squalebat conscientia, Deum magis irritaret ingerendi impudentia. Jamque diluculo sensim in lucem serpente, processio Latinorum ad templum Salomonis edicitur, ut ibi oraturi Dei misericordiam invitarent: idem circa sepulchrum Domini faciebant Syri, vi doloris barbas et capillos vellicantes. Nec diu potuere pati divina viscera, confestim igne in unam lampadem sepulchri immisso. Quem cum animadvertisset Syrus per fenestras scintillantem, plausu manuum lætitiâ prodens, cursum patriarchæ acceleravit. Ille, clavibus quas gestabat adytum ædiculæ sepulchralis aperiens, cœlesti munus cereo accenso extulit (93), omnibus ad hoc concurrentibus communicans. Mox per omnem ecclesiam cæteræ divinitus accensæ sunt lampades; mirum in modum illa, quæ proxime illuminanda (94) esset, fumo præmisso vicinam accensionem 588 docente. Sic nimirum Christi vetus artificium novit quos amat terrere ut mulceat, et in

materiam transeat laudis comminatio potestatis. Quia enim dona Dei, usitata, assiduitate ipsa vilescunt hominibus; pferunque assensum indulgentiæ suæ caritate (95) commendat, ut ametur gratius quod desideratum fuerat ardentius.

§ 380. (A. D. 1102.) Tunc stolus navium Jauensis et Pisanorum Laodiciam applicuerat, et inde Joppen prospero cursu navigaverat; nauatque, tractis ad terram ratibus, Ierosolymæ cum rege Pascha exegerant. Quorum ipse virtutem pretio vadatus, tertiam partem pecuniæ pepigit de omnibus urbibus quas acquirere pariter (96) possent et vicum unum civitatis quem eligerent: ita præcipientes, auriq; cupidine cæcos magis quam pro Dei amore, impulit, ut, sanguinem suum nundnantes statim Azotum obsiderent, et ad deditionem post tres dies flecterent. Nec vero difficulter oppidani se dedidere, iram regis, si vi caperentur, reveriti; quia præterito anno Godefridum idem aggressum acriter repulerant, maleficio fortunæ adjuti: siquidem cum ille suos ascensu scalarum in murum erigeret, (97) jam victores, jam fastigia mœnium tenentes, repentinus lignæ turris casus, quæ forissecus muro adjecta erat, viros victoria privavit, et plures extinxit; plures capti, et sævitia Saracenorum dilaniati. Inde Cæsaream Palestinæ Baldewinus totis viribus et obfirmato robore obsidens, cum videret civium pertinaciam et expugnandi difficultatem, machinas compagiari præcepit: factæ ergo petariæ; facta turris 589 ingens, viginti cubitis muri altitudinem vincens. At vero nostri, morâ impatientes, et tam diutinæ impotes expectationis, scalis erectis murum superare aggressi, obstinatione virium ad superiora evasere; conscientia virtutis frementes, quod, jam quindecim diebus Saracenicis bellis intenti, tanti temporis spatium perdidissent. Quamvis igitur extrema vi a Cæsariensibus certaretur, multos molares in ascendentes volventibus, illi, dissimulato periculo, cuneos obstantes perrumpere, brachiis extertis et strictis gladiis rem agentes. Turci ulterius non ferentes, fugamque adorsi, vel ipsi se præcipitaverunt, vel hostili manu occubuerunt; plures servituti, pauci redemptioni servati, inter quos admiratus urbis, et episcopus quem Archadium vocant. Eratque spectaculum quod videnti cachinnum excuteret, cum Turcus, in collo Christiani pugno percussus, byzantinos evomeret (98); nam miseri, extremæ inopix metu, mares intra

(91) *Potentia illius contuitu spatiari.* a. s. d. e. l., *contuitu ipsius, spatiari, c.*

(92) *Ferre valebat.* d. e., *conferre valebat,* a. l., *conferre valebant,* s., *ferre valebant, c.*

(93) *Cœleste munus cereo accenso extulit.* Vide Fulcherium, *Gesta Dei*, p. 407.

(94) *Illuminanda.* a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.

(95) *Caritate.* e. l., *varitate,* a. c. d. l., *veritate.* e. 2.

(96) *Pariter.* d. e., omitt. in a. s. c. l.

(97) *Ascensu scalarum in murum erigeret.* c. d. e., *ascensu scalarum in muros promovisset,* s. l., *scalarum in murum erectione promovisset,* a.

(98) *Byzantinos evomeret.* Narrat Fulcherius animo

sedatissimo se Turcarum Cæsareæ occisorum corpora coæcervata combustaque vidisse ad eruendos byzantinos quos in viscera demiserant (*Hist. Hierosolym.* ap. Duchesne, tom. IV, p. 845). De usu pecuniæ in viscera demittendi loquitur Urbanus papa; et ex ejus dictis sequitur morem corpora mortuorum comburendi ad nummos eruendos ex Saracenorum consuetudine fluxisse qui ante cruce signatorum expeditiones peregrinos Ierosolymam tendentes scammonio solerter in aqua infuso potabant quo ad vomitum moverentur; si autem expectatus effectus non sequeretur, incisioibus utebantur. GUIBERT. abbas, *Opera*, p. 379. (SMARKE, p. 461.)

gingivas, foeminae intra non dicenda, nummos absconderant. Vides quod aperte loqui erubescit oratio: sed intelligit profecto lector quod volo, immo quod nolo, dicere.

§ 381. Nec adhuc quievit imperator Babylonis, quin duces et exercitum ad expugnandos Francos missitaret. Illi, navigio Ascalonem appulsi, mox juxta Ramulam cursitarunt, curis regis abutentes, **590** qui tunc Cæsariensi bello tenebatur. Agrorum igitur depopulatione ad congregiendum crebrius illum irritarunt. At ille non impari calliditate, ut calor indomitus defervesceret, velito instantes passus languescere bello: hac effecit cunctatione, ut plerique dilaberentur (99); reliquos, qui essent undecim millia equitum, viginti unum (100) millia peditum, cum suis, ducentis quinquaginta equitibus, peditibus paulo minus septingentis, invasit. Paucaque militibus locutus, quibus, si perstarent, victoriam; si morerentur, gloriam promitteret; si fugerent, longe Franciam esse commoneret; primus in hostes irruit: productoque aliquantum certamine, cum acies suas labare cerneret, desperatis rebus occurrit. Itaque nota sui specie Turcos proturbans, conto duces prostravit; quo interempto, tota diffugere agmina. Nostri, qui principio pugnae ita circumsepti fuerant ut nullus alterum videret, tunc, Dominicæ crucis vexillo prævio, adeo virtutem exercuerunt ut quinque millia trucidarent; ex Francis octoginta equites, pedites paulo plus desiderati. Porro sequens successus, solatio fuit, quod quingentos equites Arabas interemerunt. Illi ante Joppen biduo cucurrerant, sed, parum explicantes, Ascalonem redibant; visoque eminens exercitu nostro, suos esse sperantes, tanquam triumphantibus congratulari obviam ibant: sed tandem aliquando in e aculis emissis intelligentes Francos esse, perinde palluerunt, sicut nudis pressit qui calcibus anguem, ut poetæ (1) verbo utar; itaque, ipso hebetes stupore, terga cadentibus exhibuere. Ita rex Joppen perveniens errorem **591** epistolæ, quæ, Tancredo a Joppitis missa, falso regem cum exercitu extinctum nunciaverat, veraciori scripto correxit: jamque Tancredus iter ad Ierosolimam paraverat, cum nuncius veniens, ostenso sigillo regio, mœstitiam depulit, lætitiâ reformavit.

§ 382. Longum est si velim explicare omnia ejus certamina: quomodo Tiberiadem, Sidonem, Accaronem, id est Ptholomaidem, quomodo postremo cunctas maritimas urbes, subegerit; quomodo pene omnem diem Turcorum mortibus insignierit, aut assultu clandestino aut bello publico. Ingentes operas ejusmodi desiderat oratio

(99) *Dilaberentur.* c. d. e., *morarum pertasi dilaberentur*, a. s. l.

(100) *Viginti unum.* s. c. d. e. l., *viginti*, e l., a. omitt. *equitum, viginti unum.*

(1) *Ut poetæ.* Juvenal., Sat. 1, 43.

(2) *Oratio.* c. d. e., *relatio*, a. s. l.

(3) *Historici.* a. s. c. d. e. l., *historiæ*, s. (var. lect.)

(2) hominis qui ampullato eloquio et curioso abundet otio; nobis utrumque deris, et, quod maxime obest, rerum expedita scientia; omnia vero indulgenti famæ credere, et facilitatem auditorum fallere, veracis historici (5) non debet esse. Quocirca illa solummodo quæ scripto (4) comperi apponam, quibus ab unguem comprobetur gloriosa viri devotio, et gratia victura in seculo: illudque constanter asseruerim (5), parva (6) manu magna illum prælia persæpe luisse, nec unquam campum fugisse, præter apud Ramulam et apud Accaronem. Enimvero ambas fugas prædicabiles exceperunt victoriæ, quod magis inconsiderata virtute quam timore provenerint, sicut paucis insertis lector agnoscat.

§ 383. Eo Septembri cujus septimo idus (Sept. 7, A. D. 1101), prælium fuit (7), Willelmus comes Pictavensis Ierosolimam perrexit, multa secum ducens agmina, ut **592** æstimaretur sexaginta millia militum (8) et multo plura peditum. Ivit cum eo Stephanus comes Burgundiæ, et Hugo Lizianensis, frater Raimundi comitis, et Hugo magnus, et Stephanus Blesensis, antiquæ discessionis improperium nova et excogitata virtute sarcire cupientes. Ita per Constantinopoliin profectus, cum insolenti responso (ut euperius dixi) Alexium offendisset, illo non curante, vel potius procurante, Solimanni incurrit insidias, qui sciens exercitum fame et siti laborare, quod aliquantis diebus errabundi per palustria et invita loca iverant, cum trecentis millibus sagittariorum occurrit. Nulla unquam luctuosior Francis pugna visa, quia nec timidum fuga, nec audacem virtus, poterat eripere discrimini; quod in arcto loco pugnaretur, et in consertos sagittarum nubes non frustraretur. Interfecta igitur plusquam centum millia, præda omnis abducta; ita Solimannus, ex manubiis Francorum claræ manibus suorum nactus inferias, pendium Niceæ ultus est. Sed quia multus trāmitibus itum erat, nec omnes cæsi, nec omnia direpta; nam præter Pictavensem, qui pene ad pudenta nudatus erat, cæteri comites prompte sua defensitaverant. Omnes ergo, relictis ex fuga militibus, præter Hugonem magnum, quem mortuum Tarsensis civitatis urna excepit, Antiochiam convolarunt; in quibus Tancredus, egregiæ pietatis miles, ingentem munificentia suæ gratiam ostendit, cunctos quatenus poterat pecuniis sustentans; Willelmum præcipue, quem fortunæ vicissitudo eo afflictaverat invidiosius quo ante provexerat serenius, qui præter gazas, quarum damno non adeo afflictebatur, quod caducæ sunt et reparabiles, ex tot **593** eximiis militibus solus pene remanserat su-

(4) *Scripto.* a. s. c. d. e. l., *scripta*, s. (var. lect.)

(5) *Asseruerim.* a. c. d. e. l., *asseveraverim*, s.

(6) *Parva.* s. d. e., *pauca*, l.

(7) *Prælium fuit.* c. d. e., *prædictum fuit prælium*, a. s. l.

(8) *Sexaginta millia militum.* Vide § 349, not. 76.

perstes. Ita recreatis animis iter moliti, nunc cunque belli occasiones quærebant. Sensit sitim furentium prima Tortuosa civitas; qua pervasa et direpta, non modicum præteritas ærumnas relevarent. Inde ad angustias de quibus superius dixi venerunt, ubi eos rex jam pridem opperiebatur, contra Turcos, si prohibere vellent, opem laturus. Ejus virtute defensi, et benigno apud Joppem hospitio suscepti, Ierosolymam proximo Pascha contenderrunt; ubi sacrosanctum ignem lætis hauserunt oculis, devotis adorarunt animis. Post hæc reversi Joppem, ascensis navibus, patriam quisque suam redire meditabatur: quorum Pictavensis, continua ventu prosperitate provectus, patriam tenuit; cæteri retro violenter acti.

§ 384. Jam vero mense Maio inchoante (9) (A. D. 1102), Turci et Arabes Ramulam obsederunt, superioris anni damnum, novi exercitus supplemento, eodem reficientes numero. Episcopus urbis, prudenter opportunitate spectata, cavet sibi loco, Joppem latenter profectus. Jamque rex exierat, credens falso asserentibus non esse hostes plusquam quingentos: itaque nec aciem dirigere, nec pedites convocare curavit, tantum milites regem sequi cornicinas monuerunt; multum auctis suadentibus ut Turcorum fraudes caveret. Stephani duo, Blesensis et Burgundus, regem equis insecuri, ne desides et inglorii, sed triumphalis pompæ conscii (10), terras repeterent suas; sed aliam quam opinabantur gloriam, aliam victoriam, parabant fata viris Namque rex, visa hostium multitudine, dum se frustratum opinione cognosceret, ira mentem saucius, et magnanimitatis conscientia 594 fremens, quid faceret hæsitabat: si cederet, præteritæ gloriæ ignominiam; si pugnaret, suorum mortes animo volutabat. Verumtamen vicit calor ingenitus, et terga jam dabat metus, cum, commilitonum hortatibus animatus ut fugam in castellum per medios hostes intenderet, acquievit. Cæteri, cum clamore secuti, densissimas pertrupperunt acies, animas suas Deo consecrantes, et mortes impigre ulsi; comites quoque, feriendo defatigati adeo ut manus gladiis obrigescerent, neci succubuerant. Rex, in arcem lapsus, ex ducentis quos duxerat aliquantos socios habuit; quibus orantibus ut vitam dignaretur fugiendo producere, sua pericula mundo parvi ponderis esse, illius vitam ad multorum profectum valere, utpote qui omni seculo sit virtutis spectaculum, quamvis in fractis rebus ingenti animi constantia, dignum se crederet vita. Itaque quinque militibus comitatus, in montana rependo, insidiantes elusit. Militum fuit unus Robertus Anglus, ut superius dixi; cæteros notitiæ mostræ fama tam longinqua occuluit. Ille cum

A tribus (11) comprehensus est; unus (12) evasi. cum rege. Turci extremam vim furoris in illos qui evaserant (13) in arcem effuderunt, in quibus fuit Hugo Lizianensis et Gaufridus Vindocinensis; tres tantum superstites Ierosolymitanis nunciis miseriarum fuere. Rex interdium latens (14), cornipedem cursu exhaustum stimulans, Azotum pervenit: pulchro et ad miraculum Dei prono salutis eventu, quod paulo ante Turci discesserant, qui jam biduo circa urbem prædas egerant. Inde Joppen navigio veniens, Ierosolymitanis epistolam de vitæ suæ certitudine legavit. 595 Portitor chartæ fuit homuncio Syrus, qui, etsi inveniretur, habitus vilitate et sermonis noti commercio insidiantes falleret. Hic, notis sibi per devia compendiis perfidorum pericula declinans, tertio die Ierosolymam pervenit. Tum equites qui urbem tutabantur, junctis sibi auxiliarium peditem turmis, ad Joppen profecturi, iter mari proximum direxerunt, mediterraneis devitatis: extremi tamen (15) agminis Turcis urgentibus interfecti, quod vel equis vel pedibus destituebantur. Ita congregatis ex Ierosolymis nonaginta equitibus, ex Tyberiadæ octoginta, quos Hugo dux strenuissimus adduxerat in subsidium, armigeri quoque pro penuria in locum militum affecti. Postera ergo die moram pugnae absolvit, Turcis jam adeo ferocibus ut paratis machinis murum Joppis aggredi meditarentur (16). Præventum hoc Ballewini diligentia, et Dominica cruce prævia, qua superius bellum caruerat. Totis viribus (17) in hostes alacriter itum, acriter certatum; at illi, more solito nostros circumgyrantes, actum de Christianis putarunt, hilari ululatu vociferantes: sed affuit, et de cælo tandem respexit Dominus Jesus, Francisque animositatem ingerens, inimicos campo privatos coniecit in lugam. Hoc et in anteriori prælio factum est, ut, non semel ejecti tentoriis, postea multitudine superarint: tum autem cum pedites eminus sagittis, et equites lanceis cominus ferirent, omni spe pedibus commissa, fugere perseveravere.

§ 385. Altera illi pugna posterioribus annis fuit [A. D. 1113], in qua milites nostri, Turcorum copia pressi et in fugam acti, etiam salutare vexillum amisere: 596 sed cum longiuscule fugissent, reversi sunt; pudor famæ trepidos animavit ut ignominiam propulsarent. Iugens ibi pugna virorum fuit, collato pede et adverso pectore rem agentium. Nostri crucem reportarunt, fuis adversariis campum vindicantes. Ceciderunt ibi plures quos ego quoque noram; inter quos Godefridus, abnepos ejus notus, jam inde a pueritia umbram virtutis vultu colorans, veritatem animo spirans. Anibæ ergo fugere luere in principio quasi fomentum ignominia, sed in fine

a. s. l.

(15) Tamen. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in c. l.

(16) Meditarentur. s. d. e. deliberarent, l.

(17) Viribus: c. d. e., regni viribus, s. l., regiminibus, a.

(9) Inchoante. s. c. d. e., mediante, a. l.

(10) Conscii. a. s. c. d. e. 11, conscioii, 12.

(11) Tribus. c. d. e., tribus aliis, a. s. l.

(12) Unus. c. d. e., quintus, a. s. l.

(13) Evaserant. s. d. e., refugerant, l.

(14) Latens. c. d. e., lateus, noctu per avia,

verax alimentum gloriæ: ista nominatio, sed ista fructuosior. Denique (18) ad supplementum rerum quas amiserat, simul et ad legitimum connubium, non multo post comitissa Siciliæ Ierosolymam venit; tantas gazas cubiculo regis inferens, ut mirum cuivis videatur unde mulier tam infinitos pretiosæ supellectilis cumulos coacervavit (19); et tunc quidem illam thoro recepit, sed non multo post dimisit. Aiunt incommodum tactam, quo ejus genitalia cancer, morbus incurabilis, exederit (20). Illud constat, regem prolis inopem fuisse; nec mirum si homo, cujus otium erat ægrescere, uxorios amplexus horruerit, omnem ætatem in bellis detrensus. **597** Quibus laboribus effecit, ut admirabilis et pene divina virtus ejus fuerit præsentibus stimulo, futura posteris miraculo. Obiit in expeditione Arabica mense Aprili (A. D. 1118), et publico funere Ierosolymis juxta fratrem tumulatus, cum decimo septimo anno regni (21) quartus accresceret mensis. Vir multis laboribus emeritus, et cujus gloriæ nullus prætendit nubila livor, nisi quod fuerit pecuniæ justo tenacior; sed hujus culpæ facilis et vera erit excusatio, si consideretur quod necessaria in remanentibus effusio munerum inhibuerit quod minus mercaretur favorem abeuntium.

§ 386. Successit ei Baldewinus cognatus, dux Edessæ, quem moriens regem denunciaverat, antiquis jam stipendiis laudatum. Ille multis annis (22) regnum impigre tutatus, etiam auxit Antiocheno principatu; quem, occiso Rogerio filio Ricardi, obtinuit (23). Utrasque ergo regiones egregio moderamine rexit, minori quidem præsumptionis roncho, sed majori et consultiori providentia; quamvis sint qui opinionem ejus læcent, tenacitatis eum nimis arguentes. Quare, cum præterito anno non longe ab

(18) Denique. a. c. d. e. l., *Deinde, s.*

(19) *Coacervavit.* Albertus Aquensis varia Adela comitissæ opulentia affert specimina, navisque malum qua ad Palestinam transfretavit, auro coopertum fuisse affirmat. (Ap. *Gesta Dei*, p. 373.)

(20) *Exederit.* Nonnulli auctores diversam divortii rationem assignant. Ejus secunda conjux (Taphnaz, Armeniæ principis filia) quam circa annum 1105 repudiata in monasterio S. Annæ Ierosolymæ incluserat, adhuc superstes erat. Matrimonium igitur cum Siciliæ comitissa, tertia ejus uxore, a summo pontifice rescissum est. Quo circa Sicilian Adela repetit an. 1117, ubi paulo post Baldwini mortem obiit. (ALBERT. AQUENS. lib. xii, c. 24; WILLELM. TYR. lib. ii, c. 1 et 15.) Prima uxor quæ illum in sancto bello comitata, antequam Antiochiam attingeret defuncta est, filia erat Radulphi II, Toeni comarchi, separataque fuerat a priore suo conjuge Roberto Mellenti comite.

(21) *Cum decimo septimo anno regni.* s. c. d. e. 2. l., regni omitt. in e. l., cum septem et decem regni annis, s.

(22) *Multis annis.* s. c. d. e., ad hoc tempus, a. l.

(23) *Obiit.* Rogerus, Antiochiæ princeps, filius Richardi, Apuliæ seneschalli, uxorem duxit Hædiernam, Baldwini II sororem. Cæsus est an. 1119.

(24) *Gemitibus.* s. d. e., *gemitibus, ut ferunt, l.*

(2) *Sed Gozelini de Turbexel gratia.* Narratio hæc, sub aliquo saltem respectu, non recta vide-

A Ierosolyma equitantes Turci cepissent, pauci aut nullis gemitibus (24) sui eum desiderarunt; latuitque pene anno et incolas et rumigerulos, quo terrarum abductus, si superis auris vesceretur, necne. Refutarunt porro Ierosolymitæ vel regem facere, vel ordinem et ducatum militum interrumpere, quæ rei certitudo sciretur, propter ejus absentiam in nullo infraiores. Postmodum vero, cognito loco quo vinculatus fuerat, milites audacissimi **598** speciem negotiatorum mentientes, armis sub vestibulis occulatis, oppidum ingressi, regem eripere discrimini; protestati non conferre se id ejus avaritiæ, sed Gozelini de Turbexel gratiæ (25), qui nihil unquam pensi fecerat quin omnia quæ posset militibus erogaret. Vixit diu (26) frugi homo, et nulli præter hanc culpam infamiæ obnoxius. Principatus Antiochenus ad Boamundi (27) spectat filium, de quo nunc dicam.

DE BOAMUNDO.

§ 387. Boamundus (28) Roberti Guiscardi ex Norimanna (29) filius fuit: alter, Rogerius (30), ex Apula genitus, qui cognomen Marsupii a patre meruit, quod paterno et curioso intuitu deprehendisset eam jam a tenero libenter nummos numerare; nam Boamundus ætatis majusculæ nihil erat quod retineret, sed etiam puerilia xenia dispertiret. Itaque Rogerius Apuliam, quæ sibi materno genere competere videbatur, accepit: Boamundus cum genitore ad bellum Durachinum profectus est. Cumque oppidani fiducia moenium jactitarent **599** ideo urbem Durachium nominatam, quod contra omnes obsidiones inperterrita duraret, « Et ego inquit (31) vocor Durandus; et eo usque in obsidione durabo quo civitati nomen auferam, ut non Durachium (32) sed Mollicium amodo dicatur. » Cujus responsi constantia effecit

tur: Gozelinus et rex in eodem castello inclusi sunt. Quo capto fugit Gozelinus, copiasque ad liberandos amicos collegit qui nunc ipsi obsidione circumdabantur; sed priusquam tunc accedere potuisset, Turci castello potiti, regem inde deluxerunt, qui, aliquanto tempore libertate privatus, illam tandem, sed nonnisi ingenti soluta pecuniæ summa recuperavit. FULCHER. CARNOT. et WILLELM. TYR. ap. *Gesta Dei*. (SHARPE, 469.)

(26) *Vixit diu.* s. d. e., *visit adhuc, l.*—Baldwinus obiit 21 Aug. A. D. 1131.

(27) *Boamundi.* a. c. d. e., *Boamundum, s. l.*—Bohemondus II, filius Bohemondi I et Constantiæ, Philippi I, Franciæ regis, filius.

(28) *Boamundus.* Bohemundus, Guiseardi ex priore uxore Alberada filius, in baptismo Marcus vocatus fuerat; sed pater ejus, audita gigantis cujusdam Buamundi fabula, nomen hoc illi indidit. (ORDERIC. VITAL. p. 817.)

(29) *Normanna.* e. l., *Normannia, a. s. c. d. e. l.*

(30) *Rogerius.* Rogerus, postea rex Siciliæ, Guiscardi filius erat ex secunda conjuge Sikelgaita, Gaimari IV, Salerni principis filia.

(31) *Inquit.* c. d. e., *inquit Guiscardus, a. s. l.*

(32) *Durachium.* Romani inauspicatum Epidamni nomen in *Dyrachium* mutaverunt (PLIN. III, 26), vulgarisque Durachi corruptio quamdam amentiam gerelat cum *duritia*. Unum e Roberti nominibus Durandus erat a *durando*. (ALBERT. MONACH. in *Chron.* ap. Muratori, *Annali d'Italia*,

ut confestim pavefacti portas aperirent. Ita tutus a tergo, cæteras urbes usque ad Thessalonicam leviore labore subegit. Jamque illuc pervenerat, jam Alexium tum per se tum per filium vinci posse docuerat, cum uxoria fraude deceptus ingens depositum (33) morte destituit. Tum vero Boamundus, Apuliam reversus, aliquot castella fraterna indulgentia tenuit, multa ipse virtute et prudentia acquisivit, nam ad fratrem specie tenus ducatus pervenerat; alterum bello meliores sunt secuti (34). Nec (35) vero parvi momenti fuit quod, paterni propositi sequax, Guibertum repellens, Urbano validissime astitit, et contumantem impulit ut Gallias ad concilium Clari Montis accederet, quo eum Raimundi Provincialis comitis et episcopi Caturcensis epistolæ invitabant. Concilioque celebrato, libens occasionem accepit, et in Græciam copias trajecit, subindeque promovens exercitum, modeste Raimundum et Godefridum opperiebatur (36) : quibus venientibus sociatus, magnum incitamentum cæteris erat, disciplinæ militaris 600 scientia et virtute nulli secundus. Sed quia quæ cum cæteris fecit communi laudi sors attribuit et quomodo captus fuerit anterior sermo notitiæ dedit, nunc qualiter se servitio exuerit dicendum. Danisman enim, cum videret nihil utilitatibus suis applicari quod tantum virum teneret, inflexus animo (37) de pactis conditionibus acitare cepit : nam nec illum occidere, ne in se odia Christianorum effusa concitaret, nec, sine spebus in perpetuum valituræ pacis, dimittere volebat. Pollicitus ergo Boamundus continuam gentili concordiam, revertit Antiochiam, argenteos compedes quibus alligatus (38) fuerat æcum deferens : a suis ergo exceptus plausibiliter, Laodiciam, et cæteras urbes quas Tancredus acquisierat, suscepit, ne videretur oscitare otio dum avunculus suspiraret in ergastulo. Nec multo post Gallias venit, offerens catenas sancti Leonardi honori, quæ sibi fuerant oneri. Fertur enim in primis ille sanctus (39) absolvendorum vinculorum potens, ut, videntibus nec mutire audentibus adversariis, pondera sua captivus liber asportet. Ita ducta uxore filia regis Francorum, et altera Tancredo missa, repetiit Apuliam ; sequentibus se Francorum proceribus, qui spe majoris commodi patriam deserebant, simul et spe-

ctaturi cominus quid viva virtutis species efficeret, quam tam insignis fama ubique loqueretur. Itaque ille, dispositis apud 601 Apuliam rebus suis, denuo in Alexium efferatus est, prætendens belli causam peregrinorum injuriam, qua ille perinfamis erat; sed parum et prope nihil gessit prospere, solertis imperatoris deceptus astutia, qui omnes duces ejus aut pecuniis obæratos ab eo alienavit, aut veneno, ut dixi (40), sustulit. Quapropter animo dejectus Apuliam rediit ; ibique post paucos dies, dum ad Antiochiam iter meditatur (41), defungitur (Feb. A. D. 1111), ætate citra senium, prudentia infra nullum, relicto tenerioris ævi filio. Vir in adversis constans, in prosperis circumspectus; nam et, pro suspitione noxiæ potionis, paratum commentus erat remedium, cultellum, qui, ante ora comedentis infixus, sudore, mirum dictu, prodebat manubrii si quid tecto illatum esset veneficii. Post eum Tancredus Antiochiæ principatui præfuit (A. D. 1111), haud pudendus avunculo nepos ; qui cum et ipse communem mortalium viam obitu præpropere trivisset (6 Dec. A. D. 1112), successit Rogerius filius Ricardi. Is, gloriæ antecessorum in bellis non impar, ignominiam tamen avaritiæ incurrit; quapropter, cum eum milites caverent, stipendiario milite pene nullo et indigena raro Turcis congressus occubuit (A. D. 1119), mortem suam non ignave ultus. Nam cum ab eis (42) captus et diloricatus juberetur enses reddere, negavit se ulli nisi duci daturum (43), quod omnes infra dignitatis suæ deditorem aspiceret. Credidit infelix admiratus simulatis vocibus ; et jam, galea caput nudatus, porrexit manum ut reciperet Rogerii gladium. Tunc vero ille infrendens, et totis fortitudinis reliquiis in ictum se cogens, Turco caput decussit ; moxque perfossus, excogitato genere virtutis dedecus servitutis 602 effugit. Ejus mortem Baldwinus secundus rex Ierosolymorum ultus insigniter, principatum civitatis et filiam suam Boamundo filio Boamundi servavit fideliter (44).

DE RAIMUNDO.

§ 388. Raimundus fuit filius (45) Willelmi anti-quissimi Tolosæ comitis, qui, vir acer et effrax, patriam, antecessorum suorum socordia obscuram,

tom. IX, p. 137). Argutiæ sunt in verba *Durachium sed Mollicium*, quorum sensus intenditur *mollis et durus*.

(33) *Depositum*. e1. 12, *dispositum*, s. c. d. e2. 11.

(34) *Meliores sunt secuti*. e., *meliores secuti*, a. d. l., *meliores secuti*, s. c.

(35) *Nec*. a. c. d. e. l., *jam s*

(36) *Opperiebatur*. s. d. e., *venturos opperiebatur* l.

(37) *Animo*. s. d. e., *animi mollitiæ*, l.

(38) *Alligatus*. a. d. e., *illigatus*, s. c. l.

(39) *Ille sanctus*, etc. Leonardus nepos erat Clodovei Francorum regis, hujusque monarchæ gratia obtinuit ut ubicunque in vinculis aliquem videret, ille sine ulla mora liber evaderet. Denique Deo in tantum illum honorare placuit, ut si quis carcere inclusus nomen ejus invocaret vincula subito cadere, ita ut evadere posset, custodibus ip-

sis illum retinere diutius imparibus factis. Vide Surium, *Vitæ Sancti*. Nov. 6. (SHARPE, 471.)

(40) *Ut dixi*. a. s. c. d. e2. l., omitt. in e1.

(41) *Meditatur*. d. e., *meditaretur*, a. s. l.

(42) *Eis*. c. d. e., *Turcis*, a. s. l.

(43) *Daturum*. a. d. e. l., *redditurum*, s. c.

(44) *Et filiam suam... fideliter*. s. d. e., *Boamundi filio reservat fideliter*, l. — Bohemundi II promotio, ejusque connubium cum Alicia, Baldwini II, regis Ierosolymæ, filia anno 1126 sunt posteriora. (*Art de vérifier les dates*, I, 442.)

(45) *Willelmi*. Rectius *Pontii*. Raimundus frater erat Willelmi, Pontiique, Tolosani comitis, filius. Ad Pontium igitur referenda sunt omnia quæ hic a Malmesberiensis de Willelmo narrantur. Raimundus, S. Ægidii et Tolosæ comes suum S. Ægidii titulum e suo natali loco, seu primo apanagio, sumpsit. In inferiore Occitana jacebat Neinausum inter et Rho-

titulis suis reddidit illustrem. Uxor ejus Almodis (46), multis vicissim desponsata, multam ex omnibus sololeum tulit; insano muliercula pruritu et irreverenti, ut cum ei longo usu vir displicisset, alias migraret novos impletura penates; denique primum Arelatensi comiti (47) nupta, mox illius pertesa, huius Willelmo se coniunxit; cui cum duos peperisset filios, Barcinonensem ad connubium illexit comitem (48). Porro Willelmus, mortis confinis foribus, Tolosanum comitatum dedit filio æquivoco, sed moribus absouo, quod esset crassioris ingenii (49), ut nihil Tolosani contra eum novarent, familiæ illius dominatui assueti. Raimundus vero, vivacioris spiritus, Caturcensem (50) **603** accepit et non mediocriter (51) auxit; Arelatensi, et Narbonensi, et Provinciali, et Lemovicensi adjunctis. Tolosam quoque a germano emit, pluribus annis ante magni motus viam profecto Ierosolymam. Sed hæc multi temporis intercessu et ætate impensa labori. Itaque, pugnis semper assiduus, legitimam uxorem non desideravit, multatim concubinato voluptatem exercens. Denique ex una pellicum filium natum, Bertramum, cognatione et hæreditate dignatus est, quod in aliquantis patrisaret; cui uxorem coniunxit Mathildis Marcisæ neptem (52) ex Longobarda natam, ut illius affinitate illas (53) provinciæ partes tutaretur. Ipse quoque extremis fere annis uxorem ascivit filiam regis Tarraconensis, splendidam dotem pactus, æternam scilicet conterminarum provinciarum pacem. Nec multo post, nivem capitis respiciens, Ierosolymitanum iter vovit, ut lassus et effusis corporis vires jam vel sero Deo deservirent; auctore præcipue Caturcensi episcopo, cujus præcipua opera ipse semper impugnatus fuerat: etiam in quodam duellio altero lumina privatus, cujus insigne calamitatis præ se ferens non solum non occultabat, sed etiam gloriabatur ultro, specimen nobilis militiæ ostentans. Tunc autem mutua fœderati amicitia, ut senectutem suam divinis consumerent cultibus, Urbano jam in prædicationem prono stimulos addidere, ut, transitu Alpibus, potissimum apud Clarum Montem concilium cogeret, quod esset ead civitas et illorum patriæ propinqua, et ex tota Gallia venientibus opportuna. Veruntamen, in ipso ad concilium itinere, pontifex obitu defecit. Successit **604** curæ illius præsul (54) Podii, de quo supra

diximus: cujus hortatibus animatus, et **605** protectus, Raimundus primus omnium laicorum crucem accepit (A. D. 1096); adjiciens voto ut nonquam in patriam rediret, sed potius, duraturo in Turcos labore, arvinam (55) præteritarum iniquitatum extenuaret. Jam vero in itinere plura dedit indicia fortitudinis, ad laborem primus, ad quietem ultimus; plura etiam patientiæ, quod arce (56) Antiochiæ, quam occupaverat (57), Boamundo, et turri David, Godefrido, libenter cesserit. Sed tandem, nimis exactionibus quorundam fracta patientia, in deditionem urbis Ascalonensis decidit (A. D. 1099). Siquidem in primo Francorum adventu oppidani, exploratis omnium ducum nostrorum moribus, ipsum in patronum elegere, quod multi, et ante a Monte Pessulano (58) navigio venientes negotiatum, fidem ejus in cælum tulerant. Itaque, traditis clavibus, sacramento ducem adegere et nulli Christianorum potestatem urbis refunderet, si vel ipse nollet tenere, vel nequiret. Tunc a proceribus mussitatum est, expostulantibus **606** regis dominio, quod parum ei valeret regnum si non haberet Ascalonem, quæ hostibus esset receptaculo, nostris obstaculo. Et rex quidem leviter (59), ut omnia, et vultu tranquillis conveniente moribus, rem allegabat; cæteri pervicacius. Hæc illa verna parvi pendebat, non infirmis rationibus dicta **607** cassans (60): Omnes socios suos jam sibi receptui consuluisse, partim **608** patriam devectos, partim acquisitam inhabitantes provinciam; se solum, abjurata naturali (61) terra, nec illuc posse redire, nec hic receptum habere. Cessisse se in aliis: hoc modo paterentur, ut Ascalonem in fidelitatem sancti Sepulchri teneret; cæterum, ne redderet sacramento fecisse. Quo audito cuncti strepere, periculum et cupidum vocare, ut vix manibus temperarent. Contumeliæ hujus rubore comes suffusus, ab æqui bonique viri descivit officio; inimicis Dei claves civitatis (62) contradens, et metum pejerandi multorum in posterum sanguine compensans. Neque enim ad hunc diem civitas illa capi vel vi vel ingenio potuit: quin (63) et plures ex hominibus illius, affluentibus urbis opulentia delectati, fidei transfugio civium charitatem meruere. Ita vir ille, Ierosolymam egressus, Laodiciam venit; qua subjugata, aliquantum ibi morarum nexuit: cumque Constantinopolim

danum Dux ferat præterea Narbonis et Provinciæ marchio.

(46) *Almodis*. Filia erat Bernardi, Marchiæ et Leovicii comitis. Hujus prior conjux fuit Hugo V, dominus de Leziaco, a quo divortio sejunctus, postea Fontio, Tolosæ comiti nupsit.

(47) *Arelatensi comiti*. Rectius, Hugoni a Leziaco.

(48) *Barcinonensem... comitem*. Raimundum Berengarum I, comitem Barcinonensem.

(49) *Ingenii s. d. e., animi, l.*

(50) *Caturcensem*. Querci.

(51) *Non mediocriter*. c. d. e., *immane quantum*, s. l., *in immensum*, a.

(52) *Matildis marcisæ neptem*. Eluta, seu Helena, Othonis I Burgundiæ ducis soror.

(53) *Illas*. a. d. e. l., *illius*, s. c.

(54) *Præsul*. c. d. e., *pontifex*, a. s. l.

(55) *Arvinum*. c. e. l., *ruinum*, a. s., *a ruina*, d. e. 2.

(56) *Arce*, e., *parte*, a. s. c. d. l.

(57) *Occupaverat*. a. d. e. l., *præoccupaverat*, s. c.

(58) *Pessulano*. s. c. d. e., *Pislerio*, a. l.

(59) *Leviter*. c. d. e., *leniter*, a. s. l.

(60) *Cassans*. a. d. e. l., *cassa faciens*, s., *cassans* sunt, e. l., *cassatus*, c. 2.

(61) *Naturali*. d. e., *natali*, a. s. c. l.

(62) *Civitatis*. d. e., *omittit*. in a. s. c. l.

(63) *Quoniam*. a. c. d. e. l., *quia*, s.

Ivisset, obtinuit Laodiciam Tancredus, vi an amore ambiguum. Ille interea Byzantio commoratus, prudentia qua vigilat effecit ut Alexii gratiam haberet: unde contigit, ut imperatoris benignitate per tuta deductus, societati ærumnarum non implicaretur quas Willelmum Pictavensem et cæteros superius (64) incurrisse diximus; cum quibus Tortosani (65) civitatem cepit, sed, illis ultra euntibus, solus possedit. Et, ut latius vires suas spargeret, oppidum contra Tripolim, quod Castellum Peregrinorum vocant, firmavit, et ibi Herbertum episcopum ex abbate constituit; et, ut quassæ suorum vires aliquanta quiete coalescerent, cum Tripolitani in septennium 606 fœdus jecit. Veruntamen ante præstitutum terminum pax rupta est; deprehenso intra castellum quodam oppidano cum pugione toxicato, quem sub femore occuluerat. Tum profecto Tripolitanae victoriæ supremam manum imposuisset, nisi prope diem mors adveniens præsentis vitæ spiritum subduxisset ingentia parturientem (28 Feb. A. D. 1105). Cujus morte audita, Willelmus de Monte Pessulano (66), et cæteri duces provinciae, Willelmum peregrinum, quem in ipsa obsidione ex Hispana susceperat, quadrimum (67), patriam devehendum curarunt, sollicita omnium spe in successionem educandum. Nec invitus Bertramnus factum (68), quamvis se inconsulto, audivit, ut paternas adoras instauraret. Itaque immenso succinctus milite, præcipueque Januensibus et Pizanis, qui de conjugis cognatione erant, amittentibus, Tripolim terra marique aggressus est, diuturna quoque obsidione fractam in potestatem redegit (A. D. 1109). Successit ei (A. D. 1112) filius Pontius ex Longobarda, adolescens majorum æmulus gloriæ; sortitusque est jugalem (69) Tancredi, quondam Antiocheni principis uxorem. Id enim ille moriens præceperat, protestatus in ephæbo (70) et Christianorum commodum et Turcorum omnifariam dispendium. Pontius ergo Tripoli principatur, sancti Sepulchri se profitens servum, avitum scilicet et paternum secutus exemplum.

DE ROBERTO CURTA OCREA.

§ 389. Robertus filius Willelmi Anglorum regis primi, natus in Normannia, spectate jam virtutis 607 habebatur adolescens quando pater Angliam venit; fortitudinis probatae, quanquam exilis corporis et pinguis aqualiculi. Inter bellicas patris alas excrevit primævo tyrocinio, parenti morem in omnibus gerens. Veruntamen, juvenilem indutus calo-

(64) *Superius*. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e. l.
 (65) *Tortosam*. s., *Tortuosam*, a. c. d. e. l.
 (66) *Pessulano*. s. c. d. e., *Pislerio*, a. l.
 (67) *Quadrimum*. d. e., *vix quadrimum*, a. s. c. l.
 (68) *Factum*. a. s. c. d. e. l., *fratrem* s. (var. lect.)
 (69) *Jugalem*. a. s. c. e. l., *conjugalem*, d.
 (70) *In ephæbo*. c. d. e., *adolescere in ephæbo*, a. s. l.
 (71) *Juvenilem indutus calorem*. c. e., *juvenilem indutus calorem* d., *juventa viridem indutus calorem*, a. s. l.

rem (71), Normanniam a patre adhuc vivente, factorum sodalium instinctu, impetrare se posse speravit: quod cum ille negasset, terrisonæ vocis roncho juvenem abigens, iratus abscessit Robertus, multisque assultibus patriam infestavit; primo quidem genitore cachinnos excutiente, et subinde dicente, « Per resurrectionem Dei! probus erit Robertinus Curta Ocrea. » Hoc enim erat ejus cognomen, quod esset exiguus; cæterum nihil habens quod succenseret, quia nec illepidæ formæ, nec infaceti eloquii, nec virtutis imbecillæ, nec enervis erat consilii. Posteriori vero rex adeo effera succensus est ira ut eum et benedictione ultima et hæreditate fraudaret Anglica, comitatu tamen Normanniæ ægre licet et improbe retento. Post novem annos Ierosolymitanæ viæ laboribus suæ fortitudinis periculum fecit; et in multis quidem mirabilis apparuit, ut nunquam a Christiano vel pagano potuerit ex equite pedes effici (72). Tum vero maxime in bello Antiocheno, cujus ipse victoriam pulchra experientia nobilitavit. Nam cum Turci, ut diximus, subito terrefacti fugæ se dedissent (73), nostrique palantes vehementius impeterent, Corbaguath dux, genuinæ virtutis memor, retento equo suos inclamavit (74), famulos ignavos et annosarum victoriarum oblitos vocans, ut victores quondam orientis 608 paterentur se ab advena et peno inermi populo finibus excludi: quo clamore multi, resumentes animum, Francos conversi urgere et propiores cedere cœpere; Corbaguath suos animante et hostes feriente, ut imperatoris et militis probe officium exequeretur. Tum vero Normannus comes, et Philippus clericus, filius Rogerii comitis de Monte Gomerico, et Warinus de Tanea (75) castello Cenomannico, mutua se vivacitate invicem hortati, qui ante simulata fuga cedebant, convertunt cornipedes, et quisque suum comparem incessens dejiciunt. Ibi Corbaguath, quamvis comitem cognosceret, solo tamen corpore mensus, simul et fugere inglorium arbitrat, audaciam congressus morte propinqua luit, vitali statim spiritu privatus (A. D. 1097): cujus nece visa, Turci, qui jam gloriabundi ululabant, spæ recenti exinaniti, fugam iterarunt. In eo tumultu Warinus cecidit, Robertus cum Philippo palmam retulit: Philippus hac malitia præclausus (76), sed Ierosolymis, ut fertur, bono fine functus; præter exercitium equestre literis clarus. Ita Robertus, Ierosolymam veniens, indelebili macula nobilitatem suam respersit, quod regnum (77), consensu omnium

(72) *Effici*. a. d. e. l., *feri*, s. c.
 (73) *Dedissent*. s. d. e., *commisissent* l.
 (74) *Inclamavit*. c. d. e., *inclamavit*, a. s. l.
 (75) *Tanea*. c. d. e., *Taneo*, a. s. l.
 (76) *Præclausus*. a. s. c. d. e. 11., *præclusus*, 12.
 (77) *Regnum... recusaret*. Originales historiarum cruce signatorum expeditionis de nullo loquuntur nomine Roberto qui coronam recusaverit. Occurrit tamen apud Henricum Huntingdoniensem. Raimondo Tolosano etiam coronæ recusata honor attribuitur (VILLEHARDOUIN, n° 156). Oblata fuisse et ab omnibus principibus successive recusata videtur; at Gode

sibi utpote regis filio (78) delatum, recusaret, non reverentiae, ut fertur, contuitu, sed laborum **609** inextricabilium metu. Veruntamen patriam regresso, in qua licenter se delicatis voluptatibus inservitutum putaverat, adfuit pro hac culpa, credo (79), Deus misericorditer ubique saeviens; et omnes ejus dulcedines amarissimis offensionibus offuscans, sicut consequenti scripto palam fiet. Uxorem filiam Willelmi de Conversana, quam rediens in Apuliam duxerat (A. D. 1100), cujus elegantissimae speciei prodigium vix ullius desertitudinis explicabit conatus, post paucos annos morbo amisit (80) (A. D. 1103); deceptam, ut dicunt, obstetricis (81) consilio, quae pro affluentis lactis copia, puerperae mammas stricta praeeperat illigari fascia. Sed accessit, tantorum malorum grande solatium, filius ex conjugate susceptus (82); qui, Willelmus dictus vaticinio nominis aviti, spem egregiae pietatis (83) aleret in posterum. Pecuniam infinitam, quam ei socer dotis nomine annumeraverat, ut ejus commercio Normanniam exueret vadimonio (84), ita dilapidavit (85) ut pauculis diebus nec nummus superesset. Praecipitavit quoque infamiam ejus inconsultus adventus in Angliam, ut fratri Henrico regnum eriperet (A. D. 1106); sed, desertorum qui eum invitaverant destitutus auxilio, germani paci facile acquievit utriusque (86) partis ducum auxilio (87), trium millium marcarum annuum donum ab Anglia verbo tenus **610** habiturus. Nam promiserat ista rex, non daturus; sed, fratris facilitatem non nesciens, blandam credulitatem luserat dum interim calor bellicus deferveret. Porro ille, quasi cum fortuna certaret utrum plus illa daret an ipse dispergeret, sola voluntate reginae tacite postulantis comperta, tantam massam argenti benignus in perpetuum ignovit; acclines foemineae fastus preces pro magno exosculatus. Erat enim ejus in baptismo siliola, offensarum igitur erat immemor; culparum, quatenus non debet, remissor; omnibus pro voto respondens adeuntibus, ne tristes dimitteret; et quod dare non posset, repro-mittens (88). Qua morum dulcedine, qui laudari et

fridus a Bullonio unanimi totius exercitus voce designatus, illam accipere coactus est. (ALB. AQUENS. lib. vi, c. 33.)

(78) *Utpote regis filio.* Eadem ratione offerri etiam potuisset corona Hugoni Magno, Philippi Francorum regis germano, sed ambigua patriam repetendi usus fuerat opportunitate. Hugonem Magnum purgare conatur Guibertus (pp. 518, 523.)

(79) *Credo.* c. d. e., ut *credo*, a. s. l.

(80) *Morbo amisit.* Sibylla, Normanniae ducissa, veneno interit, juxta Ordericum Vitalem, et Willelmi Gemeticensis continuatorem. Quae a Malmesburiensi referuntur nullo coevo testimonio inniti videntur.

(81) *Obstetricis.* s. d. e., *pellicis*, l.

(82) *Susceptus.* s. c., *sublatus*, a. d. e. l.

(83) *Pietatis.* d. e., *indoctis*, s. c., *probitatis*, a. l.

(84) *Vadimonio.* Normannia pro decem tantum millibus marcarum, id est, pro centesima circiter ejus praesentis pretii parte oppignerata fuerat.

(85) *Ita dilapidavit.* c. d. e., *mimorum et nebulo-*

A subjectorum amorem mercari debuerat, adeo in contemptum sui Normannos exauit ut nullius eum momenti aestimarent (89). Tunc enim potentum quisque sibi adversari, tunc (90) manubiae praedarum per totam regionem agi, tunc vulgus expoliari. Quas incommoditates comiti provinciales deferentes, nullum referebant auxilium; dum ille primo commotus, mox vel munusculis, vel temporis intercessu ira languescente, leniebatur. Idcirco, extremis malis admoniti, opem regis Henrici censuere implorandam, ut laboranti patriae succurreret. Ille Cassarianae sententiae (91) assistens, « Si violandum est jus, gratia civium violandum est; aliis rebus pietatem colas, » non semel in Normanniam vires trajecit, ut laboranti justitiae manum daret: tantumque postremo valuit, ut totam terram, praeter Rotomagum, et Falesium, et Cadonium, subjugaret. Jamque ad hoc Robertus venerat, ut in vicis illis pene se altero vagaretur, precarium **611-612** victum a Burgensibus nundinans (92). Quare offensi Cadomenses, non diu in fide mansere; sed, rege per nuncios admonito, portis serratis et repagulis objectis urbem clausere. Quo Robertus cognito effugere gestiens, vix permissus est, armigero tamen cum cubiculi pannis relicto. Inde raptim Rotomagum veniens, dominum suum regem Francorum, et cognatum comitem Flandrensem, de suffragio convenit; sed, nullo impetrato, ad bellum publicum venit, ultimam fortunam experturus. Qua illum infelici pede prosequente, captus (A. D. 1106), et ad diem mortis (93) in libera tentus est (94) custodia laudabili fratris pietate; quod nihil praeter solitudinem passus sit (95) mali, si solitudo dici potest ubi et custodum diligentia et jocorum praeterea et obscuriorum non deerat frequentia. Tenebatur (96) ergo sociorum omnium viae (97) superstes, nec unquam usque ad obitum (Feb. A. D. 1134) relaxatus (98). Patria lingua sacundus, ut sit jocundior nullus; in aliis consilius, ut nihil excellentius; militiae peritus, ut si quis unquam; pro mollitie tamen animi nunquam regendae reipublicae idoneus judicatus.

num sinibus ita ingressit, a. s. l.

(86) *Utriusque.* a. s. c. d. e. 2. l., *utriusque* et l.

(87) *Auzilio.* c. d. e., *arbitrio*, a. s. l.

(88) *Repro-mittens.* d. e., *compromittens*, a. s. c. l.

(89) *Aestimarent.* a. s. c. d. e. 2. l., *aestimarent*, et l.

(90) *Tunc.* a. s. c. l., omitt. in d. e.

(91) *Cassarianae sententiae.* Confer Ciceronem *De offic.*, lib. iii, c. 21.

(92) *Nundinans.* a. d. e. l., *nundinaturus* s. *nundinatus*, c.

(93) *Diem mortis.* s. d. e., *hunc diem*, a. l.

(94) *Tentus est.* s. d. e., *tenetur*, a. l.

(95) *Passus sit.* s. d. e., *putiatur*, a. l.

(96) *Tenebatur.* s. d. e., *tenetur*, a. l.

(97) *Viae.* a. c. d. e. l., *vita* s. l.

(98) *Nec unquam usque ad obitum relaxatus.* s. d. e., et *utrum aliquando sit exiturus, vero vacillante in dubio*, a. l. — Variæ lectiones quas manuscripti codices hic exhibent, varia indicare videntur tempora quibus historiam suam composuit auctor et emendavit.

Veruntamen quia superius (99) dixi quæcunque no- A comitibus, non incongrue (ut opinor) quartum li-
bram de Hugone magno, et Blesensi et Flandrensi Brium hac meta concludam.

(99) *Superius. c. d. e., jam superius, a. s. l.*

EXPLICIT LIBER QUARTUS MAGISTRI WILLELMI MALMESBURIENSIS DE GESTIS REGUM ANGLORUM.

613 PROLOGUS IN LIBRUM QUINTUM.

Ordine rerum vocante, tempus Henrici regis ingressi sumus: cujus gesta styli officio posteris tradere, majoris quam a nobis debeat exquiri (100) est operæ; nam et si sola quæ nostras aures attingerent scripto mandaretur, cujuslibet eloquentissimi nervos fatigare, et grandia possent armaria gravare. Quis ergo conetur omnia illa consiliorum pondera, illa gestorum regalium molimina, enucleatim B retexere? altioris sunt ista negotii et otiosioris animi. Vix hæc auderet vel Cicero in prosa, cujus adorat sales tota Latinitas, vel si quis versuum favore Mantuanum lacessit poetam. Adde quod, dum ambiguus relatoribus fidem detraho, homo procul ab aulicis misteriis, secretus, majora gesta ignorans, paucis manum appono. Quare verendum est, ne, dum literæ distant ab animi voto, minor

videatur cujus gesta multa prætereo. Veruntamen hujus culpæ, si culpa dicenda est, bona erit apud illum deprecatio qui meminerit me nec omnia ejus gesta potuisse nosse, nec omnia quæ noveram ac scriptum iri debuisse: alterum exegerit personæ neæ exilitas, alterum coactura sit lectorum satietas. Pauca igitur rerum ejus liber hic quintus suo 614 vendicabit gremio; cætera proculdubio et seret fama, et victura in posteros feret memoria. Nec vero a proposito priorum quatuor degenerabit; sed quedam quæ hic et alias ejus acciderunt tempore procedet, quæ forsitan vel non scripta, vel multis sunt incognita. Occupabunt itaque ista magnam partem voluminis; præfata ventis tam longarum digressionum et in hoc et in aliis.

615 LIBER QUINTUS.

Henricus, junior filius Willelmi magni, natus C est (1) in Anglia anno tertio postquam pater eam adierat; infans jam tum omnium votis conspirantibus educatus egregie, quod solus omnium filiorum Willelmi natus esset regis, et ei regnum videretur competere. Itaque [tyrocinium rudimentorum in scholis egit liberalibus (1'), et librorum (2) mella adeo avidis medullis indidit, ut nulli postea bellorum tumultus, nulli curarum motus, eas excutere illustri animo possent. Quamvis ipse nec multum palam legeret, nec nisi summis cantaret; fuerunt tamen (ut vere confirmo) literæ, quamvis tumultuarie libatæ, magna supellex ad regnandi scientiam (2'), juxta illam (3) Platonis sententiam, qua dicit « Beatam esse rempublicam si vel philosophi 616 regnarent, vel reges philosopharentur. » Philosophia ergo non adeo exiliter informatus,

sensim discebat ut successu temporis provinciales mitius contineret, milites non nisi diligentissime explorata necessitate committere sineret. Itaque pueritiam ad spem regni literis muniebat; subinde, patre quoque audiente, jactitare proverbium solitus, « Rex illiteratus, asinus coronatus. » Ferunt quinetiam genitorem non prætereuntem, notata morum ejus compositione quibus vivacem prudentiam aleret, ab uno fratrum læsum, et lachrymantem his animasse, « Ne fleas, fili, quoniam et tu rexeris. »

§ 391. Vicesimo ergo primo regni paterni anno (3'), ætatis suæ nono decimo, in Pentecoste (24 Mai, A. D. 1086), apud Westmonasterium sumpsit arma a patre, cum quo tunc Normanniam navigans, non multo post præsens funeri ejus astitit, cæteris fratribus quo quemque spes tulerat dilapsis, ut superior sermo non occuluit. Quapropter paterna

(100) *Exquiri. d. e., omitt. in a. s. c. l.*

(1) *Natus est. Henricus natus est anno 1068, non 1070, ut habet Ordericus Vitalis. (Annal. Burton. apud Fell. inter Rer. Anglic. Script., V, p. 246.)*

(1') *Liberalibus. a. c. d. e. l., liberalibus s.*

(2) *Librorum. d. e., literarum, a. s. litera, c l, l., literalia, c2.*

(2') *Ad regnandi scientiam. s., ad regnandum scientiæ, a. c. d. e. l.*

(3) *Illam. a. s. c. d. e2. l., omitt. in e l.*

(3') *Vicesimo ergo primo... anno. Willelmus Conquestor extra Angliam erat circa Pentecosten, ejus regni anno vicesimo primo, A. D. 1087. Certum est Henricum in equitum ordinem receptum fuisse anno 1086, id est patris sui regni anno vicesimo.*

benedictione et maternæ hæreditate, simul et multiplicibus thesauris nixus (4), supercilium germanorum parum faciebat, utrique vel assistens vel adversans pro merito: inclinatio porro Roberto pro mansuetudine, ejus lenitatem suo rigore satagebat acueret. Contra, ille, noxia facilitate delatoribus credulus, fratrem immeritum injuriis vexabat, quas vel breviter taxare non erit incongruum.

§ 392. Eo tempore (A. D. 1088), quo, frementibus adversus Willelmum secundum Angliæ proceribus, Robertus in Normannia ventum prosperum (4) expectabat 617 ad navigandum, Henricus in Britanniam ejus jussu abscesserat. Tum ille, occasione aucupata, omnem illam pecuniarum vim testamento patris adolescentulo legatam, quæ erat trium millium marcarum, in stipendiarios suos absumpsit. Id Henricus reversus, licet forsitan ægre tulisset, taciturna præterit industria; enimvero, nunciata pacis compositione in Anglia, deposita militia ferias armis dedere. Comes in sua, junior in ea quæ frater suus dederat vel promiserat, discessit; namque et in acceptum promissa referebat, custodiens turrin Rotomagi in ejus fidelitatem: sed delatione pessimorum cessit in adversum fidelitas, et nulla sua culpa in ipso eodem loco Henricus libere custoditus est, ne servatorum diligentiam effugio luderet. Post medium annum laxatus, fratri Willelmo iuvantissimum servitorem se obtulit; at ille, nihilo modestius ephorum remunerans, plus anno inanibus sponsonibus egentem distulit. Quapropter, Roberto emendationem facti per nuncios promittente, Normanniam venit, amborum fratrum expertus insidias. Nam et rex, pro repulsa iratus, ut retineretur frustra mandarit; et comes, accusatorum lenociniis mutatus, voluntatem verterat, ut blanditiis atrectatum non ita facile dimitteret. Verum ille, Dei providentia et sagaci sua diligentia cuncta evadens pericula, occupatione Abrincarum et quorundam castellorum coegit fratrem libenter paci manum dedere. Nec multo post, Willelmo veniente in Normanniam uti se de fratre Roberto ulcisceretur, comiti obsequiam suam exhibuit, Rotomagi positus (5). Denique regio eo interdiu venientes, qui dolo civium totam jam pridem occupaverant urbem, probe expulsi, 618 admonito per nuncios comite ut ille a fronte propelleret quos ipse a tergo urgeret. Unde factum est, ut Conanum quendam, proditoris apud comitem insimulatum (A. D. 1090), quem ille vinculis irretire volebat, arbitratus nihil calamitosius posse inferri misero quam ut exosum spiritum in ergastulo traheret, —

(4) Nixus. a. s. c. d. e. 2. l., nexus, e. 1.

(4) Prosperum. a. c. d. e. l. omissum in s.

(5) Positus. a. c. d. e. l., proventus s.

(5) Duxit. a. c. d. e. l., eum duxit s.

(6) Posse. a. s. c. d. l., omitt. in c.

(6) Mobilis. a. c. d. e. l., nobilis, s.

(7) Ut supra lectum est. § 308.

(7) Informabant. a. s. c. d. e. 2. l., reformabant et.

(8) Ut supra dictum est. § 333.

(8) Edicto... misso. Regis Henrici charta inveni-

hunc ergo Conanum Henricus suæ curæ servatum iri postulavit. Quo concesso, in superiora Rotomagensis turris duxit (5); jussuque ut late circumposita diligenter ex arcis ædito specularetur, sua per ironiam omnia futura pronuncians, inopiam ex propugnaculo deturbans in-subjectam Sequanam præcipitavit, comitibus qui secum aderant pariter impellentibus: protestatus, Nullam vite moram deberi traditori; quoquo modo alieni hominis posse tolerari injurias, illius vero, qui tibi juratus fecerit hominum, nullo modo posse (6) differri supplicium si fuerit probatus perfidiæ. Parum hic labor apud Robertum valuit, virum animi mobilis (6); qui, statim ad ingratitude flexus, bene meritum urbe cedere coegit. Illud fuit tempus (A. D. 1091) quo, ut supra lectum est (7), apud montem sancti Michaelis ambobus fratribus Henricus pro sui salute, simul et gloria, restitit. Ita, cum utrique germano fuerit fidelis et efficax, illi, nullis adolescentem possessionibus dignati, ad majorem prudentiam ævi processu pecunia victualium informabant (7).

§. 393. Occiso vero rege Willelmo, ut supra dictum est (8), post justa funeri regio persoluta, in regem electus est (A. D. 1100), aliquantis tamen ante controversiis inter proceres agitatae atque sopitis; annitente 619 maxime comite Warwicensi Henrico, viro integro et sancto, cujus familiari jam dudum usus fuerat contubernio. Itaque, edicto statim per Angliam misso (8), injunctas a fratre et Rannullo institutas prohibuit, pensionum et vinculorum gratiam fecit: effoeminatos curia propellens, lucernarum usum noctibus in curia restituit, qui fuerat tempore fratris intermissus; antiquarum (9) moderationem legum revocavit in solidum (9), sacramento suo et omnium procerum, ne luderentur, corroborans. Lætus ergo dies visus est revirescere populis, cum, post tot anxietatum nubila, serenarum promissionum insulgebant lumina. Et ne quid profecto gaudio accumulato abesset, Rannullo nequitiarum fece tenebris ergastularibus incluso (10), propter Anselmum perniciousis nunciis directum. Quapropter, certatim (10) plausu plebeio concrepante, in regem coronatus est Londoniæ nonis Augustis (Aug. 5), quarto post obitum fratris die. Hæc eo studiosius celebrabantur, ne mentes procerum electionis quæsarentur pœnitundine, quod ferebatur rumor, Robertum Normanniæ comitem ex Apulia adventantem jam jamque affore. Nec multo post, suadentibus amicis, ac maxime pontificibus, ut, remota voluptate pellicum, legitimum amplecteretur connubium, die sancti Martini (11 Nov. A. D. 1100) (11)

tur in Mathæo Paris., et in Text. Roff. p. 51.

(9) Antiquarum. a. c. d. e. l., aliquarum s.

(9) Solidum. a. c. d. e. l., solitum, s.

(10) Ergastularibus incluso. Radulphus Flambard, Dunelmensis episcopus, in Londiniensi castro reclusus die Septembris decima quarta, A. D. 1100, Februarii die quarta anni 1101 evasit.

(10) Certatim. s. c. d. e., statim, s. l.

(11) Accepit Mathildem, filiam Malcolm, regis Scotorum. Sacro velo Mathilda quorundam sagittarum

acceptit Mathildem filiam Malcolmi regis Scotto-
rum; cujus amori jampridem animum impulerat,
parvi pendens **620** dotales divitias, dummodo diu
cupitis potiretur amplexibus. Erat enim illa, licet
genere sublimis, utpote regis Edwardi ex fratre
Edmundo abnepiti, modicæ tamen domina supelle-
ctilis, utroque tunc parente pupilla: de qua poste-
rius uberius erit narrandi materia.

§ 394. Robertus interea, Normanniam veniens,
comitatum suum obsistente nullo recepit: quo au-
dito, omnes pene hujus terræ optimales fidei regi
juratæ transfugæ fuerunt; quidam nullis extantibus
causis, quidam levibus occasiunculis emendicatis,
quod nollet iis terras quas vellent ultro pro libito
eorum impertiri. Soli Robertus filius Haimonis, et
Ricardus de Retvers, et Rogerius Bigot, et Robertus
comes de Mellento, cum fratre Henrico justas partes
fovebant. Cæterum, omnes vel clam pro Roberto,
ut rex fieret, mittere, vel palam contumeliis dominum
inurere; Godricum eum, et comparem Godgivam
(12), appellantes. Audiebat hæc ille, et formidabiles
cæcinnos iram differens eiciebat; stultitias fa-
tuorum insaniam objectas artificioso silentio dissol-
vens, blandus odii dissimulatur, sed pro tempore
immodicus retributor. Accessit temporum turbini
versutia Rannulfi; namque ille, sollicitato per nun-
cios lapifero suo, funem asserri sibi impetravit:
funem minister aquæ bajulus (proh dolus! [13])
amphorâ immersum detulit; quo ille muro turris (14)
demissus, si læsit brachia, si excoxiavit **621**
manus, parum curat populus. Inde Normanniam
evadens, comiti jam anhelanti, et in fervorem
prælii prono, addidit calcaria ut incunctanter ve-
niret.

§ 395. Secundo ergo Henrici anno, mense Au-
gusto (A. D. 1101), allitans (15) apud Portesmuthe,
copias suas in omnem regionem exposuit, effudit,
objecit. Nec vero rex segnitie deditus fuit, sed in-
numeram e regione manum traxit (16), dignitatem
suam, si necesse foret, asserturus: nam, licet prin-
cipibus deficientibus, partes ejus solidæ manebant;
quas Anselmi archiepiscopi, cum episcopis (17)
suis, simul et omnium Anglorum tutabatur favor.
Quapropter ipse provincialium fidei gratus, et saluti
providus, plerumque cuneos circueiens, docebat quo-
modo, milium ferociam eludentes, clypeos obje-
ctarent et ictus remitterent; quo effecit ut ultroneis
votis pugnam deposerent, in nullo Normannos me-
tuentes. Sed satagentibus sanioris consilii homini-
bus, qui dicerent pietatis jus violandum si fraterna
necessitudo prælio concurreret, paci animos ac-

tionem initiata fuerat. Religiosi itaque scrupuli sur-
rexerunt de ea connubium initura. Synodus apud
Lambethum convocata est ab archiepiscopo An-
selmo; in qua decretum est Mathildam, non sponte
monialem factam, nubere posse secundum Dei le-
gem. Vide Eadmerum, pp. 56, 57.

(12) Godricum eam et comparem Godgivam. et Ap-
pellationes illæ regularem Henrici reginæque vi-
vendi modum irridere videntur. Godric Dei regnum

A commodavere; repnantes quod, si alter occumberet,
alter infirmior remaneret, cum nullus fratrum præter
ipsum superesset. Sed et trium millium marcarum
promissio lenem comitis fallebat credulitatem, ut,
procinctu soluto, de tanta pecunia menti blandi-
retur suæ, quam ille posteriori statim anno vo-
luntati reginæ libens, quod illa peteret, condo-
navit.

§ 396. Posteriori anno (A. D. 1102) rebellavit
Robertus de Belesmo, major filiorum Rogerii de
Monte Gomerico, obfirmans contra regem castella
Brigas **622** et Arundellum; comportatum eo fru-
mentum ex omni regione Scrobesbirix, et quicquid
necessarium bellum efflagitat diuturnum (18): nec
minus castellum Scrobesbiriense rebellionis consen-
sit, Wallensibus pro motu fortunæ ad malum pronis.
Rex itaque animo ingens (19), omniaque adversa
virtute premens, militia coacta Brigas obsedit,
unde jam in Arundellum transierat Robertus, ali-
mentorum copia et militum ferocia satis abundeque
munitum locum præsumens; sed paucos post dies
oppidani, et formidine conscientie et fortitudine
militiæ reginæ flexi, se dedidere. Quo audito, ab in-
cepto timore Arundellum destitit, regali se addi-
cens clientelæ; egregia sane conditione, ut dominus
suus integra membrorum salute Normanniam per-
mitteretur abire. Porro Scrobesbirienses per Ra-
dulfum tum abbatem Sagii, postea Cantuarie ar-
chiepiscopum, regi misere castelli claves, dedi ionis
præsentis indices, futuræ devotionis obsides. Ita
dissensionis incendium, quod putabatur fore ma-
gnum, paucissimis diebus in cineres consenuit; et
desertorum, semper novis rebus inhiantium, avi-
ditatem coercuit. Robertus, cum fratribus Ernulfo,
qui paternum cognomen sortitus fuerat, et Rogerio
Pictavensi (quod ex ea regione uxorem acceperat
sic dicto), Angliam perpetuo aljuravit; sed vigorem
sacramenti temperavit adjectio, nisi regi placito
quandoque satisfacisset obsequio.

§ 397. Tunc fax bellorum immissa Normanniæ,
perfidorum admixtionæ, quasi rogalibus alimentis
animata, convaluit, circumquaque posita corripiens.
Est enim Normannia opportuna et patiens malorum
nutricula, quamvis non multo **623** tractu regio-
num diffusa; itaque diu seditones intestinas probe
tolerat, et pace reddita in fœcundiorē statum ma-
ture-resurgit, turbatores suos illius provincie diffusus
cum libuerit in Franciam liberis anfractibus emit-
tens. Contra Angliam nec diu infestus patitur, sed
semel intra sinum suum receptos vel dedit, vel ex-
tinguit; nec, populatibus attrita, redivivum cito

significat. » SHARPE, 486.)

(13) Proh dolus! a. d. e. l., proh dolor! s. c.

(14) Turris. a. c. d. e. l., terris, s. — De fuga
episcopi vide Ordericum Vitalem, *Hist. eccl.*, p. 7. 7.

(15) Allitans. e. d. e. l., applicans, a. s.

(16) Traxit. e., contraxit, a. s. c. d. l.

(17) Episcopis. c. d. e., coepiscopis, a. s. l.

(18) Diuturnum. a. c. d. e. l., devectum s.

(19) Ingens. a. c. d. e. l., rigens, s.

caput attolit. Quocirca Normanniam Belesmitanus A (22) pietate fluctare permetteret: et profecto commune commodum et pietas, privatæ necessitudinis intuitu, terga dedissent, nisi (ut aiunt (23)) Paschalis apostolicus dubitantem ad hoc opus epistolis impelleret; asseverans, facundia quæ vigeat, non fore civile bellum, sed præclare 625 patriæ predicandum emolumentum. Itaque Normanniam veniens brevi totam cepit, vel potius recepit, omnibus ad ejus dominium confluentibus, ut fessæ provincie, vigore quo pollebat, consuleret. Non tamen sine sanguine tantam victoriam consummans, multos ex charissimis amisit: inter quos Rogerium de Gloucestra, probatum militem, in obsessione Falesii arcubalistæ jactu in capite percussum; præterea Robertum filium Hamonis (24), qui conto ictus tempora, B hebetatusque ingenio, non paucò (25) tempore quasi captus mente supervixit. Merito mulctatum ferunt, quod, ejus liberandi causa, rex Henricus Baiocas civitatem cum principali ecclesia ignibus absumpserit: sed utrique, ut speramus, purgabile fuit; nam et detrimenta ecclesie rex mirificè resarcivit, et Robertus monasterium Theochesbirie suo favore non facile memoratum quantum exaltavit, ubi et adificiorum decor, et monachorum charitas, adventantium rapit oculos et allicit animos. Horum dispendium ut fortuna sarciret, summam manum ingruente bello imposuit; venientemque contra se cum non contemnenda manu fratrem, et Willelmum comitem Moretolii, et Robertum Bolesmi, ditioni ejus facili C opera contradidit. Hoc bellum actum est apud Ternerchebri, castellum comitis Moritoliensis, Sabato (26) in sancti Michaelis vigilia. Idem dies ante quadraginta circiter annos fuerat, cum Willelmus Hastings primus appulit; provido forsitan Dei judicio, ut eo die subderetur Angliæ Normannia, quo ad eam subjugandam olim venerat Normannorum 626 copia. Captus est ibi comes Moretolii, qui eo venerat studiosam sui operam oppidanis pollicitus, simul et injurias suas ultum iri sperans; sed (ut dixi) pressus (27), squaloris carceris tota vita accolatum accepit: vivacitate mentis et alacritate juventutis nonnihil laudandus, sed pro perfidia finem asperum emeritus. Et tunc quidem Belesmitensis in ipso belli (28) exordio mortem cavil effugio; D sed dum postmodum clandestinis factionibus regem irritasset, et ipse captus cæterorum involutus est periculo, ad mortem perpetuo inclusus ergastulo (29) (A. D. 1112). Vir pro incompositis moribus intolere-

624 § 398. (A. D. 1106) Hi ergo duc, factionum capita, rebellionum incentiva, cum aliis quos nominare pudet, patriam populationibus late contristabant. Consumebanturque frequentes, sed cassæ apud comitem querelæ provincialium de violentia clamantium: movebatur his ille; sed rebus suis timens, ne exacerbati ejus interpolarent otium, dissimulabat. At vero rex Henricus, pro fratris infamia, quam cumulabat patriæ miseria, dolorem transeuntem ferre nequibat: crudele et a boni principis officio longe esse permensus, quod impii homines pauperum fortunis ingluviem suam urgebant (21). Itaque fratrem ad se accitum in Angliam semel blande verbis, post vero in Normanniam veniens non semel dure bellis, admonuit ut comitem, non monachum, ageret; nam et incentori Willelmo omnia quæ habebat in Anglia abstulit, castella ad solum complanavit. Sed cum ad pacem nihil promoveret, diu deliberatione consilii regia sublimitas curis pectus exercuit, utrum fraternæ necessitudinis oblitus patriam discrimini eriperet, an indiscreta

(20) *Serenoque pacis reddito.* c. d. e. l., *serenoque pace reddita* s.

(21) *Urgebant.* Confer Malmes. *De gestis pontific.*, lib. 1, p. 227; edit. Francof. 1601.

(22) *Indiscreta.* c. d. e. l., *indiscretam* s.

(23) *Ut aiunt.* Nulla exstant vestigia illius exhortationis in epistolis Paschalis papæ ad regem Henricum. Paschalis quidem, archiepiscopo Anselmo scribens, jubet cum gratiam regem inter et fratrem ejus componere. Ita scribit: « Significamus dilectioni tuæ, Normannorum comitem questum apud nos esse adversus Anglorum regem, quia et, fracto sacramento quod ei pro eodem regno acqui-

rendo fecerat, regnum invaserit. Et nosti quia eadem comiti debemus auxilium, pro laboribus quos in Asiæ Ecclesie liberatione laboravit, etc. (Anselmi Op. nov. edit. p. 382, col. 2.)

(24) *Robertum, filium Hamonis.* Filia ejus Malibilia uxor facta est Roberti, comitis Gloucestræ, cui Malmesburiensis hoc opus nuncupavit.

(25) *Paucò.* s. c. d. e. l., *parvo*, e. l.

(26) *Sabbato.* S., Michaelis festi vigilia A. D. 1106 die Veneris celebrata est.

(27) *Pressus.* a. e. l., *pressus*, s. c. d.

(28) *Belli.* a. c. d. e. l., *omittit*. in s.

(29) *Ipse captus... ergastulo.* Robertus Belesmitanus

rabilis (30), et in aliorum delicta inexorabilis; præterea sævitia notabilis, cum in aliis tum in hoc, quod puerulum ex baptismo filiolum, quem in obsidatum acceperat, pro modico delicto patris excæcarit, lumina miselli unguibus nefandis abrumpens: simulationis et argutiarum plenus, frontis sereno et sermonum affabilitate credulos decipiens, gnaros autem malitiæ exterritans, ut nullum esset majus futuræ calamitatis indicium quam prætensæ affabilitatis eloquium.

§ 399. Ita rex clavis, successibus ovans, regnum regressus est (A. D. 1107); composita pace in Normannia, qualem nulla ætas meminuit, qualem nec ipse pater, magno illo rerum et verborum fastu (31), unquam efficere potuit. In cæteris quoque genitoris æmulus; rapinas curialium, furta, supra, 627 B edicto (32) compescuit; deprehensis oculis cum testibus (33) evelli præcipiens. Contra trapezetas (quos vulgo monetarios vocant) præcipuam sui diligentiam exhibuit; nullum falsarium, quin pugnum perderet, impune abire permittens, qui fuisset intellectus falsitatis suæ commercio fatuos irrississe.

§ 400. Scottorum reges lenitate sua palpavit, morem fratris æmulatus: siquidem ille Dunecanum, filium Malcolmî nothum, et militem fecit, et regem Scottorum, mortuo patre, constituit (A. D. 1093); sed eo patruî Duvenaldi fraude interempto (A. D. 1094), Edgarum in regnum promovit, præfato Duvenaldo astutia David junioris et viribus Willelmi extincto C (A. D. 1099). Edgaro fatali sorte occumbente (A. D. 1107), Alexandrum successorem Henricus affinitate detinuit, data ei in conjugium filia notha; de qua ille viva nec sobolem, quod sciam, tulit, nec ante se mortuam multum suspiravit: defuerat enim scæminæ, ut fertur, quod desideraretur, vel in morum modestia, vel in corporis elegantia. Alexandro majoribus suis appposito (A. D. 1124), David minor (34) filiorum Malcolmî, quem rex comitem fecerat et connubio insignis scæminæ donaverat, solum Scottorum ascendit; juvenis cæteris curialior, et qui, nostrorum convictu et familiaritate limatus a puero, omnem rubiginem Scotticæ barbariei deterserat; denique regno potitus mox omnes compatriotas triennialium tributorum (35) pensione levavit, qui vellent habitare cultius, amiciri elegantius, pasci accuratius. Neque vero unquam in acta historiarum 628 relatum est tantæ sanctitatis tres fuisse pariter reges et fratres, maternæ pietatis nectar redolentes; namque præter victus parcitatem, eleemosynarum copiam, orationum assiduitatem, ita do-

sis Henrici jussu comprehensus est, A. D. 1112, cum ad cum in Normanniam venisset Francorum regis legatus de pace acturus. Anno sequenti, Robertus in Angliam translatus, in castello Warehamiensi usque ad mortem captivus retentus est

(30) *Intolerabilis*. a. s. l., omitt. in c. d. e.

(31) *Fastu*. s. c. d. e., *roncho*, a. l.

(32) *Edicto*. Henrici I leges nuper vulgatae sunt a doctissimo domino Thorpio in libro *De veteribus Angliæ legibus atque institutis*.

A mesticum regibus vitium evicerunt, ut nunquam feratur in eorum thalamos nisi legitimas uxores esse, nec eorum quemquam pellicatu aliquo pudicitiam contristasse. Solus fuit Edmundus Margaritæ filius a bono degener; qui, Duvenaldi patruî nequitiae particeps, fraternæ non inscius necis fuerit, pactus scilicet regni dimidium: sed captus et perpetuis compedibus detentus, ingenuæ pœnituit; et ad mortem veniens, cum ipsis vinculis se tumulari mandavit, professus se plexum merito pro fratricidii delicto.

§ 401. Wallenses rex Henricus, semper in rebellionem surgentes, crebris expeditionibus in ditionem premebat; consilioque salubri nixus, ut eorum tumorem extenuaret, Flaudrensibus omnes Angliæ accolæ eo traduxit. Plures enim, qui tempore patris pro materna cognatione confluerant, occultabat Angliam, adeo ut ipsi regno pro multitudine onerosi viderentur; quapropter (36) cum substantiis et necessitudinibus apud Ros, provinciam Walliarum, velut in seatinam congestis, ut et regnum defecaret, et hostium brutam temeritatem retunderet. Nec eo secius illuc expeditionem pro temporum opportunitate dirigebat; in quarum una (A. D. 1121), incertum cujus audacia eminens insidiant, arundine impetitus, probe et pulchre evasit, fideliter hamatæ thoracis adjutus beneficio, et simul perfidiam frustrante Dei consilio. Sed nec tunc auctor teli emittit, nec unquam postea investigari valuit, quamvis ille statim non hæsitasset dicere, sagittam non a quolibet 629 Wallense, sed a provinciali emissam, « per mortem Domini nostri, » talia pronuncians: quem morem Jurandi, vel iræ nimietas, vel rei gerietas, ab ore principis extorquebat; nam et ea hora in proprio solo, non in hostica regione, progrediebatur sensim et caute exercitus, ut nihil minus quam insidias quis opinari possit. Nec tamen, intestini discriminis metu, pedem ab incepto retulit, donec Wallenses, datis obsidibus nobilium suorum filiiis, cum aliquanta pecunia et multo peculio, regie magnanimitatis motum sedarent.

§ 402. Brittones transmarinos, quos adolescens vicinos castellis (37) Danfronto et Sancti Michaelis (38) habuerat, pecuniis ad obsequium transducebat. D Est enim illud genus hominum egens in patria, aliasque externo ære laboriosæ vitæ mercaturæ stipendia: si dederis, nec civilia, sine respectu juris et cognationis, detrectans prælia; sed pro quantitate numerum (39) ad quascunque voles partes obnoxium. Hujus consuetudinis ille non inscius, si quando opus habuisset stipendiariis militibus, multa perde-

(33) *Testibus*. c. d. e., *testiculis*, a. s. l.

(34) *Minor*. c. d. e., *junior*, a. s. l.

(35) *Tributorum*. a. s. d. e. l., *cubitorum* c.

(36) *Quapropter*. c. d. e., *quapropter omnes*, a. s. l.

(37) *Castellis*. c. d. e., *castellis suis*, a. s. l.

(38) *Sancti Michaelis*. c. d. e., *monti Sancti Michaelis*, a. s. l.

(39) *Munerum*. a. c. d. e. l., *nummorum* s.

bat in Brittones, fidem perfidæ nationis nummis suis mutuatus (40).

§ 403. Robertum comitem Flandriæ primis regni sui temporibus offendit hac causa : Baldewinus senior, hujus Roberti avus, Willelmum in Angliam venientem, arguto quo pollebat consilio, et militum additamento, vivaciter juverat. His ille illustres crebro retributiones refuderat, omnibus, ut ferunt, annis trecentas argenti marcas (41) **630** pro fide et affinitate socio annumerans. Ea munificentia, in filio Baldewino non imminuta, hæsit in Roberti Frisonis malitia, quam superior (42) non præterit sermo. Porro iste Robertus, Frisonis filius, omissum munus a Willelmo secundo non difficulter impetraverat; quod et is cognationem prætenderit, et ille invictum animum in spargenda pecunia haberet. Verum Henricus majori pondere rem ventilans, ut nee indebite adunaret (43) pecunias, nec nisi debite dilapidaret habitas, Roberto ab Jerosolyma reverso, et quasi pro imperio trecentas argenti marcas exigenti, in hanc respondit sententiam : Non solitos reges Angliæ Flandriis vectigal pendere, nec se velle libertatem majorum macula suæ timiditatis fuscare : quapropter, si suo committat arbitrio, libenter se quod opportunitas siverit ut cognato et amico dare ; si vero in exactione permanendum putaverit, omnino negare. Hac ille ratione dejectus, animum multo tempore in regem tumuit ; sed parum aut nihil simultatibus adjutus, mansuetudini mentem accommodavit, expertus regem posse flecti precario, non fastu tyrannico. Jam vero Baldewino filio ejus variotis temporum causâ irarum in regem dedit : siquidem Willelmum filium Roberti Normanni (44) volens hæreditati intrudere, alienis se sponte negotiis immiscuit, crebroque castella regis in Normannia inopinatis fatigabat assultibus (A. D. 1118) ; magnum incommodum, si fata sivissent,

(40) *Mutuatus. a. s. c. d. e. 2. l., mutuans e. l.*

(41) *Trecentas argenti marcas. Ex duabus chartis, inter Rymerii Fœdera, vol. I, pp. 6. 7 impressis, apparet Henricum annum pensionem quadringentarum marcarum Roberto, Flandriæ comiti, solvisse, consensisse pro conductis millibus armatis equitibus.*

(42) *Superior. Vide § 257.*

(43) *Adunaret. a. c. d. e. l., adamaret s.*

(44) *Willelmum, filium Roberti Normanni. Willelmus, cognomine Cliton, filius Roberti, Normanniæ ducis, et Sibillæ de Conversano, Flandriæ comitatus regimen suscepit post mortem Caroli Boni, A. D. 1127.*

(45) *Archas. Historici contendunt de loco ubi Baldewinus vulnus accepit, et ubi mortuus est; imo etiam de mortisejus tempore non consentiunt. Quidquid sit, extremos vitæ suæ decem menses in Sancti Bertini monasterio egisse videtur, ibique obiit et sepultus est (Ann. Flaud., lib. iv, ad an. 1119), in Bouquet notatum XIII, 14, in quo de eodem comite legitur : « Eo tempore, Henricus Anglorum rex fratrem suum Robertum Normanniæ ducem de Terra Sancta revertentem in vincula coniecit, eo quod regnum Angliæ, ut maximus stirpis, quod ille occupaverat, repeteret. Cujus filius Guillelmus exhæredatus ad hunc Balduinum comitem consanguineum suum contigit : quem iste comes nutriens et militaribus armis instruens, cum annum decimum octavum atti-*

A terræ minatus : sed apud Archas (45) **631** majori manu militum quam timebat exceptus mortem maturavit, crebris ictibus galea quassata cerebrum violatus. Causam ferunt morbi augmentati, quod ea die allium cum auca præsumperit, nec nocte venere abstinerit. Hic intuebuntur posteri exemplum regalis pietatis exemplum, quod medicum peritissimum decumbenti miserit ; illachrymatus, si credimus, morbo perire, quem pro admiratione fortitudinis salvari maluisset. Successor ejus Karolus (A. D. 1119) nulla molestia vires regis inquietavit ; primo fœdere suspensio, mox etiam consummata (46) amicitiam ejus amplexus.

§ 404. Philippus rex Francorum regi nostro nec utilis (47) nec infestus fuit, propterea quod castri ventri magis quam negotiis deditus, nec præterea in castellis ejus collimitaneus ; pauca enim, quæ tunc habebat in Normannia, magis Britannicæ quam Franciæ vicina erant : adde quod [ut superius **632** dixi (48)] Philippus, accedente senio, libidine gravis, comitissæque Andegavensis (49) specie lassus, illicitis ardoribus defœneratus famulabatur. Quocirca ab apostolico excommunicatus, cum in villa qua mansitabat nihil divini servitii fieret, sed, discedente eo, tinnitus signorum undique concreparent, insulsam fatiitatem caehinnis exprimebat : « Audis, inquit, bella quomodo nos effugant ! » Adeo erat omnibus episcopis provinciæ suæ derisui, ut nullus eos desponsaret præter Willelmum archiepiscopum Rotomagensem (50) ; cujus facti temeritatem luit multis annis interdictus, et vix tandem aliquando per Anselmum archiepiscopum apostolicæ communioni redditus. Philippo interea nulla mora insanæ temulentiae satietatem fecit, nisi quod, in extremo vitæ tactus morbo, monachicum apud Floriacum accepit habitum (51) : pulchris et fortunatius illa, quod ætate et sanitate integra,

gisset, contra patrum suum Angliæ regem Henricum eum rebellare admonens, sæpe cum eo Normanniæ gravibus incursionibus infestabat. Sic ergo juvenis iste Balduinus, bellis assuetus et frequentibus triumphis decoratus, tantis laudibus effulsit, ut fama virtutis ejus per omnes diffunderetur regiones : cujus sicut virtus supra modum ætatis ejus subitanis incrementis emicuit, sic occulta Dei dispositione cæptis ejus obviante, diu durare non potuit. Nam, cum dictum juvenem Guillelmum in paternam hæreditatem resituere nititur, Normanniæque sæpius infestat, scuto ipsius, ut fertur, ictu cujusdam militis fronti ejus illiso, graviter vulneratur; eoque vulnere tandem vitam cum principatu, nulla superstite prole, amisit, ante sui principatus octavo. »

(46) *Consummato. c. d. e., confirmato, a. s. l.*

(47) *Utilis. a. s. c. d. e. 2. l., inutilis e. l.*

(48) *Ut superius dixi. Vide § 235.*

(49) *Comitissæque Andegavensis. Bertradis, quarta uxor Fulconis IV, comitis Andegavensis. l.*

(50) *Præter Willelmum archiepiscopum Rothomagensem, Ordericus Vitalis hoc facinus ascribit Odono Bajocensi episcopo ; Urbanus papa II, in epistola ad Baynaldum, Remensem archiepiscopum, idem Ursioni, Sylvanectensi episcopo ascribit.*

(51) *Monachicum apud Floriacum accepit habitum. Licet rex Philippus, paucis ante suum obitum*

nec specie rugata, apud Fontem Evraldi sanctimo-
nialium appetit velum; nec multo post presenti
vitæ valeferit, Deo forsitan providente, non posse de-
licatæ mulieris corpus religionis laboribus inservire.

§ 405. At vero Lodowicus filius Philippi varium
se præstitit, in neutra parte bene constans. Primo
enim tempore plurimus in fratrem irarum auctor
Henrico ad capiendam Normanniam fuit, corruptus
videlicet Anglorum spoliis et multo **633** regis ob-
ryzo. Non quod ille obtulerit, sed quod alter invita-
verit, ultro adhortans ne clarissimæ olim patriæ
nervos dissimulatione sua succidi sineret. Postea
vero simulas inter eos exorta est pro Thetbaldo
comite Blesensi, filio Stephani qui apud Ramulam
occubuit, quod Thetbaldus susceptus esset Stephano
ex Adala filia Willeimi magni. Diu igitur ex parte
regis nostri labores viarum consumpserunt nuncii,
ut dignaretur Lodowicus satisfactionem Thetbaldi.
Ille vero, parvi faciens preces, Thetbaldum ab apo-
stolico devotari (52) fecit quasi arrogantem et Deo
rebellem; qui præter austeritatem morum, quæ om-
nibus videbatur intolerabilis, ferebatur dominum
suum privare (53) avitis possessionibus. Itaque diu
(54) productis inimiciliis, cum uterque grossum
tumeret, nec alter alteri pro (55) persona cederet,
Lodowicus Normanniam venit, inflatori anhelitu
late omnia exhauriens. Nunciabantur hæc regi, qui
apud Rotomagum se continebat, adeo ut (56) vulgus
militum aures ejus infestaret, pateretur repelli Lo-
dowicum, hominem aqualiculi pondere olim lectum
foventem, sed nunc pro dissimulatione minis auras
onerantem. Ille, paterni memor exempli, fatuitatem
Franci patientia extundere, quam viribus repellere,
malebat. Quinetiam milites benigne appellando hæc
ratione mulcebât: Non debere illos (57) mirari si
sanguinis eorum prodigus esse caveret, quos sibi
fideles non modicis experimentis approbasset. Im-
pium esse, ut, ad regnum sibi parandum, eorum
glorietur mortibus, **634** qui vitam suam pro ejus
salute ultroneis devoveant certaminibus: illos reg-
ni sui nutritos, pietatis alumnos; quapropter boni
principis se velle sequi exemplum, ut modestia sua
eorum remoretur impetum, quos ita paratos pro se
videat ad moriendum. Postremo, cum videret pruden-
tiam suam sinistra interpretatione turbari et
ignaviam vocari, in tantum ut Lodowicus prope
Rotomagum quatuor milliariis ignes faceret, præ-
das ageret, majori fortitudine vim animi concussit,
et prociuctu parato vicit egregie, præteritas dissi-

annis, monasticum habitum induere in animo ha-
buisset, ut videtur ex epistola ad eum scripta ab
Ilugone, Cluniacensi abbate, nunquam tamen quæ
de suscipiendo religioso habitu sibi proposuerat,
sortita sunt effectum.

(52) *Devotari*. a. c. e. l., *denotari*, s. d.

(53) *Privare*. a. c. d. e. l., *fraudare* s.

(54) *Diu*. s. s. c. d. e2. l., omitt. in e1.

(55) *Pro*. a. s. c. d. e2. l., omitt. in e1.

(56) *Adco ut*. a. d. e. l., *adeo*, e2. l2, *quoad*, s.,
q̄, c.

mulationes feroci puniens victoria. Veruntamen
aliquanto post pax parta est; quia et rerum (58)
omnium est vicissitudo, et nummi quaslibet injurias
levant, ad persuadendum quod intendunt potentes.
Quare Willelmus, filius regis nostri, homagium regi
Francorum de Normannia fecit, jure legitimo de eo
provinciam (59) cogniturus. Illud fuit tempus (A.
D. 1119) quo idem puer filiam Fulconis comitis
Andegavensis despondit et accepit; patris pruden-
tia satagente, ut hinc pecunia, hinc affinitate me-
diante, nihil contra filium turbaretur.

§ 406. His diebus Calixtus papa, de quo posterius
dicam plura, præsentiam suam prope Normanniam
exhibuit (A. D. 1119): cujus colloquio potitus (60), rex
Angliæ Romanos prudentiam Normannorum mirari
et prædicare coegit. Namque ille (ut fertur) infesto
venerat animo, ut eum asperius conveniret quare
fratrem et sancti Sepulchri peregrinum in captione
teneret; sed responso principis, quod erat simile
veri, et probabilibus argumentis perstrictus, parum
contra retulit. Possunt enim **635** communes loci
(61) ad quamlibet partem infecti pro facundia ora-
toris (62), præsertim cum non contemnatur elo-
quentia quam pretiosa condiunt xenia. Et ut nihil
cumulatæ pompæ deesset, adolescentulos clarissimi
generis, filios comitis de Mellento, ut contra car-
dinales de dialectica disputarent, subornavit: quo-
rum tortilibus sophismatibus cum vivacitate (63)
rationum obsisti nequiret, non puduit cardinales
cniasteri, majori occiduas plagas florere literarum
peritia quam ipsi audissent vel putassent in patria.
Itaque hæc colloctio hunc finem emeruit, ut prou-
nunciaret apostolicus nihil Anglorum regis causa
justius, prudentia eminentius, facundia uberius.

§ 407. Horum puerorum pater erat comes de
Mellento Robertus (ut dixi), filius Rogerii de Bello
Monte qui Pratellum cœnobium Normanniæ con-
struxit: homo antiquæ simplicitatis et fidei, qui,
crebro a Willelmo primo invitatus ut Angliam veni-
ret, largis ad voluntatem possessionibus munerandus,
supersedit; pronuncians, patrum suorum hæredita-
tem se velle fovere, non transmarinas et indebitas
possessiones vel appetere vel invadere. Hic duos
filios habuit; Robertum istum, et Henricum. Hen-
ricus comes Warwicensis, dulcis et quieti animi
vir, congruo suis moribus studio vitam egit et clau-
sit. Alter, astutior et pronioris (64) ad versutiam
cordis, præter paternam hæreditatem in Normannia

(57) *Illos*. a. d. e. l., *eos*, s. c.

(58) *Rerum*. a. s. c. d. e2. l., omitt. in e1.

(59) *De eo provinciam*. a. s. c. d. e2. l., omitt.
in e1.

(60) *Cujus colloquio potitus* Calixtus papa Henrico
regi obviam ivit apud Gisorium, post celebratum
Remense concilium, Oct. mense A. D. 1119.

(61) *Loci*. a. c. d. e. l., omitt. in s.

(62) *Oratoris*. a. c. d. e. l., *orationis* s.

(63) *Vivacitate*. e. d. e., *pro vivacitate*, a. s. l.

(64) *Pronioris*. a. e. d. e. l., *pro moribus* s.

et ingentia prædia in Anglia, castellum, quod matris suæ frater Hugo filius Gualeranni tenuerat, Mellentum nomine, a rege Franciæ nundinatus est pecunia. Qui cum superiorum regum tempore, **636** spe sensim pullulante, in gloriam procederet, hujus ætate summo propectu effluit; habebaturque (65) ejus consilium quasi quis divinum consulisset sacrum. Jamque non immerito assecutus æstimabatur, quod esset ævi maturus ad consulendum, suasor concordiæ, dissuasor discordiæ, et prorsus ad quod intenderet, pro viribus eloquentiæ, citissimus persuasor. Ingentis in Anglia momenti, ut inveteratum vestitendi vel comedendi exemplo suo inverteret morem. Denique consuetudo semel prandendi (66) in omnium optimatum curiis per eum frequentatur, quam ipse causa bonæ valetudinis acceptam, nunciis (67) a Constantinopolitano imperatore Alexio, suo (ut dixi) cæteris refudit exemplo. Quod tamen magis parcitate dapsilitatis fecisse et docuisse, quam timore crudelitatis et indigeriei, immerito culpatur; quia nemo eo, ut fertur, in dapibus aliis sumptuosior, vel sibi moderatior fuit. In placitis propugnator justitiæ, in guerris provisor victoriæ; dominum regem ad severitatem legum custodiendam exacuens, ipse non eas sequens, sed proponens: expers in regem (68) perfidiæ, in cæteros ejus persecutor (69).

§ 408. Habebat præterea rex Henricus episcopum Salesbiriensem Rogerium a secretis, cujus maxime nitetur consilio, nam et ante regnum **637** omnibus suis præfecerat rex (70); primum cancellarium, mox episcopum constituerat, prudentiam viri expertus. Sollertè administrati episcopatus officium spem infudit quod majori dignus haberetur munere; itaque totius regni moderamen illius delegavit justitiæ, sive ipsi adesset Angliæ, sive moraretur Normanniæ. Refugit episcopus tantis se curis involvere, nisi tres archiepiscopi Cantuarienses, Anselmus, Radulfus, Willelmus, et postremo papa, injunxissent ei munus obedientiæ. Sategit ita fieri Henricus, non nescius quod fideliter sua tractaret commoda Rogerius: nec defuit ille spei regiæ; sed tanta integritate, tanta se agebat industria, ut nulla contra eum conflaretur invidia. Denique rex plerumque triennio, nonnunquam quadriennio, et eo amplius, in Normanniâ moratus, cum in regnum reverteretur, deputabat justitiarii modestiæ quod nihil aut parum inveniebat molestiæ (71). Inter hæc, ecclesiastica officia non negligere, sed quotidie mane omnia honeste persolvere ut, ex-

(65) *Habebaturque. a. c. d. e. l., habebaturque s.*

(66) *Consuetudo semel prandendi.* Moris istius meminit Henricus Huntingdoniensis (lib. vi, 209), de Hardocanuto loquens, qui quater in die mensæ accumbebat: «Cum nostri temporis consuetudo sit, causa vel avaritiæ, vel, ut ipsi dicunt, fastidii principes semel in die tantum suis escas antepone-re.»

(67) *Nunciis. a. s. c. d. e. 2. l., omitt. in e1.*

(68) *Regem. e. l., rege, d., reges, a. s. c. e. 2. l.*

(69) *Persecutor.* Henricus Huntingdoniensis, in epistola ad Walterum (*Anglia sacra*, pars II,

A peditius et tutius cæteris posset accedere. Pontifex magnanimus, et nullis unquam parcens sumptibus, dum quæ faciendæ proponeret, ædificia præsertim, consummaret; quod cum alias, tum maxime in Salesbiria et Malmesbiria (72) est videre. Fecit enim ibi ædificia spatio diffusa, numero pecuniarum sumptuosa, specie formosissima; ita juste composito ordine lapidum, ut junctura perstringat intuitum, et totam maceriam unum mentiatum esse saxum. Ecclesiam Salesbiriensem et novam fecit et ornamentis excoluit, ut nulli in Anglia cedat, sed multas præcedat; **638** ipseque non falso possit discere Deo, «Domine, dilexi decorem domus tuæ.»

§ 409. Hiberniensem regem Murcardum, et successores ejus, quarum nomina fama non extulit, B ita devotos habuit noster Henricus, ut nihil nisi quod eum palparet scriberent, nihil nisi quod juberet agerent: quamvis feratur Murcardus, nescio qua de causa, paucis diebus inflatus in Anglos egisse; sed mox, pro interdicto navigio et mercimonio navigantium, tumorem pectoris sedasse. Quanti enim valeret Hibernia si non adnavigarent merces ex Anglia? Ita pro penuria, imo pro inscientia cultorum, jejunum omnium bonorum solum, agrestem et squalidam multitudinem Hiberniensem extra urbes producit: Angli vero et Franci, cultiori genere vitæ, urbes nundinarum commercio inhabitant. Paulus Orcadum comes, quamvis Noricorum regi hæreditario jure subjectus, ita C regis amicitias suspiciebat ut crebra ei munuscula missitaret: nam et ille prona voluptate exterarum terrarum miracula inhiabat, leones, leopardos, lynceos, camelos, quorum foetus Angliæ est inops, grandi (ut dixi) jucunditate a regibus alienis expostulans; habebatque conseptum quod Wudestocbe dicitur, in quo delicias talium rerum confovebat. Posueratque ibi animal quod hystrix (73) vocatur, missum sibi a Willelmo de Monte Pislerio; de quo animali Plinius secundus in octavo Naturalis Historiæ libro, et Isidorus de Etymologiis, memorant, esse animal in Africa, quod Afri ericii genus dicunt, coopertum hispidis setis, quas in canes insectantes naturaliter emittat. Sunt enim setæ (74) (ut vidi) palmo et plus longæ, in utraque summitate acutæ; similes **639** pennis auarum ubi desinunt plumæ, sed paulo plus grossæ; nigro et albo quasi intertinctæ.

§ 410. Illud præter cætera Henricum insigniebat, quod, quamvis pro tumultibus Normannicis sæpe et diu regno suo decesset, ita timore suo rebelles fr-

p. 695) egregiam indolem Roberto attribuit. Ordericus Vitalis narrat eum prima Junii die, A. D. 1118, obiisse.

(70) *Præfecerat rex.* Vide Guil. Neubrig., 1, 6.

(71) *Cum in regnum... molestiæ.* a. c. d. e. g. k. l., omitt. in s.

(72) *Et Malmesbiria.* s. d. e., omitt. in 12.

(73) *Hystrix.* Mss. *Lege strix.*

(74) *Sunt enim setæ. e. l., sunt vero setæ illæ, e. 2., sunt vero setæ, a. c. d. l., sunt vero, s.*

nabat, ut nihil pacis in Anglia desiderares; quo-
circa etiam exteræ gentes illuc, velut ad unicuique
tutæ quietis portum, libenter appellebant. Denique
Siwardus rex Noricorum, primo ævi processu fortis-
simis conferendus, incepto itinere Jerosolymitano,
rogataque regis pace, in Anglia tota resedit hyeme;
plurimoque per ecclesias auro expenso, mox, ut
Favonius ad serenitatem pelagi vernaes portas
aperuit, naves repetiit; proventusque in altum, Ba-
leares (75) insulas, quæ Majorica et Minorica dicun-
tur, armis territis, faciliores ad subigendum præ-
fator Willelmo de Monte Pislerio reliquit. Inde per-
tendit Jerosolymam, navibus omnibus incolumibus
præter unam; quæ, dum retinacula a portu solvere
tardat, absorpta est immani voragine (quam inter
Sequanica et Aquitanica littora esse Paulus histo-
ricus Longobardorum (76) asseverat), tanto unda-
rum impetu ut ad triginta miliaria garrulitas di-
scernatur aquarum. Jerosolymam veniens, Tyrum
et Sidonem, urbes quas mare allambit, ad Christia-
nitatis gratiam obsedit, effregit, subegit. Mutato
itinere Constantinopolim ingressus, 640 navem
aureis rostratam draconibus fastigio sanctæ Sophi-
æ pro trophæo affixit. Hominibus suis in eadem
urbe (77) catervatim morientibus remedium excogi-
tavit, ut reliqui parcius, et aqua mixtum vinum bi-
berent: ingenii acrimonia (78), ut, porcino jecore
mero injecto, moxque pro asperitate liquoris reso-
luto, idem in hominibus fieri primo præ sagiret;
post etiam, quodam defuncto exenterato, visu ad-
disceret. Quare contuitu prudentiæ et fortitudinis,
quæ grande quid pollicebantur, imperatore illum
retinere tentante, spem ejus, qua jam aurum Nori-
cum devorabat, pulchre cassavit (79): impetrata ad
proximam urbem licentia, cistas thesaurorum,
plumbo impletas, et obsignatas, apud eum depo-
nens, quasi citissimi reditus vades. Ita ille illusus
est; aliter pedes domum contendit.

§ 411. Sed enim ut ad Henricum regrediatur ora-
tio; erat ille in rebus suis providendo efficax, de-
fendendo pertinax: bellorum quatenus posset cum
honestate repressor; cum vero decrevisset non
pati, impatiendus injuriarum exactor, obvia peri-

(75) *Baleares. a. s. c. d. e 2. l., Balearum e 1.*

(76) *Paulus historicus Longobardorum.* Paulus
Diaconus, Winfridus etiam appellatus, Desiderio,
postremo Longobardorum regi, a secretis erat.
Paulus Longobardorum Historiam in sex libris scrip-
sit antequam Carolus Magnus imperium suum
condidisset. Sharpius ait: « Malmesberiensis hic
narrare videtur navem in Mediterraneo mari ab-
sumptum fuisse, sed non recte; Paulus enim Dia-
conus de Aldernensi gurgite certe hic loquitur. »
Vide Paul. Diac. lib. 1, c. 6; ap. Muratori, *Res.
Ital. Script.* tom. 1.

(77) *In eadem urbe. a. s. c. d. e 2. l., omitt.
in e 1.*

(78) *Ingenii acrimonia. c. d. e., ingenti ingenii
acrimonia, a. s. l.*

(79) *Pulchre cassavit. a. c. d. e 2. l., pulchro
cassavit, e 1., pulchre cessavit. s.*

(80) *Ut parcat, etc.*

Purcare subjectis, et debellare superbos.

(VIRG. *Æn.* vi, 855.)

cula virtutis umbone decutens. Odii et amicitia in
quemlibet tenax; in altero nimio irarum æstui, in
altero regis magnanimitati, satisfaciens; hostes vi-
delicet ad miseriam deprimens, amicos et clientes
ad invidiam efferens: nam et hanc curam vel pri-
mam vel maximam boni principis philosophia propo-
nit, ut parcat subjectis (80), et debellet superbos.
Justitiæ rigore inflexibilis, provinciales quiete, pro-
ceres dignanter 641 continebat; fures et falsarios
latentes maxima diligentia perscrutans, inventos
puniens; parvarum quoque rerum non negligens.
Cum nummos fractos, licet boni argenti, a vendito-
ribus non recipi audisset, omnes vel frangi vel incidi
præcepit (81). Mercatorum falsam ulnam castigavit;
brachii sui mensura adhibita, omnibusque per An-
gliam proposita. Curialibus suis (82), ubicunque
villarum esset, quantum a rusticis gratis accipere,
quantum et quoto pretio emere debuissent, edixit;
transgressores vel gravi pecuniarum mulcta, vel
vitæ dispendio, afficiens. Principio regni, ut terrore
exempli reos inureret, ad membrorum detrunctio-
nem, post ad pecuniæ solutionem proclivior; pro-
morum prudentia, ut fere fert natura mortalium,
optimatibus venerabilis, provincialibus amabilis ha-
bebatur. Quod si qui majorum, jurati sacramenti
immemores, a fidei tramite exorbitarent, continuo,
et consiliorum efficacia et laborum perseverantia,
erroneos revocabat ad lineam; per asperitatem
vulnerum detrectantes reducens ad sanitatem ani-
morum. Nec facile quam diuturnos sudores in tali-
bus effuderit enumerem, dum nihil patitur inultum
quod a delinquentibus commissum dignitati suæ non
esset consentaneum. Pugnatum erat maxima causa
Normannia, ut ante dixi, in qua ipse pariter multis
annis degens, Angliæ quoque prospiciebat, nullo
audente caput erigere dum ille audaciam, 642 ille
suspicere prudentiam. Nec vero propter rebellio-
nem aliquorum procerum unquam suorum appetitus
est insidiis, nisi semel: auctor earum fuit quidam
cubicularius, plebeii generis patre, sed pro regio-
rum thesaurorum custodia famosi nominis homine,
natus: is deprehensus (83) et facile confessus, pœ-
nas perfidie acriter luit. Præter hoc tota vita secu-

(81) *Cum nummos fractos... omnes vel frangi vel
incidi præcepit.* « Cum gemina moneta a dubia dis-
tingui non posset, crebro argentei nummi frange-
bantur, sæpiusque ideo rejiciebantur. Ab Henrico
itaque edictum est ut nummi omnes frangerentur,
ita ut quisque discernere posset utrum proba esset
moneta annonæ, et fracta etiam apud omnes valeret.
Vide Edmerum, *Hist. Novor.* p. 94. » (SHARPE,
507.)

(82) *Curialibus suis.* His verbis ex abrupto l. 1
mutulus desinit.

(83) *Is deprehensus.* Sugerius refert Henricum
adeo territum fuisse, detecta cubiculariorum suorum
conspiratione, ut dormiendi locum frequenter trans-
mutaret, custodum numerum adaugeret, clypeidum-
que et ense ad manum per noctem constanter ser-
varet. Vir, de quo hic mentio hic agit, conjura-
tione convictus, licet antea a rege singulariter fo-
tus et promotus, suspendi juste meritis fuisset,
oculos tantum et virile membrum perdidit. *De Vita
Lud. Grossi;* Duchesne, IV, 308 (SHARPE, 508).

ras, animos omnium timori, sermones amori obstrictos habebat.

§ 412. Statura minimos supergrediens, a maximis vincebatur: crine nigro et juxta frontem profugo (84), oculis dulces serenissimis, thoroso pectore, carnoso corpore. Faciliarum pro tempore plenus; nec pro mole negotiorum, cum se communioni dedisset, minus jucundus. Minus pugnacis famæ, Scipionis Africani dictum representabat, « Imperatorem me mea mater, non bellatorem, peperit. » Quapropter sapientia nulli unquam (85) modernorum regum secundus, et pene dicam omnium antecessorum in Anglia facile (86) primus, libentius bellabat consilio quam gladio: vincebat, si poterat, sanguine nullo; si aliter non poterat, pauco. Omnium tota vita omnino obscœnitatum cupidinearum expertus, (87) quoniam (ut a consociis accepimus) non effrœni voluptate, sed gignendæ prolis amore (88), mulierum in gremio infunderetur: nec dignaretur advenæ delectationi præbere assensum, nisi ubi regium sequen procedere posset in effectum; effundens naturam ut dominus, non obtenperans libidini ut famulus. Cibis indifferenter utens, magisque expletus esuriens, quam multis obsoniis urgens ingluviem; potui nunquam præter sictim indulgens. Continentiæ minimum excessum tum in suis tum in omnibus execrans. Somni gravis, et quem frequens roncatio interrumpere. Facultatis in dicendo magis fortuitæ quam elaboratæ; nec præcipitijs, sed mature.

§ 413. Pietatis in Deum prædicandæ, monasteria in Anglia et Normannia construxit; quibus quia nondum supremam manum imposuit, ego quoque interim judicium meum differere, nisi me Radigensium fratrum charitas tacere non sineret. Hoc ille cœnobium inter duo flumina Keneam et Tamensam constituit, loco ubi pene omnium itinerantium ad populosiores urbes Angliæ posset esse diversorium; posuitque ibi monachos Cluniacenses, qui sunt hodie præclarum sanctitatis exemplum, hospitalitatis indefessæ et dulcis indicium: videas ibi quod non alibi, ut plus hospites, totis horis venientes, quam inhabitantes insument. Præposterum me et adulatorem fortasse quis dixerit, quod nunc primum nascentem religionem tanto esseram præconio, nescians quid ventura pariat dies; sed ipsi (ut spero) cum Dei gratia exultentur ut in bono durent. Ego non erubescio si sanctis viris blandiar; et bonum quod in me non habeo, in alijs admirer. Investituras ecclesiarum Deo et sancto Petro remisit, post multas controversias inter eum et Anselmum archiepiscopum habitas: vix tandem ad consentiendum, pro ingenti Dei gratia, ingloriosa

(84) Profugo. a. c. d. e. 12., profuso s.

(85) Nulli unquam. s. c. d. e. 2., nunquam, et., nulli, a., non nulli, 12.

(86) Facile. a. s. c. d. e. 2., 12., omitt. in e. 1.

(87) Obscœnitatum cupidinearum expertus. Confer Malmesburiensem de Henrico indole in hoc præcipuo

A de fratre victoria inflexus. Sed harum causarum tenorem multo verborum circuitu egit dominus Edmerus (89): nos, pro pleniore noticia, Paschalis sæpe dicti apostolici scripta ad hanc rem pertinentia subnectemus.

§ 414. « Paschalis episcopus Henrico regi salutem. In literis quas nuper ad nos per familiarem tuam nostræ dilectionis filium, clericum Willelmum transmisisti, et personæ tuæ sospitatem cognovimus, et successus prosperos quos tibi, superatis regni adversariis, benignitas divina concessit; audivimus præterea optatam virilem sobolem ex ingenia te et religiosa conjugæ suscepisse. Quod profecto cum nos lætificaverit, opportunum rati sumus nunc tibi præcepta et voluntatem Dei validius inculcare, cum amplioribus beneficiis benignitati ejus te prospicis debitorem. Nos quoque divinis beneficiis benignitatem nostram penes te sociare optamus; sed grave nobis est, quia id a nobis videris expectere quod præstare non possumus. Si enim consentiamus aut patiamur investituras a tua excellentia fieri, et nostrum procul dubio et tuum erit immane periculum. Quæ in re contemplari te volumus quid aut non faciendæ perdas, aut faciendæ conquiras: nos enim in prohibitione hac nihil amplius obedientiæ, nihil liberalitatis, per ecclesias nanciscimur; nec tibi debita potestatis aut juris subtrahere quicquam astitimur, nisi ut erga te Dei ira minuatur, et sic tibi prospera cuncta contingant. Ait enim Dominus: *Honorificante me honorificabo; qui autem contemnit me erunt ignobiles.* Dices itaque mei hoc juris est. Non utique: non est imperatorum, non regum, sed divinum; solus illius est qui dixit *Ego sum ostium.* Unde pro ipso te rogo, cujus hoc manus est, ut reddas hoc ipsi; ipsi dimittas, cujus amori etiam quæ tua sunt debes. Nos autem cur tuæ obniteremur voluntati, cur obisteremus gratiæ; nisi Dei, in hujus negotii consensu, sciremus nos voluntati obviare, gratiam amittere? Cur tibi quicquam negaremus, quod cuiquam esset mortalium concedendum, cum beneficia de te ampliora sumpserimus? Prospice, fili charissime, utrum decus an dedecus tibi sit, quod sapientissimus ac religiosissimus Gallicanorum episcoporum Anselmus propter hoc tuo lateri adhaerere, ut veretur in regno consistere. Qui tanta de te bona hactenus audierant, quid de te sentient? quid loquentur, cum hoc fuerit in regionibus divulgatum? Ipsi qui coram te tuos excessus extollunt, cum præsentia tua caruerint, hoc profecto validius infamabunt. Redi ergo, charissime fili, ad cor tuum propter misericordiam Dei et propter amorem Unigeniti deprecamur: revoca pastorem tuum, revoca patrem tuum; et si quid, quod non opinamur, gravius ad-

casu, cum Henrico Huntingdoniensi de eodem.

(88) Amore. a. s. c. d. 12., amoris e.

(89) Edmerus. Vide Eadmeri Hist. Novorum, edit. Seld. Lond. 1623.

(90) Quod. c. d. e. quod omnino a. s. 12.

versus te gesserit, si investituras aversatus fueris, nos juxta voluntatem tuam, quantum cum Deo possumus, moderabimur: in tamen talis repulsæ infamiam a persona tua et regno removeas. Hæc si feceris, et si gravia quælibet a nobis petieris, quæ cum Deo præberi facultas sit, profecto consequeris, et pro te Dominum ipso adjuvante exorare curabimus; et de peccatis tam tibi quam conjugii tuæ, sanctorum apostolorum meritis, indulgentiam et absolutionem faciemus. Filium autem tuum, quem ex spectabili et gloriosa conjugio suscepisti, quem, ut audivimus, egregii patris Willielmi nomine **646** nominasti, tanta tecum imminenti confovebimus, ut qui te vel illum læserit Romanam ecclesiam videatur læsisse. Datum Lateranis, nono kalendas Decembris (91).

§ 415. « Paschalis Anselmo. Suavissimas dilectionis tuæ accepimus literas, charitatis calamo scriptas. In his reverentiam devotionis tuæ complectimur; et perpendentes fidei tuæ robur, et piæ sollicitudinis instantiam, exultamus, quia, gratia Dei tibi præstante auxilium, te nec promissa sustollunt, nec minæ concutiant. Dolemus autem quia, cum fratres nostros episcopos, legatos regis Anglorum, benigne suscepimus, quæ nec diximus iis, nec cogitavimus, redeuntes ad propria retulerunt. Audivimus enim eos dixisse, quia, si rex in aliis bene ageret, nos investituras ecclesiarum nec prohibere, nec factas excommunicare; et quod ideo volebamus chartas committere, ne sub occasione ea cæteri principes in nos inclamarent. Unde Jesum, qui corda et renes scrutator, in animam nostram testem invocamus, si, ex quo hujus sanctæ sedis curam suscepimus gerere, hoc immane scelus vel descendit in mentem. » Et infra, « Si ergo virgam pastoralitatis signum, si anulum signaculum fidei, tradit laica manus, quid in ecclesia pontifices agunt? Episcopos autem qui veritatem in mendacium commutarunt, ipsa veritate, quæ Deus est, in medium introducta, a beati Petri gratia et a nostra societate secernimus donec Romanæ ecclesiæ satisfaciant. Quicumque vero intra prædictas inducias investituras consecrationum (92) **647** acceperunt, a consortio nostro et ecclesiæ alienos habemus (93). »

§ 416. « Paschalis Anselmo. Quod Anglici regis cor ad apostolicæ sedis obedientiam omnipotentis Dei dignatio inclinavit, eidem miserationum Domino gratias agimus, in cujus manu corda regum versantur. Hoc nimirum tuæ charitatis gratia, tuarumque orationum instantia, factum credimus, ut in hac parte populum illum, cui tua sollicitudo præsidet,

A miseratione superna respiceret. Quod autem et regi, et his qui obnoxii videntur, adeo condescendimus, eo affectu et compassione factum noveris, ut eos qui jacebant erigere valeamus: te autem, in Christo venerabilis et charissime frater, ab illa prohibitione sive, ut tu credis, excommunicatione absolvimus, quam ab antecessore nostro sanctæ memoriæ Urbano papa adversus investituras ac (94) hominia factam intelligis. Tu vero eos qui aut investituras accipere, aut investitos benedixere, aut hominia fecere, cum ea satisfactione quam tibi per communes legatos Willelmum ac Baldwinum, viros fideles et veridicos, significamus, Domino cooperante suscipito, et eos vice nostræ auctoritatis absolvo; quos vel ipse benedicas, vel a quibus volueris benedicti præcipias (95), nisi in iis aliud forte reperias propter quod a sacratis honoribus sint repellendi. Si qui vero deinceps præter investituras ecclesiarum prælationes assumpserint, etiamsi regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc a benedictionis munere arceantur, donec omnipotentis Dei gratia (96) **648** ad hoc omittendum cor regium tuæ prædicationis imbribus molliatur. Præterea super episcopis qui falsum (ut nosti) a nobis rumorem retulerunt, cor nostrum commotum est vehementius, quia non solum nos læserunt, sed multorum simplicium animas deceperunt, et regem adversus charitatem sedis apostolicæ impulerunt; unde et inultum eorum flagitium, Domino cooperante, non patimur; sed, quia filii nostri regis instantia pro iis nos pulsat attentius, etiam ipsis communionis tuæ participium non negabis. Sane regem et conjugem, et proceres illos qui pro hoc negotio cum rege ex præcepto nostro laboraverunt, quorum nomina ex supradicti Willelmi suggestione cognosces, juxta sponsonem nostram a peccatis et pœnitentiis absolves. Rotomagensis episcopi causam tuæ deliberationi committimus, et quod ei induleris indulgemus (97). »

§ 417. Hæc Paschalis summus papa, pro ecclesiarum Dei libertate, sollicitus agebat. Fuerunt autem episcopi quos mendacii arguit, Girardus archiepiscopus Eboracensis, et Herbertus Norwicensis; quorum errata reprehenderunt veraciores legati, Willelmus postea Exoniensis episcopus, et Baldwinus Beccensis monachus. Eratque tunc Anselmus archiepiscopus iterum tempore istius regis Lugduni exul (98), apud Hugonem ejusdem civitatis archiepiscopum, quando epistola prima, quam apposui, emissa est; quia nec ipse ullo desiderio veniendi tenebatur, nec rex animositatem suam pro copia susurronum sedari patiebatur. Diu ergo et revocare

(91) Decembris. Vide epistolam in Eadmero, p. 74.

(92) Investituras consecrationum. Mss. omnes ita habent. Epistola in Eadmero vulgata, p. 72, recte habet, investituras vel consecrationem.

(93) Habemus. Vide hanc epistolam in Eadmer, p. 74 et seq.

(94) Ac. a. c. d. e. 12., aut s.

(95) Præcipias. a. c. d. e. 12., percipias s.

(96) Omnipotentis Dei gratia. c. d. e., per omnipotentis Dei gratiam, a. s. 12.

(97) Indulgemus. Vide hanc epistolam in Eadmer, p. 87.

(98) Iterum... Lugduni exul. Anselmus, rege redeunte, revocatus fuerat; sed postea iterum discessit.

illum, et monitionibus apostolicis obsecundare, distulit; **649** non elationis ambitu, sed procerum, et maxime comitis de Mellentio instinctu, qui, in hoc negotio magis antiqua consuetudine quam recti tenore rationem reverberans, allegabat multum regiae majestati diminui, si, omittens morem antecessorum, non investiret electum per baculum et annulum. Veruntamen rex, diligentius inspecto quid vivida epistolarum ratio, quid divinorum munerum in se ubertim confluens admoneret largitum, investituram annuli et baculi indulsit in perpetuum; retento tantum (99) electionis et regalium privilegio. Coacto ergo apud Londoniam magno episcoporum et procerum abbatumque concilio, multa ecclesiasticarum et secularium rerum ordinata negotia, decisa litigia. Nec multo post, uno die quinque sunt ordinati episcopi in Cantia ab Anselmo archiepiscopo: Willelmus ad Wintoniam, Rogerius ad Salesburiam, Willelmus ad Exoniam, Rainaldus ad Herefordum, Urbanus ad Glamorgan. Itaque controversia frequentibus dissensionibus agitata, plurimo Anselmi ad Romam ita et reditu ventilata, laudabilem finem accepit.

§ 418. Uxor regis (100) ex antiqua et illustri regum stirpe descendit Matildis, filia regis Scottorum (ut praedixi), a teneris annis inter sanctimonialia apud Wiltoniam et Rumesium educata, literis quoque foemineum pectus exercuit. Unde ut ignobiles nuptias respueret, plusquam semel a patre oblatas, peplum sacrae (1) professionis index gestavit: quapropter, cum rex suscipere vellet (2) eam thalamo, res in disceptationem venit (3); **650** nec nisi legitime productis testibus, qui eam jurarent sine professione causa procorum velum gessisse, archiepiscopus adduci potuit ad consentiendum. Haec igitur duobus partibus, altero alterius sexus, contenta, in posterum et parere et parturire destitit: æquanimitèrque ferebat, rege alias intento, ipsa curiae valedicere, Westmonasterio multis annis morata. Nec tamen quicquam ei regalis magnificentiae deerat; sed indefessa frequentia, undæ salutantium, et totis apportantium temporibus, accipiebantur et vomebantur superbis ædibus: hoc regis jubebat liberalitas, hoc ipsius gratia et dulcis attrahebat benignitas. Sanctitudinis egregiae, non usquequaque despiciabilis formæ, maternæ pietatis æmula, nihil sinistrum quantum ad se moribus admittens; præter regium cubile pudoris integra, nulla etiam suspitione læsa. Cilicio sub regio cultu convoluta,

(99) *Tantum*. a. c. d. e. 12., tamen s.

(100) *Regis*. a. s. c. e. 2., ejus, d., regi, c. l. 12.

(1) *Sacrae*. a. c. d. e. 12., sanctæ s.

(2) *Suscipere vellet*. a. d. e. 12., susciperet, s. c.

(3) *Res in disceptationem venit*. Vide Eadmer, *Hist. Nov.* pp. 56, 57.

(4) *Ideo*. a. s. c. d. e. 2. 12., ideo e. l.

(5) *Provida*. c. d. e., prodiga, a. 12.

(6) *Obiit*. Maii mensis die 1 A. D. 1118.

(7) *Sex*. a. c. d. e. 12., septem s.

(8) *Adala*. Henricus uxorem duxit Adalam, Go-

A nudipes diebus Quadragesimæ terebat ecclesiarum limina: nec horrebat pedes lavare morbidorum, ulcera sanie distillantia contrectare; postremo longa manibus oscula protelare, mensam apponere. Erat ei in audiendo servitio Dei voluptas unica, ideoque (4) in clericos bene melodos inconsiderate provida (5); blande quoscunque alloqui, multa largiri, plura polliceri. Inde, liberalitate ipsius per orbem sata, turmatim huc adventabant scholastici tam cantibus tum versibus famosi; felicemque se putabat qui carminis novitate aures mulceret dominæ. Nec in his solum expensas conferebat, sed etiam omni generi hominum, præsertim advenarum; qui, muneribus acceptis, famam ejus longe per terras venditarent. Est enim cupiditas gloriæ ita innata **651** mentibus hominum, ut vix aliquis, bonæ conscientiae pretiosis contentus fructibus, si quid bene fecerit, non dulce habeat efferrî in vulgus: unde aiunt, et constat dominæ esse surreptum ut extraneos quos posset præmiis deliniret; cæteros promissis, aliquando efficacibus aliquando et æpius, inanibus, suspenderet. Eo effectum est ut prodige donantium non effugeret vitium, multimodas colonis suis deferens calumnias, inferens injurias, auferens substantias: quo bonæ largitricis nacta famam, suorum parvi pensaret contumeliam. Sed hæc qui recte judicare volet, consiliis ministrorum impabit; qui, more harpyarum, quicquid poterant corripere unguibus, vel infodiebant marsupis vel insomabant conviviis: quorum foeculentis susurris aures oppleta, nævum honestissimæ menti contraxit: de reliquo factis omnibus approbanda et sancta. Inter hæc erepta est patriæ, magno provincialium damno, suo nullo; nam et funus nobiliter curatum apud Westmonasterium, quietem accepit, et spiritus æ cælum incolere non frivolis signis ostendit. Obiit (6) regno post septemdecim annos et sex (7) menses libenter relicto; fatum parentum experta, qui pece omnes virente potissimum ævo excessere mundo. Successit thoro ejus, sed non ita cito (A. D. 1121), Adala (8) filia ducis de Lovanio, quod est castellum caput Lotharingiæ.

§ 419. Filium habuit rex Henricus ex Matilde, nomine Willelmum, dulci spe et ingenti cura in successionem educatum (9) et provectum **652** nam et ei, vix dum duodecim annorum esset, omnes liberi homines Angliæ et Normanniæ, cujuscunque ordinis et dignitatis, cujuscunque domini fideles, manibus et sacramento se dedere coacti

defridi Lovaniensis comitis filiam, mense Februario A. D. 1121.

(9) *In successionem educatum*. Bromton (col. 1013, X Script.) Malmesburiensi verba ascribit quæ nusquam in nostro inveniuntur. Willelmus Malmesburiensis dicit, quod ille Willelmus regis primogenitus palam Angliis fuerat comminatus, quod, si aliquando super eos regnaret faceret eos ad aratrum trahere quasi boves: sed spe sua choruscabili Dei vindicta cum aliis deperit.

sunt. Filiam quoque Fulconis comitis Andegavensis vix nubilem ipse etiam impubis despondit (10) et accepit, dato sibi a socero comitatu Cenomannico pro munere sponsalicio: quin et Jerosolymam Fulco ire contendens, comitatum commendavit regi suum, si viveret (11); futurum profecto generi, si non rediret. Plures ergo provincie spectabant nutum pueri. putabaturque regis Edwardi vaticinium in eo complendum; ferebaturque spes Angliæ, modo arboris succisa (12), in illo juvenculo iterum floribus pubescere, fructus protrudere, et ideo finem malorum sperari posse. Deo aliter visum; lujuscemodi enim opinionem tulerunt auræ, quod eum proxima dies urgebat fato satisfacere. Enim vero socero tunc annitente, simulque Thetbaldo filio Stephani et Adalæ amitæ, Lodowicus rex Franciæ B Normanniam concessit puero, ut facto sibi hominio possideret eam jure legitimo (A. D. 1119); ordinabat hæc et efficiebat prudentissimi patris prudentia, ut hominum, quod ipse pro culmine imperii fastidiret facere, filius delicatus, et qui putabatur viam seculi ingressurus, non recusaret. Illis agitandis et placita concordia componendis quatuor annorum tempus rex impendit, in Normannia toto hoc tempore moratus. Veruntamen tam splendide et excogitate pacis serenum, tam omnium spes 653 in speculam erectas, confudit humanæ sortis varietas. Namque iudicto in Angliam reditu, rex sub ipso crepusculo (15) septimo kalendas Decembris (Nov. 23, A. D. 1120), apud Bartelbet naves solvit; cumque, qui impleverat carbasa, venis felicitate regno et amplæ fortunæ inve-

(10) *Despondit.* Nuptiæ principis Willelmi cum Mathilda, Andegavensis comitis filia, celebrate sunt in Junio mense A. D. 1119, coram Patribus Remensis concilii.

(11) *Viveret.* a. c. d. e., *veniret*, s. 12.

(12) *Modo arboris succisa.* Vide § 226.

(15) *Crepusculo.* c. d. e. 12., *noctis crepusculo*, a. s.

(14) *Obnizi*, etc.

Obnizi crepuere, illisaque prora pependit.

(Verg. *Æn.* v. 206.)

A in saxum obnizi crepuere, concussaque prora pependit (14). Jamque alios undis exponebat, alios ingressa per rimas aqua enecabat, cum ejecta scapha filius regis excipitur; salvarique potuisset ad litus regressus, nisi soror ejus notha, comitissa Perticæ, in majori nave cum morte luctans, fœmineo ululatu fratris opem implorasset, ne tam impie se relinqueret. Ille, misericordia infractus, lembum carinæ 654 applicari jussit, ut sororem exciperet; mortem misellus pro elementæ teneritudine indeptus: continuo enim multitudine insilientium scapha victa subsedit, omnesque pariter fundo involvit. Evasit unus et ille agrestis, qui, tota nocte malo supernatans, mane totius tragœdiæ actum expressit. Nulla unquam fuit navis Angliæ tantæ miserix, nulla toti orbi tam patulæ famæ. Perit ibi cum Willelmo alter filius regis Ricardus, quem ante regnum ex provinciali fœminæ susceperat, juvenis magnanimus et patri pro obsequio acceptus; Ricardus comes Cestriæ, et frater ejus Otuelus, nutricius et magister filii regis; filia regis, comitissa Perticæ; et neptis ejus, soror Thetbaldi, comitissa Cestriæ: præterea quisquis erat in curia lectissimus miles vel capellanus, et optimatum filii ad militiam provehendi; accurrerant (15) enim undique, ut dixi, non leve gloriæ suæ numeraturi commodum si filio regis vel deferrent ludicrum vel conferrent obsequium. Accumulavitque calamitatem difficultas inveniendorum cadaverum, quia dispersis per littora quæsitibus nullum facile repertum est; sed ierunt tam delicata corpora æquoreis crudella pabula monstris. Juven- C culi ergo morte cognita, res mirum in modum mutata. Parens enim cœlibatui renunclavit, cui post mortem Matildis studuerat, futuros hæredes ex nova conjuge janjamque operiens. Socer, ex Jerosolymis domum revorsus, partibus Willelmi filii Roberti Normanni comitis improbus astitit, (16) tradens ei alteram filiam nuptum, et Cenomannicum comitatum (A. D. 1123): 655 irarum stimulus in regem acribat dos filix, post mortem filii in Anglia retenta.

§ 420. Filiam Matildem (17), ex Matilde susceptam dedit rex Henricus Henrico imperatori Alemanniæ, filio Henrici de quo tertius liber memoriam fecit. Fuit hic Henricus quintus ejus nominis apud Teutonicos imperator: qui licet pro contumeliis apostolicæ sedis patri graviter succensusset, ipse tamen ejusdem sententiæ sequax, et propugnator suo tempore fuit infestus; namque cum Urbano papæ Paschalis successisset, vir nullo virtutis genere carens, rursus quæstio de investituris ecclesiarum, rursus bella,

(15) *Accurrerant.* a. s. c. d. e. 12., *accurrerunt* e 1.

(16) *Tradens ei alteram filiam nuptum.* Connubium Willelmi, Normanniæ ducis filii, cum Sibilla, anno 1123 peractum, anno sequenti, instante Henrico rege, a papæ legato dissolutum est.

(17) *Filiam Matildem ... Henrico, imperatori Alemanniæ.* Matildis, imperatori Henrico V desponsata anno 1109, nuptiæ non celebratæ sunt ante Januarii mensis diem septimam, A. D. 1114.

rursus lites agitari, neutris partibus loco cedentibus. Imperator omnes episcopos et abbates regni sui quod citra montes est fautores habebat; quia Karolus magnus, pro contumenda gentium illarum ferocia, omnes pene terras ecclesiis contulerat: consiliosissime perpendens, nolle sacri ordinis homines tam facile quam laicos fidelitatem domini rejicere; præterea, si laici rebellarent, illos posse et excommunicationis auctoritate et potentiae severitate compescere. Papa ultramontanas ecclesias suæ rationi subjecerat; parumque suscipiebant urbes Italiae Henrici dominium, servitio se putantes exutas post Conradi fratris ejus interitum, qui a patre relictus Longobardiæ in regem, apud Aretium obierat diem: at vero Henricus, antiquis Cæsaribus in nullo virtute dejectior, post pacatum regnum Teutonicum præsumebat animo Italicum, rebellionem urbium subjugaturus, quæstionemque de investitura suo libito recisurus (18) (A. D. 1111). Sed iter illud ad Romam, 656 magnis exercitationibus pectorum, magnis angoribus corporum, consummatum, David Scottus Bancornensis episcopus exposuit; magis in regis gratiam quam historicum deceret acclinis (19): denique et inauditam violentiam, quod apostolicum cepit, quamvis libere custodierit, laudi ducit, ab exemplo quod Jacob, angelum violenter tenens, benedictionem ab eo extorsit. Præter hæc, laborat asserere dictum apostoli, « Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus (20), » non adversari cupiditatibus pontificum per laicos investorum, quia non sit secularis negotium si clericus laico fecerit hominum: quæ quantum sint frivola, cujuslibet dijudicabit prudentia. Ego interim, ne bonum virum verbo videar premere, statuo indulgendum, quia non historiam sed panegyricum scripsit. Nunc vero privilegium et conventionem (A. D. 1111), violenta trium septimanarum captione a papa extorta, vacaciter inseram; et qualiter non multo post religiosiori consilio enervata sunt, subjiciam.

§ 421. « Dominus papa Paschalis non inquietabit dominum regem, nec ejus imperium vel regnum, de investitura episcopatum et abbatiarum, neque de injuria sibi illata et suis, in persona et bonis; neque aliquod malum reddet sibi vel alicui personæ pro hac causa: et penitus in personam regis Henrici nunquam anathema ponet; nec remanebit in domino papa quin coronet eum, sicut in ordine continetur; et regnum et imperium, officii sui auxilio, eum tenere adjuvabit pro posse suo. Et hæc adimplebit dominus papa sine fraude et malo ingenio. » Hæc sunt nomina 657 illorum (21) episcoporum et cardinalium qui, præcepto domini

(18) *Recisurus*. a. c. d. e. 12., *decisurus* s.

(19) *Acclinis*. a. c. d. 12., *acclivus* s.

(20) *Nemo... secularibus*. II Tim. II, 4.

(21) *Illorum*. a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e 1.

(22) *In Schola Græca*. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in Schola Græca ita vocatur, quia sanctus Augu-

papæ Paschalis, privilegium et amicitiam domino Henrico imperatori sacramento confirmaverunt: Petrus Portuensis episcopus, Centius Sabinensis episcopus, Robertus cardinalis sancti Eusebii, Bonifacius cardinalis sancti Marci, Anastasius cardinalis sancti Clementis, Gregorius cardinalis apostolorum Petri et Pauli, item Gregorius cardinalis sancti Chrisogoni, Johannes cardinalis sanctæ Potentianæ, Risus cardinalis sancti Laurentii, Reinerus cardinalis sanctorum Marcellini et Petri, Vitalis cardinalis sanctæ Balbinæ, Teuzo cardinalis sancti Marci, Thetbaldis cardinalis Johannis et Pauli, Johannes decanus in Schola Græca (22), Leo decanus sancti Vitalis, Albo decanus Sergii et Bachi.

§ 422. Ipse etiam rex hoc sacramentum fecit: « Ego Henricus rex liberos dimittam, quarta vel quinta feria proxima, et dominum papam, et episcopos et cardinales, et omnes captivos et obsides qui pro eo vel cum eo capti sunt, et secure perducere faciam intra portas Transiberinæ civitatis; nec ulterius (23) capiam, aut capi permittam, eos qui in fidelitate domini papæ Paschalis permanent: et populo Romano (24) et Transiberinæ civitati pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, in personis, quæ pacem mihi servaverint. Dominum papam fideliter adjuvabo ut papatum suum quiete et secure teneat. Patrimonia et possessiones Romanæ ecclesiæ quæ abstuli restituam, et cuncta quæ habere debet more antecessorum 658 suorum recuperare et tenere adjuvabo, bona fide, sine fraude et malo ingenio: et domino papæ Paschali obediam, salvo honore regni et imperii, sicut catholici imperatores catholicis pontificibus Romanis. » Et isti sunt juratores ex parte ipsius regis: Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Godebaldus Tridentinus episcopus, Bruno Spirensis episcopus, Berengarius comes, Albertus cancellarius, Herimannus comes, Fridericus comes palatinus, Bonifacius marchio, Albertus comes de Blandriaco, Fridericus comes, Godefricus comes, Warnerius marchio.

§ 423. Hac conventionem expleta, et prædictorum episcoporum et cardinalium sacramento confirmata, osculo utrinque dato, dominus papa quarto idus Aprilis, Dominica Quasi modo geniti (13 April, A. D. 1111) missam celebravit; in qua, post communionem suam et ministrorum altaris, imperatori corpus et sanguinem Domini (25) dedit in hæc verba: « Hoc Dominicum corpus, quod sacrosancta tenet ecclesia, natum ex Maria virgine, elevatum in cruce pro redemptione humani generis, datus tibi (fili charissime) in remissionem peccatorum tuorum, et in conservationem confirmandæ pacis

stium, antequam ad fidem converteretur, rhetoricam illic edocuisset habetur.

(23) *Nec ulterius... civitati*. s. c. d. e., omitt. in a. 12.

(24) *Populo Romano*. s., *populi Romani*, c. d. e.

(25) *Domini*. a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e 1.

et veræ amicitie inter me et te, et regnum et sacerdotium. » Altero vero die apostolicus et rex ad columnas (26) quæ sunt in foro convenerunt, dispositis præsiidiis loricatorum ubicunque videbatur opus esse, ne impediretur regis consecratio. Et in Argentea Porta receptus est rex ab episcopis, et cardinalibus, et toto clero Romano; et cœpta oratione quæ in ordine continetur ab Ostiensi episcopo, quoniam Albanus deerat, a quo dehuisset **659** dici si adesset, ad mediam rotam ductus est; et ibi recepit secundam orationem a Portuensi episcopo, sicut præcipit Romanus ordo. Deinde duxerunt eum cum letaniis usque ad confessionem Apostolorum; et ibi unxit eum Hostiensis episcopus inter scapulas et in brachio dextro. Post hæc a domino apostolico ad altare eorundem apostolorum deductus (27) et ibidem, imposita sibi corona ab ipso apostolico, in imperatorem est consecratus. Post impositam coronam missa de Resurrectione Domini est celebrata; in qua ante communionem dominus apostolicus (28) privilegium imperatori propria manu dedit, in quo sibi et regno suo quod hic scriptum est concessit, et in eodem loco sub anathemate confirmavit.

§ 424. « Paschalis episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio, et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori augusto, Henrico, salutes et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctæ Romanæ ecclesiæ coherere divina dispositio constituit; prædecessores siquidem vestri, probitatis et prudentiæ amplioris gratia, Romanæ urbis coronam et imperium consecuti sunt: ad cuius videlicet coronæ et imperii dignitatem, tuam quoque personam (filii charissime Henrice), per nostri sacerdotil ministerium majestas divina provexit. Illam igitur dignitatis prærogativam, quam (29) prædecessores nostri vestris prædecessoribus catholicis imperatoribus concesserunt, et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque tuæ dilectioni **660** concedimus, et præsentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus, libere, præter violentiam vel symoniam electis, investituram virgæ et annuli conferas; post investitionem vero canonice consecrationem accipiant ab episcopo ad quem pertinerit. Si quis autem a clero vel populo, præter assensum tuum, electus fuerit, nisi a te investatur, a nemine consecratur; exceptis nimirum illis qui vel in archiepiscoporum vel in Romani pontificis solent dispositione consistere. Sane archiepiscopi vel episcopi libertatem habeant a te investitos epi-

A scopos vel abbates canonice consecrandi: prædecessores enim vestri ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipsum maxime (30) episcoporum vel abbatum præsiidiis oporteat communiri, et populares dissensionis quæ in electis omnibus sæpe contingunt, regali oporteat majestate compesci. Quamobrem prudentiæ tuæ et potestati cura debet sollicitus imminere, ut Romanæ ecclesiæ magnitudo, et cæterarum salus, tuis, Domino præstante, beneficiis et servitiis conservetur. Si qua ergo (31) ecclesiastica vel secularis persona, hanc nostræ concessionis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, anathematis vinculo, nisi resipuerit, innodetur, honorisque ac dignitatis suæ periculum patiat; observantes autem hæc misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam ad honorem suum et gloriam feliciter imperare concedat. »

§ 425. Peracto itaque toto ipsius consecrationis officio, apostolicus et imperator, complexis invicem dextris, iverunt cum celebri pompa ad **661** cameram quæ est ante confessionem sancti Gregorii, ut ibi deponeret apostolicus sua sacerdotalia, imperator autem sua regalia. Imperatori autem exeunti de camera, et suis regalibus exuto, occurrerunt Romani patricii cum aureo circulo, quem imposuerunt imperatori in capite, et per eum dederunt sibi summum patriciatum Romanæ urbis, communi consensu omnium et volenti anime.

C § 426. Omnem hanc ambitionem privilegiorum et consecrationis, verbo de scriptis præfati David transluli, quæ ille (ut dixi) pronius quam deberet ad gratiam regis inflectit. Sequenti vero anno congregatum est concilium Romæ, non tam præcipiente quam connivente papa, et privilegium illud irritum factum est. Auctores fuere hujusce mutationis archiepiscopus Viennensis (32), qui postea sedem apostolicam rexit, et episcopus Engolismensis, Girardus nomine, qui coepiscopos ad hæc exinanenda irritabant. Ejus ergo concilii actio hæc est.

D § 427. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo duodecimo, indictione quinta, anno pontificatus (33) domini papæ Paschalis secundi tertio decimo, mense Martio, quintodecimo kalendas Aprilis (18 Mart.), celebratum est concilium Romæ Lateranis in basilica Constantiniana (34). In qua cum dominus papa Paschalis resedisset, cum archiepiscopis, et episcopis, et cardinalibus, et varia multitudine clericorum et laicorum, ultima die concilii, facta coram omnibus professione catholice fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: **662**

(26) Ad columnas. Reliquiæ templi Jovis Statoris habentur.

(27) Et ibi unxit eum... deductus. a. d. e. g. k. 12., omitt. in s. c.

(28) Apostolicus. a. c. e., papa, s. d. 12.

(29) Illam igitur dignitatis prærogativam, quam. a. d. e. 12., illud igitur dignitatis privilegium, quod. s. c.

(30) Maxime. a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e. l.

(31) Ergo. e. l., igitur, a. s. d. e. 2. 12.

(32) Viennensis. a. s. c. d. e. 12., Engolismensis, s. (var. lect.) — Postea papa Calixtus II.

(33) Pontificatus. a. c. d. e. 12., omitt. in s.

(34) Basilica Constantiniana. Ecclesia a Constantino Magno ædificata.

« Amplector omnem divinam Scripturam Veteris ac Novi Testamenti, legem a Moyses scriptam et a sanctis prophetis : amplector quatuor evangelia, septem canonicas epistolas, et epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canones apostolorum, quatuor concilia universalia sicut quatuor evangelia, Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense ; præterea Antiochenum concilium, et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum, et præcipue decreta domini mei papæ (35) Gregorii septimi, et beatæ memoriæ papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt, laudo ; quæ tenuerunt, teneo ; quæ confirmaverunt, confirmo ; quæ damnaverunt, damno ; quæ repulerunt, repello ; quæ interdixerunt, interdico : quæ prohibuerunt, prohibeo ; in omnibus et per omnia in his semper perseverabo. » Quibus expletis, surrexit pro omnibus Girardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania, et communi assensu domini papæ Paschalis, totiusque concilii, legit hanc scripturam.

§ 428. « Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere (36) dici debet pravilegium (37), pro liberatione captivorum et ecclesiæ, a domino papa Paschali per violentiam regis Henrici extortum, nos omnes, in hoc sancto concilio cum domino papa congregati, canonica censura et ecclesiastica auctoritate iudicio Sancti Spiritus damnamus, et irritum esse judicamus, atque omnino quassamus, et, ne quid auctoritatis et efficaciæ habeat, penitus excommunicamus. Et hoc ideo damnatum est, quia in eo pravilegio (38) continetur quod electus canonice a clero et populo a nemine 663 consecratur, nisi prius a rege investiat ; quod est contra Spiritum Sanctum et canonicam institutionem. » « Perlecta vero hac charta, acclamatum ab omnibus et universo concilio, « Amen, amen ! fiat, fiat ! »

§ 429. Archiepiscopi, qui cum suis suffraganeis interfuerunt, hi sunt : Joannes patriarcha Veneticus, Semies (39) Capuanus, Landulfus Beneventanus, Analfitanus, Regitanus, Hydrintinus, Brundisinus, Capsanus, Gyrontinus ; et Græci, Rosanus, et (40) archiepiscopus sanctæ Severinæ. Episcopi vero : Centius Sabinensis, Petrus Portuensis, Leo Hostiensis, Cono Prænestinus, Girardus Engolismensis, Galo Leonensis legatus pro Bituricensi, et Viennensis archiepiscopus, Rogerius Vultur-nensis, Gaudridus Senensis, Rollandus Populonensis Gregorius Terracinensis, Willelmus Trojanus (41) Wil-

helmus Siracusanus legatus pro omnibus Sicilia, et alii fere centum episcopi. Siwinus et Johannes Trisculanus episcopus, cum essent Romæ, illa die concilio non interfuerunt ; qui postea, lecta damnatione privilegii, consenserunt et laudaverunt.

§ 430. Ferebantur ista per orbem, nec dissimulabat omnis Gallia imperatorem execrari, ecclesiastici zeli vigore (42) in eum intentato. Illis commotus Romam septimodecimo (43) anno Paschalis papæ contendit (A. D. 1117) acrius in illum ulturus ; sed is (44) felici transitu mundanas effugerat ærumas, ridebatque in requie positus ex alto contumacis Cæsaris 664 minas. Cujus morte accepta, alacris imperator celerabat viam, ut Joanne Gaitano (45), superioris papæ cancellario, qui jam electus et Gelasius dictus fuerat, ejecto, Mauricium Bracarensem episcopum (46) cognomento Burdium, intruderet. Sed hæc epistola Gelasii certius proponet.

§ 431. « Gelasius, servus servorum Dei archiepiscopus, episcopus, abbatibus, clericis, principibus et cæteris per Galliam fidelibus, salutem. Quia vos Romanæ ecclesiæ membra estis, quæ in ea nuper acta sunt dilectioni vestræ significare curamus. Siquidem post electionem nostram dominus imperator, furtive et inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit. Pacem postea et minis et terroribus postulavit, dicens. Quæ posset se futurum, nisi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus : ad quæ nos ista respondimus : *De controversia quæ inter ecclesiam et regnum est, vel conventioni vel justitiæ libenter acquiescimus loco et tempore competentem, videlicet Mediolani vel Cremonæ in proxima beati Lucæ festivitate, fratrum nostrorum iudicio, qui a Deo sunt iudices constituti in ecclesia, et sine quibus hæc causa tractari non potest. Et quoniam dominus imperator a nobis securitatem querit, nos verbo et scripto eam promittimus, nisi ipse interim impediat. Alias enim securitatem facere, nec honestas ecclesiæ nec consuetudo est. Ille statim die post electionem nostram quadragesimo quarto (47) Bracarensem episcopum, auno præterito a domino prædecessore (48) 665 nostro Paschali papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris ecclesiæ invasionem (49) ingressit ; qui etiam, cum per nostras olim manus pallium accepisset, eidem domino nostro, et catholicis successoribus, quorum primus ego sum, fidelitatem juravit. In hoc autem tanto facinore nullum de Romanis dominus*

(55) *Papæ.* a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e. l.

(56) *Vere.* a. s. c. d. e., *jure*, 12.

(57) *Pravilegium.* c. d. e. 12., *privilegium*, a. s. d.

(58) *Pravilegio.* c. e. 12., *privilegio*, a. s. d.

(59) *Semies.* c. d. e., *Sennes*, a. s. 12.

(40) *Et.* a. c. e. 12., omitt. in s. d.

(41) *Willelmus Trojanus.* a. 12., *Turianus*, s., omitt. in c. d. e.

(42) *Vigore.* a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e. l. quod habet *rigore* in margin.

(43) *Septimodecimo.* Rectius octavodecimo, ut imperator ante Pascham Exonium ivit A. D. 1117.

(44) *Is.* a. c. d. e. 12., *hic*, s. — Paschalis obiit

in mense Januario an. 1118.

(45) *Gaitano.* a. c. d. e. 12., *Gritano* s.

(46) *Mauricium Bracarensem episcopum.* Mauricius Burdinus, Bracarensis archiepiscopus, Henrico V imperatore adjuvante, papa electus est mensis Martii die nona, A. D. 1118, sub nomine Gregorii VIII.

(47) *Quadragesimo quarto.* a. s. c. d. e., *quadragesimo tertio* 12.

(48) *Prædecessore.* a. s. c. d. e. 2., *præcessore*, e. l. 12.

(49) *Invasionem.* a. d. e. 12., *gremium*, s., omitt. in c.

imperator (Deo gratias!) socium habuit; sed Wi- A
bertini soli, Romanus de sancto Marcello, Centius
qui dicebatur sancti Chrisogoni, Teuzo qui multo
per Daciam debacchatus est tempore, tam infamem
gloriam celebrarunt. Vestrae igitur experientiae,
literarum praesentium perceptione, mandamus ut,
super his per Dei gratiam communi deliberatione
tractantes, ad matris ecclesiae ultionem, communi-
bus praestante Deo auxiliis, sicut oportere cognoscit-
is, accingamini. Data Gaizæ, septimodecimo kalen-
das Februarii 16 Jan. A. D. 1119.)

§ 432. Expulsus autem Gelasius, Salerni navibus
conscensus, inde venit Genuam; indeque itinere
pedestri Cluniacum contendens, ibidem obiit (50).
Tunc, id est, anno Dominicæ incarnationis mille-
simo centesimo nonodecimo, cardinales qui cum
Gelasio venerant, simulque omnis ecclesia Cisal-
pina, Guidonem archiepiscopum Viennensem in
papam grandi paratu levantes, Calixtum vocarunt,
religionis et efficaciae ipsius contuitu (51); sperantes
se per illius potentiam, quod esset in auxiliando
facultatis maximæ, imperatoris viribus obniti posse.
Nec ille credulos spei effectu exinaniens, mox concilio
Remis celebrato investitos vel investiendos a
laicis ab ecclesiis removit; pariter et imperatorem,
nisi respiceret, 666 involvens. Ita tempore ali-
quanto in inferioribus plagis moratus, ut partes
suas auget, Romam, compositis in Gallia rebus,
venit, libenterque a civibus (nam jam imperator
discesserat) receptus est. Tum Burdinus, in medio
relictus, Sutrium effugit, multis peregrinorum cala-
mitatibus papatum suum fovere meditatus; sed, quo
modo inde sit ejectus, sequenti epistola cognoscet.

§ 433. Calixtus episcopus, servus servorum
Dei, dilectis fratribus et illis, archiepiscopis, epis-
copis, abbatibus, prioribus, et cæteris tam clericis
quam laicis, beati Petri fidelibus, per Gallias con-
stitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Quia
dereliquit populus legem Domini, et in iudiciis ejus
non ambulat, visitat Dominus virga iniquitates
eorum et in verberibus peccata eorum: paternæ
tamen conservans viscera pietatis, de sua confi-
dentes misericordia non relinquit. Diu siquidem,
peccatis exigentibus, per illud Teutonicorum regis
idolum, Burdinum videlicet, fideles ecclesiae con-
turbati sunt; et alii quidem capti, alii usque ad
mortem carceris maceratione afflicti sunt. Nuper
autem, festis Paschalibus celebratis, cum peregrino-
rum et pauperum clamores ferre penitus non
possemus, cum ecclesiae fidelibus ab urbe digressi
sumus, et tamdiu Sutrium obsedimus, donec divina

A potentia et supradictum ecclesiae inimicum Burdi-
num, (qui diabolo nidum ibidem fecerat,) et locum
ipsum, omnino in nostram tradidit potestatem.
Rogamus itaque charitatem vestram ut pro tantis
beneficiis una nobiscum Regi regum gratias refera-
tis, et in catholice ecclesiae obedientia et servitio
constantissime maneatis, retributionem debitam in
praesenti et futuro ab omnipotente Domino per ejus
gratiam recepturi. Rogamus 667 etiam ut has
litteras alter alteri praesentari, omni remota negli-
gentia, faciatis. Data Sutrii, quinto kalendas Maii.)

§ 434. Urbana omnino et excogitata facietia, ut
eum, quem oderat, regis Teutonici vocaret idolum:
quod ille Mauriti peritiam, tum in literis tum in
civilibus negotiis, magni pensaret. Erat is (52), ut
dixi, Bracarensis archiepiscopus (53), quæ est civi-
tas Hispaniæ: quem multum quislibet revereri, et
pene adorare, pro viva magnæ industriæ specie
debuisset, nisi tam fainoso facinore enitescere ma-
lisset. Nec enim sanctissimam sedem nummis
nundirari dubitasset, si tam desperatus veniretur
venditor quam paratus erat emptor. Tum autem
captus, et monachus factus, in Caveam [monaste-
rium enim ita vocant (54)] directus est.

§ 435. Processit ulterius in augendo bono lauda-
bilis papæ magnificentia, ut illam effrænem et inge-
nitam Romanorum cupiditatem cohiberet. Nullæ
ipsius tempore viantibus circa Romam insidiæ,
nullæ urbem ingressis injuriæ. Oblationes apud
sanctum Petrum (quas pro petulantia proque libi-
dine potentes diripiebant, anteriores apostolicos,
qui vel mutire auderent, indignis afficientes contu-
meliis), Calixtus revocavit ad medium, scilicet ad
apostolicæ sedis rectoris publicum usum. Nec quic-
quam in ejus pectore pecuniarum vel habendarum
ambitus, vel habitatum amor, operari bono abhor-
rens potuit: adeo ut Anglos peregrinos magis ad
sanctum David (55) 668 quam Romam pergere
admoneret, pro viæ longitudine: ad illum locum bis
euntibus idem benedictionis refundendum commo-
dum, quod haberent qui semel Romam irent. Quid
quod illam inveteratam investituræ controversiam
inter regnum et sacerdotium, quæ jam plus quam
quinquaginta annis turbas fecerat, adeo ut, aliquo
hæresis fautore morbo vel morte succiso, illico
quasi hydræ capita plura pullularent, ipse sua indu-
stria abrasit, decidit, delevit (56): Teutonicæ ani-
mositatis colla vigore securis apostolicæ decutiens.
Quod et ejus et apostolici professiones mundi his
dictis ostendent (57).

§ 436. Ego Calixtus episcopus, servus servorum

ex modo vivendi metuendi videbantur. Vide Orde-
ric. p. 870.

(55) David. a. c. d. e. 12., dictum s.

(56) Delevit. c. d. o., delevit, evellit, a., delevit
vel evellit, s. 12.

(57) Quod... ostendent. a. s. c. d. e. 12., Quod et
ejus et apostolici — in Dei servet obsequio e., sic omni-
tens omnes intermedios paragraphos usque ad Numm
præter cæterarum illecebrarum abdicationem, § 443.

(50) Obiit. a. s. c. d. e. 2. 12., obiit diem, e. 1. —
Gelasius II obiit apud Cluni, 29 J. d. 1119.

(51) Contuitu. c. d. e., intuitu, a. s. 12.

(52) Is. a. c. d. e. 12., hic s.

(53) Archiepiscopus. a. c. d. e. 12., episcopus s.

(54) Monasterium enim ita vocant. e. 1., monaste-
rium ita vocatum, d., monasterium ita vocant, s. s.
c. e. 2. 12. — Monasterium quoddam juxta Salernum
lutibulum vocabatur. Illic recludebantur omnes qui

Dei, tibi, dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum imperatori (58), concedo electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni qui ad regnum pertinent in præsentia tua fieri, absque symonia et absque ulla violentia: ut si qua inter partes discordia emergerit, metropolitani vel provincialium concilio vel iudicio, saniori parti assensum et auxilium præbeas. Electus autem regalia a te recipiat, et quæ ex his jure tibi debet faciat, et quæ ex his jure tibi debet faciat, exceptis omnibus quæ ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi præstabo. Do tibi veram pacem, et omnibus qui in tua parte sunt, vel fuerunt tempore hujus discordiæ. Vale!

669 § 437. « In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Henricus, Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore Dei, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, et domini Calixti papæ, et pro remedio animæ meæ, dimitto Deo, et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo, sanctæque catholicæ ecclesiæ, omnem investituram per anulum et baculum: et concedo in omnibus ecclesiis, quæ in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, quæ a principio hujus discordiæ usque ad hodiernum diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Romanæ ecclesiæ restituo: quæ non habeo, ut restituantur fideliter juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum, et principum et omnium aliorum tam laicorum quam clericorum, quæ in guerra ista amissæ sunt, consilio principum vel justitiæ, quas habeo reddam; quas non habeo, fideliter ut reddantur juvabo. Et do veram pacem domino papæ Calixto, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt; et in quibus sancta Romana ecclesia auxilium postulaverit, fideliter juvabo; et de quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi faciam justitiam. » Hæc omnia acta sunt consensu et consilio principum quorum nomina subscripta sunt: Albertus archiepiscopus Moguntiæ, Fredericus Coloniensis archiepiscopus, Ratisbonensis episcopus, Babenbergensis episcopus, Bruno Spirensis, Augustensis, Trajectensis, Constantiensis, abbas Foldensis, Heremannus dux, Fredericus dux, Bonifacius marchio, Thetbaldus marchio, Ernulfus comes palatinus, Othbertus comes palatinus, Berengarius comes.

§ 438. Sedato itaque tam veterno morbo, qui

(58) *Imperatori. c. d. e., imperatori augusto, a. s. 12.*

(59) *Ut ante factus sum. Vide § 420.*

(60) *Postquam. a. e. d. e. 12., priusquam s.*

(61) *Niort. 12., Niorth, a., Ivor, s., Nior, c. d. e., Mort, s. (var. lect.)*

(62) *Cæterasve. c. d. e., cæteras vero, a. 12., cætera vero, s.*

670 ecclesiæ statum conturbaverat, magnum gaudium quisquis Christiane sapuit, accepit, quod is imperator, qui proxima fortitudinis gloria acriter Karoli magni invaderet vestigia, etiam a devotione ipsius in Deum non degeneraret; qui, præter Teutonici regni nobiliter sopitas rebelliones, etiam italicum ita subegit ut nullus adeo. Ter enim in decennio Italiam ingressus urbium tumorem compevit; primo adventu Novariam, Placentiam, Aretium, secundo et tertio Cremouam et Mantuam, incendio exterminans: sed et Ravennæ motum paucorum obsidione dierum lenivit; namque Pissæ et Papienses, cum Mediolanensibus, amicitiam ejus quam vim experiri malebant. Huic [ut ante factus sum (59)] filia regis Angliæ nupta exhibebat patrem fortitudine, matrem religione; contendeat in ea pietas industriæ, nec quod magis probares discerneres facile.

§ 439. Erat tunc Willelmus comes Pictavorum fatuus et lubricus; qui, postquam (60) de *Jerusalem* (ut superiori libro lectum est) rediit, ita omne vitiorum volutabrum premebat quasi crederet omnia fortuito agi, non providentia regi. Nugas porro suas, falsa quadam venustate condians, ad faciem revocabat, audientium rictus cachinno distendens. Denique apud castellum quoddam, Niort (61), habitacula quædam, quasi monasteriola, construens, abbatiam pellicum ibi se positurum delirabat: nuncupatim illam et illam, quæcunque famosioris præstibuli esset, abbatissam vel priorem, cæterasve (62) officiales instituturum cantitans. **671** Legitima quoque uxore depulsa, vicecomitis cujusdam (63) conjugem surripuit, quam adeo ardebat ut clypeo suo simulachrum mulierculæ insereret; periinde dictitans se illam velle ferre in prælio, sicut illa portabat eum in triclinio. Unde increpitus et excommunicatus a Girardo Engolismorum episcopo jussusque (64) illicitam venerem abjicere, « Antea, inquit, crispabis pectine refugum a fronte capillum quam ego vicecomitiæ indicam repudium, » cavillatus in virum, cujus pertenuis cæsaries pectinem non desideraret. Nec minus, cum Petrus (65) præclaræ sanctitatis Pictavorum episcopus eum liberius argueret, et detrectantem palam excommunicare inciperet, ille, præcipiti furore percitus, crinem autistitis involat, strictumque mucronem vibrans, « Jam, inquit, morieris, nisi me absolveris. » Tum vero præsul, timore simulato, iudicias petens loquens, quod reliquum fuerat excommunicationis fidenter peroravit, ita comitem a Christianitate (66) suspendens, ut nec cum aliquo convivari nec etiam loqui auderet, nisi mature resipisceret. Ha officio

(63) *Vicecomitis cujusdam. Maubergeon, uxor vicecomitis Heraldi castri.*

(64) *Jussusque. a. s. c. d. e. 2. i. 2., jussus e. l.*

(65) *Petrus. Petrus II, Pictaviensis episcopus obiit Cluniaci, Aprilis mensis die quarta, A. D. 1115. (Gall. Christ. II, col. 1120.)*

(66) *A Christianitate. a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e. l.*

suo, ut sibi videbatur, peracto, martyriique trophæum sitiens, collum protendit, « Feri! inquit, feri! » At Willelmus, refractor, consuetum leporem intulit ut diceret: «Tantum certe te odio, ut nec meo te digner odio, nec cælum unquam intrabis meæ manus ministerio. » Veruntamen post modicum, viperio meretriculæ (67) infectus sibilo, incesti dissuasorem detrusit exilio, ubi beato sine conclusus, frequentibus et 672 magnis miraculis innuit mundo quam gloriose vivat in cælo. Quibus auditis, comes dicacitate insolenti non abstinuit, professus palam, pœnitere se quod non ei jamdudum mortem accelerasset, ut ipsi anima sancta grates haberet potissimum, cujus furore cœlesti mercatus esset commodum. Vitam Petri et mortem versus isti commendant. De vivo dictum est:

VERSUS DE PETRO EPISCOPO PICTAVORUM.

Corpus — opes — studium — mores, cibus asper — egenus —

Lectio — probra, domat — carpit — alit — sugiunt.

Virutes — culpas — fructum, colit — amputat — auget.

Jus — litem — pacem, protegit — odit — amat.

Est misero — tribuit peccanti — servat amico,

Auxilium — veniam — continuamque fidem.

Mente Maria vacat, sed in actum Martha laborat;

Est intenta gregi Martha, Maria Deo:

Sic apud hunc regnat Deus intra, proximus extra;

Hic desiderio, proximus obsequio.

Diligit ille Rachel, nec Leam ferre recusat,

Uxoremque novus duxit utrumque Jacob:

Hujus amat vultum, juvat hujus carpere fructum,

Cum sit pulchra Rachel, fertiliorque Lea.

De mortuo dictum est:

VERSUS DE EODEM PETRO MORTUO.

Exutus rebus, intentus, pulsus ab urbe,

Præsul pauperiem, vincla, fugamque tulit.

Nunc dives — liber; — stabilis, sua præmia —

Christum —

Astra, capit — sequitur — possidet iste Petrus.

673 *Vitam religio, mentem discretio, famam*

Lux operum, studium lectio, verba modum

Judicium jus, justitiam rigor, ora venustas,

Ornabant, pietas viscera, virga manum.

Promovit — privavit eum — profugumque recepit,

Papa — comes — Christum, ordine — sede — polo.

DE AUCTORIBUS MONASTERIORUM FONTIS EBRALDI ET TIRUNENSIS

§ 440. Hujus Petri fuerunt contemporanei, et in religione socii, Robertus de Arbreisel (68) et Bernardus (69) abbas Tirunensis; quorum primus omnium hujus temporis sermocinatorum famosissimus et profusissimus. Tantum non spumea sed mellea viguit eloquentia, ut hominibus certatim opes congerentibus, illud egregium sanctimonialium monasterium apud Fontem Ebraldi construeret; in quo, tota sæculi voluptate castrata, sœminarum Deo devotarum quanta nusquam multitudo in Dei servet obsequio: nam præter cæterarum illecebrarum abdicationem, quantum illud est, quod in nullo loco

(67) *Meretriculæ. s. c. d. e., mulierculæ, a. 12.*

(68) *Robertus de Arbreisel. Fontis Ebraldi monasterium condidit anno 1099 et obiit A. D. 1117.*

(69) *Bernardus. Tironis abbatiam condidit anno 1109, et obiit A. D. 1116.*

loquuntur nisi in capitulo; proposita a magistro perennis taciturnitatis regula, quia semel laxato silentio sœminæ pronæ sunt ad mussitandum frivola. Alter, famosus paupertatis amator, in saltuosum et desertum locum, relicto amplissimarum divitiarum cœnobio, cum paucis concessit; ibique, quia lucerna sub modio latere non potuit, undatim multis confluentibus monasterium fecit, magis insigne religione monachorum et numero, quam fulgore pecuniarum et cumulo.

674 DE SERLONE ABBATE GLOECESTRÆ.

§ 441. Et, ne Anglia expers boni putetur, quis possit præterire Serlonem abbatem Glocestrensem, qui locum illum ex humilis et pene nullo ad gloriosum provectum extulit? Nota est omnibus Anglis Glocestrensis discreta religio, quam infirmus possit suspicere, nec possit fortis contemnere. Hoc illis signifer Serlo intulit, ut ne quid nimis. Quamvis ut erat bonis humilis, ita superbis minax ac terribilis. Ad quod firmandum versus de eo Godefridi prioris abducam in medium:

VERSUS DE EODEM MORTUO.

Ecclesiæ murus cecidit, Serlone cadente:
Virtutis gladius, buccina justitiæ,
Vera loquens, et non vanis sermonibus utens,
Et, quos corripuit, principibus placuit.
Judicium præceps, contrarius ordinis error,
Et levitas morum, non placuere sibi.
Tertius a Jano mensis, lux tertia mensis,
Cum nece suppressam vita levavit eum.

DE LANZONE PRIORE SANCTI PANCRATH.

§ 442. Quis Lanzonem taceat, qui ea ætate nullo inferius sanctitate floruit, monachus Cluniacensis, et prior sancti Pancrathii in Anglia (70)? qui probitate sua ita locum illum reverentis monachis gratia nobilitavit, ut unicum bonitatis pro vero asseratur esse domicilium. De cujus vita quia quicquid dixerò infra illius merita esse denunciatio, solum illius oblitum, verbis quibus scriptum inveni, apponam ut liquido pateat quam gloriose vixerit qui tam gratiose obiit.

675 DE MORTE EJUSDEM LANZONIS.

§ 443. « Pius Dominus, qui flagellat omnem filium quem recipit, qui justos suæ socios passionis simul et consolationis fore pronittit, tam acerbo languore dominum Lanzonem triduo passionem suam prævenire permisit, ut si aliquis ex terrena conversatione mundissimæ menti ejus pulvis adhæsit, illa eum tribulatione excussum esse non sit ambiguum. Cum enim dicat tantus apostolus, qui super Dominicum recubuit pectus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (71): cumque peccatum omne aut levius hic, aut in futuro gravius, judicet Christus, noluit ei aliquid offensionum post mortem occurrere, quem se toto corde sciebat amare; ideoque, si quid in eo exami-

(70) *Sancti Pancrathii in Anglia. Apud Lewes in Sussex.*

(71) *Si dixerimus... veritas in nobis non est. 1 Joan. 1, 8, 9.*

nandum iudicabat, voluit in vivente (72) decoquere. Huic nempe assertioni fiducia morientis attestata est. Nam cum quinta feria ante Passionem Domini incolumis, dicto ex quotidiana Quadragesimæ consuetudine psalterio, se hora tertia missam celebraturus usque ad casulam induisset, et usque ad incipiendam missam quæque dicenda erant prædixisset, subito languore tam molesto corripitur, ut ipse, quæ induerat vestimenta exuens, etiam non plicata reliquerit: egressusque oratorio, sine intermissione per biduum, hoc est, usque ad Sabbatum, coneritur; non sedendo, non ambulando, non jacendo, non stando, neque dormiendo, ullam omnino requiem habens. Nunquam tamen noctibus locutus, rogantibus (73) ut silentium solveret non acquievit; rogans [ne monachus sui pudicitiam libarent, 676] quod nunquam, postquam monachicum habitum accepisset, a completorio exiens usque ad sequentis diei primam locutus fuisset. Sabbato autem sequente dum ita quassatus se putaret jam jamque defungi, surgentes ad matutinam synaxim fratres ad se inungendum venire præcepit; quos cum inunctus ex more osculari voluisset, nimio eorum compulsus amore, non jacendo, nec sedendo, sed, quamvis ad mortem anxietus, inter brachia sustentatus stando osculatus est. Die illucescente in capitulum ductus, cum sedisset, fratres ante se omnes venire rogavit; quibus paternam benedictionem et absolutionem impertiens, idem sibi ab iis voluit impertiri. Postea docuit quid, si obiret, eis esset agendum. Sicque regressus est unde venerat, reliquum diei cum sequenti Dominica aliquantulo quietius transigens: cum ecce post hæc, id est, post Dominicam, imminentis mortis indicia deprehenduntur; et ipse manibus ablutis, pexo capite, missam auditorius oratorium ingreditur, sumptoque corpore et sanguine Domini ad lectum regressus est. Post modicum obmutuit: fratres ante illum venientes sigillatim benedicebat, simili modo totum conventum; at vero, oculis in cælum erectis, utraque manu dominum abbatem cum omnibus sibi commissis benedicere nitentur. Rogatus autem a fratribus ut apud Deum, ad quem ibat, eorum memor esset, caput (74) inclinando benignissime acquievit. Hæc et his similia cum fecisset, innuit sibi porrigi crucem; quam capite, imo toto corpore inclinato adorans, manibus amplexans, læto ore salutare videbatur et jocundo affectu (75) deosculabatur; cum illico astantes migrando 677 percellit, raptusque in manibus eorum vivus adhuc in presbyterium ante

A altare sancti Pancratii defertur. Ubi aliquandiu supervivens, roseo faciei rubore suavis, eadem die hora qua purgandus infirmatus est, cariturus perenniter omni malo, purus migravit ad Christum. Et vide quam mirabiliter (76) in eo cuncta concurrerunt: passio servi cum passione Domini; boni incipientis infirmitatis, cum hora incipientis æternæ salutis; quinque dies quos sustinuit ægritudinem, quibus corporis sensibus, quibus nemo vitat peccatum, emundandis. Porro quod quinto die necesse transacto decessit, ut remur (77), innuit eum in ultimo sensu, qui tactus dicitur, non peccasse peccatum. Tertia vero diei hora, qua et infirmus est et moriendo in vitam ingressus est æternam, quid aliud insinuat quam eandem Spiritus Sancti gratiam, qua omnem ejus vitam gubernatam cognoscimus et infirmato et obeunti evidenter affuisse? Ut etiam esse supparem illis patribus nostris, Odonem scilicet atque Odiloni (78), et merito et præmie, non ambigamus, insigne quiddam illis concessum huic quoque collatum est. Cum enim illis contulerit Dominus ut octavo die solennitatum quas præ cæteris diligebant transirent; nam et beatus Odo festivitatem beati Martini, et sanctus Odilo Nativitatem Domini præcipue amabant, in quorum octava die uterque decessit; domino Lanzoni, qui præ cæteris hujus ævi hominibus regulam sancti Benedicti observabat, et beatam Dei genitricem ejusque sæcennia singulari venerabatur affectu, contulit, ut solita 678 sibi consuetudine, et in transitu sancti Benedicti, et in festivitate sanctæ Mariæ quæ Annuntiatio Dominica dicitur, majorem missam in conventu celebraret, et octavo a prædicto sancti Benedicti transitu die præventus infirmitate (79), octavo nihilominus die ab Annuntiatione Dominica migraret ad Christum. Igitur, qui vitam domini Lanzonis ignorat, quam placens Deo fuerit ex fine colligat; nec usitato morientium more prædicta illi contigisse nobiscum credat, quem Spiritus Sancti charismatibus nemine hujus temporis inferius ditatum sciat.

DE GODEFRIDO PRIORE WINTONLE.

§ 444. Nec memoria Godefridi prioris Wintoniensis (80) ire debet in perditam, qui temporibus his literatura et religione insignis fuit. Literaturam protestantur libri plures, et epistolæ familiari illo et dulci stylo editæ; maximeque epigrammata, quæ satyrico modo absolvit, præterea versus de primatum Angliæ laudibus. Quid? omne divinum officium, quod agresti quadam vetustate obsoletum,

(72) *In vivente.* a. e. l 2, *in juventute*, s. c., omitt. in d.

(73) *Rogantibus.* c. d. e., *rogantibus fratribus*, a. s. 12.

(74) *Caput.* a. c. d. e. l 2, *capite* s.

(75) *Affectu.* a. s. 12, omitt. in c. d. e.

(76) *Mirabiliter.* a. s. d. 12., *mutabiliter*, c. e.

(77) *Remur.* c. d. e., *reor*, a. s. 12.

(78) *Odoni scilicet atque Odiloni.* Odo, secundus

Cluniacensis abbas, conditor fuit Cluniacensis regulæ, in sæculo decimo. Odilo fuit quintus Cluniacensis abbas; idem successit A. D. 994.

(79) *Et octavo a prædicto sancti Benedicti transitu die præventus infirmitate.* a. s. 12, omitt. in c. d. e.

(80) *Godefridi prioris Wintoniensis.* Godefridus prior Wintoniensis fuit ab anno 1082 usque ad 1107.

per industriam suam nativa excultum venustate fecit enitescere. Religionis et hospitalitatis normam pulchre inchoatam delineavit in monachos, qui hodieque ita in utrisque prioris terunt vestigium, ut aut nihil aut parum iis desit ad laudis cumulum. Denique est in ea domo hospitium, terra marique venientium quantum libnerit diversorium, sumptu indeficienti, charitate indefatigata. Inter hæc inerat sancto viro morum humilitas, ut nihil ex illo unico philosophiæ promptuario redoleret nisi humile, procederet **679** nisi dulce. Quantula vero potest videri hæc ejus laudatio? Quotus enim quisque est qui vel minimum literis imbutus non alios infra dignitatem suam opinetur, tumido gestu et pompatico incensu præ se ferens conscientiam literarum? Veruntamen, ne quid perfectionis sanctæ deesset animæ, multis ille annis grabbatum fovit, camino diurnæ tabis medullas et peccata excoctus (81).

DE TRANSLATIONE SANCTI CUTHBERTI, ET DE SANCTA ETHELDRIITHA, QUORUM CORPORA INTEGRA INVENTA SUNT.

§ 445. Sed quid de talibus plura? Erant prorsus tunc in Anglia multi scientia illustres, religione celebres; quorum virtus eo probabilior, quo, seculo senescente, constantior et viridior. Laudabiliter igitur vivendo fidem præteritis faciebant historiis, ne vetera possint falsitatis argui, cum novorum exemplo probentur potuisse fieri. Quin etiam: si qui essent ecclesiarum prælati qui viderentur ab antiquorum sanctitate degeneres, in mundialibus scilicet efficaciis, in spiritualibus desides; tales, inquam, si qui essent, sumptuosis locorum cultibus consabantur errata obumbrare. Erigebat quisque templa recentia, sanctorumque suorum argento et auro amiciebat corpora, nihil prætermittendo charitate sumptuum quod ad gratiam possit allicere oculos intuentium. Quorum est Rannulfus superius nominatus, qui, apud Dunelmum factus episcopus, in ædificiis monachorum novis, et beati Cuthberti veneratione, nonnullam gloriam nomini suo commentus est: cujus extulit famam sacrati (82) corporis **680** translatio (A. D. 1104), quod, e mausoleo levatum, cunctis volentibus fecit conspicuum. Tractavit illud ausu felici Radulfus tunc abbas Sagii, postea Cantuariz archiepiscopus; et propalam illibatam protulit, quod quibusdam venisset in dubium utrum olim vulgatum adhuc de integritate compaginis duraret miraculum (83). Eodemque fere tempore in Heliensi cœnobio, sub abbate Ricardo, vir-

ginales exuviæ beatæ Etheldriithæ integræ visæ: videntibus stupori et plausui fuere. Monasterium illud, nuper a rege Henrico in episcopatum mutatum, primum Herveum accepit episcopum (A. D. 1109); qui, pro penuria victualium, Bancornensem, ubi intronizatus fuerat, deseruerat locum: et ne Lincoliensis pontifex mutilatam suam quereretur diæcesim, ex rebus Heliensis cœnobii damnum rex sarcivit, querelam composuit (84). Sane quid ejus tempore de primatu duorum metropolitanorum, Cantuariensis et Eboracensis, sit vel justitiæ surreptum, vel violentia præsumptum, dicam cum ad ordinem venero. Jam enim terminata serie regum, de successione totius Angliæ pontificum mihi video esse dicendum; in quo utinam afflueret uber dicendi copia, ne ulterius sub oblivione jaceant tam præclara patriæ lumina. Et quidem erunt multi fortassis, in diversis regionibus Angliæ, qui quædam aliter ac ego dixi (85) se dicant audisse vel legisse: verumtamen, **681** si recto aguntur judicio, non ideo me censorio expungent stylo; ego enim veram legem secutus historiæ, nihil unquam posui nisi quod a fidelibus relatoribus vel scriptoribus addidici. Porro, quoquo modo hæc se habeant, privatim ipse mihi sub ope Christi gratulor, quod continuam Anglorum historiam ordinaverim post Bedam vel solus vel primus: (86) si quis ergo, sicut jam susurrari audio, post me scribendi de talibus (87) munus attentaverit, mihi debeat collectionis gratiam, sibi habeat electionis materiam.

§ 446. Hæc habui, domine venerabilis Comes, de gestis Anglorum quæ dicere, ab adventu eorum in Angliam usque in annum vicesimum octavum (88) felicissimi regni patris vestri: cætera proprium occupabunt libellum, si benignum istis non negaveritis vultum. Hoc autem opus postquam absolvi, circumspectis plurimis, vobis potissimum delegandum credidi. Cum enim alios considero, in uno nobilitatem, in altero militiam, in isto litteraturam, in illo justitiam, in paucis munificentiam invenio; in aliis aliqua, in singulis singula, in vobis admiror universa. Si quis enim unquam fuit nobilis, vos in ea re præcellitis; cujus genus a præcellentissimis regibus et comitibus lineam trahit, animus a moribus imitationem conducit. Habetis ergo a Normannis bellandi peritiam, a Flandrensibus (89) lineamentorum **682** gratiam, a Francis generositate eminentiam. De militiæ porro vestræ industria quis hæsitet, cum eam excellentissimus pater

(81) *Excoctus* a. c. d. e. 12, *excoctans*, s.

(82) *Sacrati*. a. c. d. e. 12, *sancti* s.

(83) *Miraculum*. Vide supra, § 207, not. 4.

(84) *Composuit*. Hic desinit ms. f. — Versus sequentes, quæ operis conclusio videntur, scriptoris nomen Ivonem indicant:

Scripterit hunc librum quis, lector forte requiret;
Exacuat sensus et metra legat, cito discet.
Illius nomen tria componunt elementa,
In numeris quorum primum satis indicat unum,

Ponunt et leges numeri pro quinque secundum,
Si Græcus scribat, postremo collige finem.;

(85) *Dixi*. a. s. c. d. e. 2. 12, omitt. in e. f.

(86) *Si quis... materiam*. Sharpe ait Malmesburiensem fore Henricum Huntingdonensem hic inuisse, qui paulo post Historiam Angliæ scripsit.

(87) *De talibus*. a. s. c. d. e. 2. 12., omitt. in e. f.

(88) *Vicesimum oct.* c. d. e. k., *vicesimum*, a. s. 12.

(89) *A Flandrensibus*. a. s. d. e. 12. — a3. primitus medio hoc verbo desinebat; quod nunc sequitur manus multo recentior addidit.

in vobis suspiciat? Cum enim aliqui motus in A Normannia nunciantur, vos præmittit, ut virtute vestra profligentur, suspecta sagacitate redintegraretur concordia: cum redit in regnum, vos reducit, ut sitis ei foris tutelæ, domi lætitiæ, ornamento ubique.

§ 447. Literas ita fovetis, ut cum sitis tantarum occupationum mole districti, horas tamen aliquas vobis surripiatis, quibus aut ipsi legere, aut legentes possitis audire. Digno itaque moderamine fortunæ vestræ celsitudinem componitis, dum nec militiam propter literas postponitis, nec literas propter militiam, ut quidam, conspuitis: in quo etiam scientiæ vestræ patescit miraculum, quia, dum libros diligitis, datis indicium (90) quam avidis medullis fontem eorum combiberitis; multæ (91) siquidem res, etiam cum non habentur, desiderantur, philosophiam nullus amabit qui eam extrema satietate non hauserit.

§ 448. Justitiæ vestræ fama regiones etiam nostras attingit; a vobis siquidem pravum iudicium nunquam extorsit vel personæ sublimitas vel fortunæ tenuitas. Nihil reperit in vestro pectore quod suis conducatur artibus qui justitiam labefactare conatur, seu oblatione muneris, seu delinimento favoris.

§ 449. (92) Munificentiæ vestræ pecuniæque contemptum prætendit Teochesbiriz cœnobium; de quo (ut audio) non solum xenia non corroditis, **683** sed etiam ultro missa remittitis (93). Quantum hoc sit isto præsertim tempore, quantæ in sæculo

(90) *Indicium*. a. c. d. e. 12., *judicium* s.

(91) *Multæ*. a. c. d. e. 12., *multis* s.

(92) *Munificentia... iudicio*. a. s. c. d. e. 2. 12.

— Totus hic paragrahus omittitur in e 1.

gloriæ, quantæ apud Deum gratiæ, ipsi certe intelligitis. Beata est igitur, secundum sententiam Platonis, respublica cujus rector est philosophus, cujus princeps non delectatur muneribus. Plura de talibus dicerem, nisi et suspicio meæ adulationis, et laudanda modestia vestri pudoris dicturientem cohiberet. Sane quæ dixi non prætermittere sicut consilium, ut per officium linguæ meæ probitas vestros posteros non lateat, et ipsa de virtute in virtutem proficere contendat. Et quidem jamdudum, quibusdam persuadentibus, ferebat animus ut, quæ prætereunda non putarem, per succiduos semper annos huic operi apponerem; sed consultius videtur aliam de talibus librum procudere, quam jam absolute frequenter nova insuere. Nec vero quisquam superfluum me operam dicat insumere, si clarissimi omnium suæ ætate regum gesta propono: multa enim sublimitati ejus mea humilitas debet, et adhuc plura debet, ut, si nihil aliud esset, quod se talem filium habere gaudet; nam et olim felici sorte susceptum, non perfunctorie, ut hodie claret, literis erudiri præcepit, post etiam amplissimarum possessionum fecit dominum, nunc postremo patrium (94) in vos reclinat affectum. Sit ergo hic liber, ut est, vestræ gloriæ absolute consecratus; in altero erit idem vitæ, qui scripturæ, terminus. Quod superest, munus meum dignanter suscipite, ut gaudeam grato cognitoris arbitrio, qui non eravi eligendi iudicio (95-100).

(93) *Remittitis*. a. s. 12., *mittitis*, d. e 2.

(94) *Patrium*. a. d. e 2. 12., *paternum*, s. c.

(95-100) *Judicio*. a. s. c. d., e 1. addit: *Hæc habui, domine venerabilis comes, de gestis.*

WILLELMI MALMESBURIENSIS MONACHI HISTORIÆ NOVELLÆ LIBRI TRES.

PROLOGUS IN LIBROS HISTORIÆ NOVELLÆ

AD ROBERTUM COMITEM GLOECSTRÆ.

684 - 687 Domino amantissimo Roberto, filio D regis Henrici, et consuli Glocestrensi, Willelmus bibliothecarius Malmesbiriæ, post emerita trophæa in terris, triumphare in cœlis.

(1) *Actuum*. e. 12., *omissum* in s. c. d.

(2) *In tribus libellis quibus Chronica dedi vocabulum*. Hi nunc desiderantur.

Pleraque gestorum præcellentis memoriæ patris vestri stylo apponere non neglexi, et in quinto libro regalium actuum (1), et (2) in tribus libellis quibus Chronica dedi vocabulum. Nunc ea quæ